Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/delphinclassics108valp

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA.

VOL. II.

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BURMANNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

NOTITIA LITERARIA

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

75929

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1821.

50785

Ille, vel ille, duces: et erunt, quæ nomina dicas:
Si poteris, vere; si minus, apta tamen.
Dant etiam positis aditum convivia mensis:
Est aliquid, præter vina, quod inde petas.
Sæpe illic positi teneris adducta lacertis
Purpureus Bacchi cornua pressit Amor.
Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas,
Permanet, et capto stat gravis ille loco.
Ille quidem pennas velociter excutit udas:
Sed tamen et spargi pectus amore nocet.

nomina quæ proferas; si queas vere; si non, attamen idonea. Convivia præbent etiam accessum lectis appositis: est aliquid quod inde tollas præter vina. Sæpe Cupido formosus lentis brachiis ursit cornua delinita Bacchi ibi appositi; et postquam vina imbuerunt alas bibulas amoris, perstat, et ille manet gravis in loco obsesso. Ille quidem movet celeriter pennas humidas: sed tamen lædit, et facit *ut pectus amore moveatur.*

Danaëia proles.—231 *Positi* R. vulgo *positis:* Pal. et edd. quidam *positus.*—234 Libri vett. Et *cæpto,* vel *cepto.*—236 Pal. *tamen aspergi.* Unus Heins.

NOTÆ

detur, ejus quoque coloris Diis fluvialibus et marinis comam et barbam Poëtæ tribuerunt.

225 *Facito*] Quia vix ad Armeniam spectant isti fluvii, quæ ultra Euphraten et Tigrim sita est; nisi, quia forte ex montibus Armeniis quidam rivuli ad eos fluunt, triumphalis pompæ gratia, ad Armeniam referantur.

Hæc est] Verba sunt, quæ ex Amantis persona profert Poëta.

Persis] Regio est Asiæ clarissima, quam sæpius cum Media et Parthia, tum propter vicinitatem, tum etiam Reipublicæ societatem, veteres conjunxerunt. Hanc vero a Perseo Danaës filio appellatam voluit Poëta, cum quo nonnulli consentiunt; quanquam melius ab equitatu, Arabica aut Ebraica Etymologia, nominatos prolixe demonstravit vir immensæ eruditionis Bochartus.

226 *Achæmeniis*] Persicis; ab Achæmene rege sic dictis.

227 *Erunt quæ*] Fingas licet ducum nomina, qui in triumphali pompa ducentur.

229 *Dant*] In conviviis etiam, puellas quærendas esse monet Poëta.

231 *Adducta cornua*] Id est, Bacchi violentiam, et protervitatem (quæ per cornua intelligitur, quibus et pauperes in vino sese indunnt) ad Amorem inclinatam, eoque temperatam.

232 *Purpureus*] Pro formoso Amore; qui etiam inter epulas versatur, Bacchique ferociam ad suas illecebras perducit.

Pressit] Immo demulcendo vicit; ipsumque Bacchum atque adeo ejus ministros ad amandum perpulit.

236 *Sed tamen*] Vide interpretationem. Quanquam, inquit, Amor alas exentiat humidas, non minus tamen et lædit, et ad amandum pellicit.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos :
  Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus ; tunc pauper cornua sumit :
  Tunc dolor et curæ, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes, ævo rarissima nostro,
  Simplicitas ; artes excutiente Deo.
Illic sæpe animos juvenum rapuere puellæ :
  Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.
Hic tu fallaci nimium ne crede lucernæ.
  Judicio formæ noxque merumque nocent.
Luce Deas cœloque Paris spectavit aperto ;
  Cum dixit Veneri, Vincis utramque, Venus.
Nocte latent mendæ, vitioque ignoscitur omni :
  Horaque formosam quamlibet illa facit.

Vina componunt animos, et reddunt idoneos amoribus : cura recedit et dissolvitur multo vino. Tunc risus accedunt ; tunc egenus capit cornua ; tunc dolor et solicitudines et ruga frontis recedit. Tunc simplicitas, rarissima sæculo nostro, retegit animos, Deo dolos removente. Puellæ sæpe implicaverunt illic corda juvenum : et Venus fuit in vinis, ignis in igne. Hic ne confidas nimium lampadi decipienti. Nox et vinum officiunt judicio pulchritudinis. Paris spectavit Deas die et cælo patente cum dixit Veneri : Venus, superas utramque. Vitia occultantur nocte, et parcitur omni deformitati : et tempus illud reddit quamlibet pulchram. Pete con-

amore solet : Burm. conj. *amore docet.*—240 Unus R. *Tunc pavor :* C. *Tunc etiam curæ.* Burm. conj. *tunc dolor et pœnæ.*—242 Jun. *excut. mero.*—244 *In vinis* ed. Ald. vulgo *in venis.*—245 Unus Pal. *Ne tu fallaci.*—246 Multi *merumque nocet.*

NOTÆ

238 *Cura*] Quæcumque illa tandem fuerit ; ut etiam Amor, qui in vino natus fuerit, vino nonnunquam extinguatur.

239 *Cornua sumit*] Ita ut audax et protervus vini potu reddatur.

241 *Aperit mentes*] Horat. Od. III. 21. sic ad amphoram : ' Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro : tu sapientium Curas et arcanum jocoso Consilium retegis Lyæo : Tu spem reducis mentibus anxiis, Viresque, et addis cornua pauperi,' &c. Et Od. II. 19. ad Bacchum : ' Tu flectis amnes, tu mare barbarum ; Tu separatis uvidus in jugis Nodo coërces viperino Bistonidum sine fraude crines,' &c.

242 *Artes excutiente*] Ita ut, juxta proverbium, ' In vino veritas ;' vixque vinolento, fraudulento et callido liceat esse.

243 *Illic*] In vino et conviviis.

244 *Ignis*] Venus, scil. in vino.

245 *Hic*] In conviviis, scil. quæ sub noctem solent agitari.

247 *Deas*] Junonem, scil. Palladem, et Venerem, cum de earum forma judicavit : qua de re alibi.

248 *Utramque*] Palladem nempe et Junonem, quas minus pulchras libidine corruptus judex declaravit.

Consule de gemmis, de tincta murice lana,
Consule de facie corporibusque diem.
Quid tibi fœmineos cœtus, venatibus aptos,
Enumerem? numero cedet arena meo.
Quid referam Baias, prætextaque littora velis,
Et, quæ de calido sulfure fumat, aquam?
Hinc aliquis vulnus referens in pectore, dixit;
Non hæc (ut fama est) unda salubris erat.
Ecce suburbanæ templum nemorale Dianæ,
Partaque per gladios regna nocente manu.

silium a luce de gemmis, de lana imbuta murice, de facie et de corporibus. Quamobrem recenseam tibi conventus fœmineos idoneos venatibus? Arena cedet numero meo. Quamobrem recenseam Baias et littora operta velis; et aquam quæ emittit fumum de sulphure tepido? Aliquis reportans hinc plagam in pectore dixit: Hæc aqua non erat salutifera, ut perhibent. Ecce templum nemorale Dianæ suburbanæ,

---

—248 Apr. et C. *utramque Deam.*—251 Mor. *cedat:* plurimi *cedit.*—255 Fr. O. *littora Baïs:* Heins. conj. *Baulis.*—256 Multi *manat, aquam.* Nonnulli

NOTÆ

251 *Murice*] Fuit murex piscis marinus, ex concharum genere, cujus sanguine lana purpureo colore inficiebatur.

Diem] Quia de nocte factitiæ gemmæ a veris, ficta purpura a dibapha, nativus color a falso vix dignosci potest.

253 *Quid tibi*] Innumeros esse dicit cœtus mulierum, ubi eas commode liceat venari.

254 *Numero*] Plura esse loca dicit, ubi quis puellas quærat, quam arenas in littore. Hyperbole est.

255 *Baias*] Oppidum fuit Campaniæ amœnissimum, quo delectationis causa omnis generis homines cymbis variis coloribus pictis navigabant, ubi et convivia agitabant, &c.

Prætextaque] Frequentiam notat eorum qui Baias, et circa illum tractum oblectationis causa navigabant.

256 *Aquam*] Ibi aquæ erant calidæ ad voluptatem et sanitatem accommodatissimæ.

257 *Vulnus*] Amoris, scil. ex visa puella.

259 *Nemorale*] Lucus templo adjunctus erat, qui Aricinum nemus, ab Aricia vicino oppido, etiam dictus est.

Dianæ] Notior est triformis hæc Dea, Jovis et Latonæ filia, quæ in cœlis Luna, in terris Diana, in inferis Hecate, dicta est, quam ut multa de ea dicamus. Istud tantum hoc loco notandum, illius alia apud alios sacra fuisse; cui in Taurica regione hospitum illuc tempestate delatorum sanguine litabatur. Atque hæc Aricina Taurica a Strabone dicitur; ad cujus templum ex urbe fœminæ coronatæ, quod votis optaverant assecutæ, idibus Augusti facibus accensis veniebant: qua de re etiam noster in Fastis.

260 *Partaque*] Morem tangit Poëta, quo sacerdotes apud Ariciam alii aliis succedebant. Non enim ingenui hoc munus obibant, sed servi, iidemque

Illa quod est virgo, quod tela Cupidinis odit;
  Multa dedit populo vulnera, multa dabit.
Hactenus, unde legas quod amas, ubi retia ponas,
  Præcipit imparibus vecta Thalia rotis.
Nunc tibi, quæ placuit, quas sit capienda per artes,
  Dicere præcipuæ molior artis opus.
Quisquis ubique viri, dociles advertite mentes;
  Pollicitisque favens, vulgus, adeste meis.
Prima tuæ menti veniat fiducia, cunctas
  Posse capi; capies: tu modo tende plagas.
Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ;
  Mænalius lepori det sua terga canis:

et regna acquisita per enses manu lædente. Illa quia est virgo, quia aversatur tela amoris, inflixit multas plagas populo, infliget multa. Thalia acta rotis inæqualibus huc usque docet, quo ex loco eligas quod ames, ubi tendas laqueos. Jam conor te docere per quos dolos sit retinenda quæ arrisit, quod est *opus primariæ artis. Viri, quisquis ubique, præbete mentes faciles; et, plebs, favete meis promissis. Prima spes occurrat tuo animo, omnes* puellas *posse teneri* amore; *retinebis: tu tantum pone retia. Aves potius silcant vere, cicadæ æstate, canis Mænalius vertat*

aqua.—263 Al. *retia tendas:* O. *pones.*—264 Al. *Thalia modis:* I. *notis.*—267 Heins. *Quotquot ubique*, vel *quicquid*. Unus Heins. et antiquæ edd. usque ad Ald. *faciles advertite.*—268 Multi scripti et ed. *adesto.*—269 R. et O. *fiducia formæ.* Heins. *forma Posse capi.*—270 O. *capias.*—273 V. unus *blande cap-*

NOTÆ

fugitivi, qui singulari certamine inter sese dimicantes, cum victoria etiam sacerdotium adipiscebantur. Quem morem Pausanias in Corinthiacis etiamnum suis temporibus durasse scribit.

Regna] Pro Sacerdotio posuit, de quo nota superiore.

Nocente] Omnino, siquidem non nisi alterius sanguine obtinebatur.

261 *Virgo*] Actæonem in cervum, quem ejus canes discerpserunt, quod ipsam lavantem sine vestibus vidisset, pudorem violatum indignata mutavit. Atque hæc omnia prolixum esset congerere, quæ castitatis causa effecit.

262 *Dedit*] Jocus est, quasi Diana, Cupidinis sagittas contemnens, eas in quosvis rejecerit. Jocandi vero ansam dedit, quod templa ejusmodi et suburbani lucus plurimas nequitiæ occasiones præbere soleant.

263 *Hactenus*] Ubinam quærenda esset puella, Poëta docuit; nunc, quemadmodum concilianda sit, præcipit.

264 *Imparibus rotis*] Inæquali modulatione: non enim uno et eodem pede aut numero procedunt Hexametri et Pentametri versus; quibus in hac arte utitur Poëta.

Thalia] Una est ex novem Musis, quæ magis voluptariis cantibus, et Elegiis scribendis præesse credita est.

271 *Cicadæ*] Eo nomine appellantur obvia illa insecta, quæ per totam

Fœmina quam juveni, blande tentata, repugnet.
Hæc quoque, quam poteris credere nolle, volet.
Utque viro furtiva Venus, sic grata puellæ.
Vir male dissimulat: tectius illa cupit.
Conveniat maribus, ne quam nos ante rogemus;
Fœmina jam partes victa rogantis agat.
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro:
Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.
Fortior in nobis, nec tam furiosa libido.
Legitimum finem flamma virilis habet.
Byblida quid referam, vetito quæ fratris amore
Arsit; et est laqueo fortiter ulta nefas?
Myrrha patrem, sed non quo filia debet, amavit:
Et nunc obducto cortice pressa latet.

sua terga lepori, quam fœmina illecebrose appetita resistat juveni. Hæc quoque volet quam poteris arbitrari nolle; et ut Venus secreta placet viro, placet puellæ. Vir male fingit; illa optat minus aperte. Concordent viri ne precemur primi aliquam; jam fœmina victa tueatur partes orantis. Fœmina admugit tauro in pratis tenebris; fœmina semper adhinnit equo cornipedi. Libido generosior in nobis, nec tam impotens: amor virilis habet terminos legitimos. Quid memorem Byblida quæ flagravit amore prohibito fratris; et strenue flagitium vindicavit laqueo? Myrrha amavit patrem, sed non quomodo filia tenetur: et nunc delitescit vincta

---

tota.—276 Al. *rectius, tutius, fortius illa cupit.*—278 Al. *aget.* O. *blanda rogansque cogat.*—281 *Fortior* Apr. et primæ edd. vulgo *Parcior.*—282 Me. *Legitimam.*—285 *Quo* meliores: al. *ut:* Margo Gryph. et Bersm. *qua.*—286 Tres

NOTÆ

æstatem cantant in campis. Gall. *Cigale.*

272 *Mænalius*] Arcadicus canis a Mænalo Arcadiæ monte in Peloponneso sic dictus, hic synecdochice pro quovis venatico cane sumitur.

277 *Conveniat*] Dicit, quod si inter se concordes viri congruant, ne quam fœminam rogent, illæ ultro ad ipsos veniant.

281 *Fortior*] Non tam impotentes esse viros dicit, quam fœminas, quæ magis libidine sua ducantur. Verissime. Atque ita natura, quæ fœminam ad maris arbitrium fabricavit, sapienter providit: ut hinc de levibus, mulierosis, et præter naturam effœminatis homuncionibus, prorsum sit tutam sententiam ferre.

283 *Byblida*] Fœminas magis, quam viros ad amorem proclives esse exemplis confirmat. Hæc vero Byblis fratrem Cannum amavit; qui scelesto amore cognito ex patria profugit.

284 *Laqueo*] Vide omnino hanc fabulam Metam. lib. IX. a versu 654. ubi Poëtam diversa prorsus tradere invenies; ut ne deinceps fabulas, quas quisque eorum ad scopum aut theatrum accommodavit, anxie nimis inter se componere labores.

285 *Myrrha*] Hanc fabulam pro-

Illius et lacrymis, quas arbore fundit odora,
  Ungimur; et dominæ nomina gutta tenet.
Forte sub umbrosis nemorosæ vallibus Idæ
  Candidus, armenti gloria, taurus erat;
Signatus tenui media inter cornua nigro:
  Una fuit labes; cetera lactis erant.
Illum Gnosiadesque Cydoneæque juvencæ
  Optarunt tergo sustinuisse suo.
Pasiphaë fieri gaudebat adultera tauri:
  Invida formosas oderat illa boves.
Nota cano: non hoc, centum quæ sustinet urbes,
  Quamvis sit mendax, Creta negare potest.
Ipsa novas frondes, et prata tenerrima, tauro
  Fertur inassueta subsecuisse manu.

cortice superinducto. Perfundimur etiam lacrymis illius, quas emittit arbore odorifera; et gutta retinet nomina dominæ. Forte Taurus albus gloria armenti erat sub vallibus umbrosis Idæ nemorosæ, notatus exiguo nigro inter cornua media: una fuit macula; reliqua erant colore lacteo. Juvencæ Gnossiades et Cydoneæ cupiverunt sustinuisse illum tergo suo. Pasiphaë optebat fieri adultera Tauri: illa invida odio persequebatur pulchras vaccas. Vulgata refero: Creta quæ habet centum urbes, quamquam vana sit, non potest hoc inficiari. Ipsa dicitur totondisse manu insolita frondes recentes et herbas tenerrimas tauro. Procedit comes armentis

libri *abducto:* C. et unus Pal. *adducto.*—287 O. *Illius e.* Heins. *Illis et lacr.*—291 Al. *tenui virga:* unus V. *gyro.*—293 *Gnosiadesque* legit Heins. pro vulg. *Gnosiades:* al. *Cydoniadesque.*—295 Apr. *tauro.*—296 C. *formosos:* unus Be.

NOTÆ

lixe habes Metam. x. 298.

286 *Obducto*] Quia in arborem mutata, ut loco jam citato 490. et sequentibus narratur.

287 *Lacrymis*] Myrrhæ guttis, scilicet, ex arbore stillantibus.

289 *Idæ*] Cretensis, scil. nam alius mons fuit ejus nominis apud Trojam.

290 *Taurus*] Ille est, cujus Amore capta est Pasiphaë Minois uxor; ex quo etiam Minotaurum peperit.

291 *Tenui nigro*] Id est, Parva quadam macula nigra.

292 *Una fuit labes*] Macula illa fuit nigra.

Lactis erant] Candidus fuit ille Taurus.

293 *Gnosiadesque*] Cretenses, a Gnoso Cretæ urbe; quæ Creta insula est Mediterranei nobilissima, hodie *Candie.*

Cydoneæque] Id est, Quæ Cydonem Cretæ oppidum incolnerunt.

295 *Pasiphaë*] Solis fuit filia, Minois uxor, quæ Tauri Amore æstuans, ut eo potiretur ligneæ vaccæ Dædali opera fabricatæ sese inclusit, ut quidem tradunt fabulæ.

297 *Centum quæ*] Centum urbium claram fuisse Cretam docet Plinius, quam Hecatompolim vocat Strabo.

298 *Quamvis sit mendax*] Creten-

It comes armentis; nec ituram cura moratur
Conjugis: et Minos a bove victus erat.
Quo tibi, Pasiphaë, pretiosas sumere vestes?
Iste tuus nullas sentit adulter opes.
Quid tibi cum speculo montana armenta petenti? 305
Quid toties positas fingis, inepta, comas?
Crede tamen speculo, quod te negat esse juvencam.
Quam cuperes fronti cornua nata tuæ!
Sive placet Minos; nullus quæratur adulter;
Sive virum mavis fallere, falle viro. 310
In nemus et saltus thalamo regina relicto
Fertur, ut Aonio concita Baccha Deo.
Ah quoties vaccam vultu spectavit iniquo,
Et dixit, Domino cur placet ista meo!
Aspice, ut ante ipsum teneris exultet in herbis: 315
Nec dubito, quin se stulta decere putet.

nec cura mariti retinet profecturam; et Minos erat superatus a tauro. Quo tibi, Pasiphaë, induere vestimenta pretiosa? Iste tuus adulter nullas cognoscit divitias. Quid tibi, armenta montana sequenti, cum speculo? quid, stulta, componis toties capillos comtos? Habe tamen fidem speculo, quod te negat esse juvencam. Quam optares cornua orta fronti tuæ! Seu Minos placet; nullus adulter petatur: seu præoptas decipere maritum; decipito viro. Regina petit nemus et saltus exhiculo destituto, ut Baccha correpta Deo Aonio. Ah quoties intuita est vaccam oculis torvis, et dixit: Quamobrem grata est ista meo domino? Cerne quomodo saliat ante ipsum in herbis mollibus: nec dubito quin insulsa existimet sibi decorum esse.

---

deformes.—299 Nonnulli codd. *per prata.*—301 Fr. et duo alii *Fit comes.*—302 Francius malebat *ut Minos.*—303 *Quo* conj. Heins. vulgo *Quid:* R. *Quod.*—304 Vulg. *Ille tuus.*—313 Pal. unus *cultu speculatur.*—315 Alii *exultat.*—316 R. et O. *quin est ulta decere:* Heins. conj. *quin et stulta dec.* Al. *placere*

NOTÆ

ses etiam ex Epimenide Poëta mendacii arguit Divus Paulus ad Titum scribens.

302 *Conjugis*] Minois, scil.

304 *Iste*] Taurus, scil.

305 *Cum speculo*] Quærit Poëta, cur speculum tractet Pasiphaë, quæ Taurum, non hominem amet.

306 *Positas*] Id est, Quæ jam satis comtæ fuerint.

310 *Viro*] Ames hominem, non Taurum.

312 *Fertur*] Istud cum admiratione legendum; quod maxime ad scopum facit, probatque fœminas ad libidinem magis esse pronas.

Aonio] Bacchus a patria Aonius dictus est: fuit enim Aonia pars Bœotiæ montana, quæ et pro ipsa sumitur, uti Thebæ fuerunt Liberi patris natale solum.

Baccha] Bacchi sacerdos vini furore impulsa.

314 *Domino*] Tauro, scil.

Dixit; et ingenti jamdudum de grege duci
  Jussit; et immeritam sub juga panda trahi:
Aut cadere ante aras commentaque sacra coëgit:
  Et tenuit læta pellicis exta manu.
Pellicibus quoties placavit numina cæsis:
  Atque ait, exta tenens, Ite, placete meo!
Et modo se Europen fieri, modo postulat Io:
  Altera quod bos est; altera vecta bove.
Hanc tamen implevit, vacca deceptus acerna,
  Dux gregis: et partu proditus auctor erat.
Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore;
  (O quantum est, uni posse placere viro!)

Dixit, et imperavit jamdudum abduci de magno armento, et immeritam cogi sub juga curva; aut adegit procumbere ante aras et sacra ficta, et viscera pellicis manu tractavit hilari. Quoties propitiarit Deos mactatis pellicibus, atque dixit tractans viscera: Discedite, gratæ estote meo! Et modo cupit se fieri Europen, modo Io; quia altera est vacca, altera ablata tauro. Taurus tamen delusus juvenca acerna hanc fecit gravidam; et auctor erat manifestatus partu. Si Cretensis restitisset amori Thyesteo (o quantum est posse acceptam esse uni viro!) Sol non fregisset

---

putet.—318 *Panda* quatuor scripti et prima ed. vulgo *curva.*—319 Pal. unus et Apr. pro div. lect. *mentitaque sacra.*—322 Duo scripti *placete viro.*—323 Vulg. *se fieri Europen.*—325 Unus V. deceptus *ahena.*—327 Unus Pal. *se tenuisset.*—328 *Et quantum* R. cum tribus aliis: *Ha quantum* decem alii. O. *Et*

NOTÆ

315 *Aspice*] Hic diu, tanquam in re, immoratur Poëta, quæ puellarum in amorem impetum et vesaniam prodat. Neque vero fabulam dixeris, nam omnem fabulam exsuperat plurimarum amentia et furor. Ceterum verba hæc 'Aspice,' &c. Pasiphaës sunt in vaccam aliquam insurgentis, quod Tauro quærat placere.

321 *Pellicibus*] Vaccis, scil. quas amare taurum suum credebat.

322 *Placete*] Per indignationem, et quasi vaccæ exprobraret, quod tauro placere studuisset.

323 *Europen*] Quia hanc Agenoris filiam Jupiter tauri speciem indutus rapuit.

Io] Quia huic Inachi filiæ idem Jupiter vaccæ formam dedit.

325 *Hanc*] Pasiphaën, scil.

Vacca] In qua delituit Pasiphaë, ut ante diximus.

326 *Dux gregis*] Taurus, scil.

Partu] Minotaurum nempe enixa est Pasiphaë, monstrum, quo turpissimi ejus concubitus sunt cogniti.

Auctor] Taurus, scil. aut certe homo quidam ejus nominis, Minois scriba, cui similem infantem cum altero Minois vultus referentem uno partu Pasiphaë edidit; auctore Servio.

327 *Cressa*] Ærope est Atrei uxor, quæ cum Thyeste Atrei fratre concubuit; cujus rei impatientia Atreus fratri liberos adulterio natos epulan-

Non medium rupisset iter, curruque retorto
  Auroram versis Phœbus adisset equis.
Filia purpureos Niso furata capillos,
  Pube premit rabidos inguinibusque canes.
Qui Martem terra, Neptunum effugit in undis,
  Conjugis Atrides victima dira fuit.
Cui non defleta est Ephyrææ flamma Creusæ?
  Et nece natorum sanguinolenta parens?

iter medium, nec curru reflexo adiisset Auroram equis retrorsum actis. Filia quæ surripuit Niso comam purpuream, urget pube et inguinibus canes rabiosos. Atrides qui vitavit Martem terra, Neptunum in aquis, fuit hostia feralis uxoris. Cui non plorata est flamma Creusæ Ephyrææ, et mater cruenta cæde filiorum?

---

quantum est uni posse carere viro.—329 Quinque codd. et edd. Ven. Mycill. Bersm. Vincent. et Plant. *rapuisset iter.* Unus Heins. *curruque rotato.*—330 L. *Auroram adversis.*—331 Post hunc versum in plerisque scriptis et olim editis inseruntur hi duo: *Puppe cadens celsa facta refertur avis:* vel *Hunc hostem patitur cum reliquis avibus. Altera Scylla maris monstrum medicamine Circes*, pro quo Pat. Trevisani *Filia sed Phorci correpta cupidine Glauci.* Alii codd. aliter exhibent hos versus, quos merito ut spurios exulare jussit Heins. cum desint etiam

NOTÆ

dos apposuit; quod ne videret Sol, reflexo ad Auroram curru retrocessisse fertur.

328 *O quantum*] Id est, Quantum est fœminam uni tantum viro studere? Fieri non potest, quin multis una placeat; at forte evenerit, ut placere non studeat.

329 *Non medium*] Illud est quod modo dixi de Solis regressu.

331 *Filia*] Scylla, scil. Nisi Megarensium regis filia, quæ Minois amore capta, qui ejus patriam obsidebat, purpuream patris comam in qua fata urbis constabant illi attulit: quæ postea a Minoë spreta in avem Cyrim mutata est, ut alibi tradit Poëta.

332 *Pube premit*] Fabulas, ut vides, hic ut et alibi confudit Poëta: nam Phorci, non nisi vulgo dicitur esse filia Scylla, quæ in monstrum aut scopulum mutata est.

333 *Qui*] Agamemnon est Atrei filius, Rex regum, qui sceleratæ conjugis Clytæmnestræ dolis ab Ægystho adultero interfectus est. Quo exemplo Poëta furiosam puellarum esse libidinem maxime probat.

Martem] Id est, Vim armorum, per Metonymiam.

Neptunum] Maris pericula, per eandem Metonymiam, Deo pro re cui præsidet posito.

334 *Conjugis*] Clytæmnestræ, scil. quæ Agamemnonem maritum, ut dixi, Troja advenientem trucidavit.

335 *Ephyrææ*] Id est, Corinthiacæ: Ephyra enim primo appellata est Corinthus, celeberrima illa urbs Achaiæ.

Flamma] De illa loquitur, quam in Creontis Corinthiorum regis domum Medea a Jasone repudiata immisit; qua flamma, seu potius muliebri furore, et regia, et Creusa regis filia, quam Jason uxorem ducebat, deflagravit.

336 *Nece natorum*] Filios, quos ex

Flevit Amyntorides per inania lumina Phœnix:
Hippolytum pavidi diripuistis equi.
Quid fodis immeritis, Phineu, sua lumina natis?
Pœna reversura est in caput ista tuum.
Omnia fœminea sunt ista libidine mota.
Acrior est nostra, plusque furoris habet.
Ergo age, ne dubita cunctas superare puellas:
Vix erit e multis quæ neget una tibi.
Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ.
Ut jam fallaris, tuta repulsa tua est.
Sed cur fallaris, cum sit nova grata voluptas?
Et capiant animos plus aliena suos?

Phœnix Amyntorides lacrymas profudit per oculos vacuos: equi efferati discerpsistis Hippolytum. Quamobrem, Phineu, eruis oculos suos immerentibus filiis? Ista pœna recidet in caput tuum. Hæc omnia facta sunt libidine fœminea. Vehementior est nostra, et habet plus furoris. Ergo age, ne diffide vincere omnes puellas: vix una erit e multis quæ recuset. Quæ præbent, et quæ recusant, lætantur tamen esse rogatæ. Quanquam etiam decipiaris, repulsa tua est secura. Sed cur decipiaris, cum voluptas nova placeat; et aliena plus moveant animum quam sua? Seges

---

in O. et R. 2.—333 Vulg. *terris:* at meliores *terra.*—338 Vulgo *rapidi equi.* R. O. et quatuor al. *rabidi.*—341 O. *ista cupidine plena.*—343 Nonnulli *nec,* vel *ne dubites.* Al. *sperare puellas.*—344 Pol. *in multis.*—345 Unus Bc. *stulta repulsa.*—347 Arg. *cum sit sibi:* Mc. *tibi.* Bc. *jam grata.*—348 *Suos* I. et Pol.

NOTÆ

Jasone susceperat Medea, ut maritum ulcisceretur, amore et spretæ flammæ dolore amens, laniavit.

337 *Amyntorides*] Phœnix est, Amyntoris filius, Achillis præceptor, qui a patris concubina receptus, patrisque ob eam rem diris impetitus, in Thessaliam, relicta patria, profugit.

Inania] Tandem illum oculis captum fuisse tradunt.

338 *Hippolytum*] Fuit Hippolytus Thesei filius, qui turpissimo novercæ Phædræ amori obtemperare cum noluisset, apud patrem, tanquam de stupro eam appellasset, ab ipsa accusatus fuit: cui furiosæ mulieri temere fidem adhibens Theseus, Neptunum adversus filium invocavit: ex quo factum, ut, adversus honestissimum sed infelicissimum juvenem phocas iniquus maris Deus immiserit, a quibus territi Hippolyti equi ipsum loris implicitum inter saxa discerpserunt.

339 *Phineu*] Fuit Phineus rex Arcadiæ, vel, ut aliis placet, Thraciæ, aut Paphlagoniæ, (nam tota hæc fabula aliter ab aliis interpolata est,) qui repudiata, aut Cleopatra mortua, uxorem Harpalicem duxit, cujus instinctu filios suos occæcavit: quamobrem illum quoque Dii oculis privarunt, et Harpyas aves immiserunt, quæ dapes diripiebant, ventrisque profluvio fœdabant. Atque et istud quantus sit fœminarum in amore furor demonstrat.

Fertilior seges est alienis semper in agris:
  Vicinumque pecus grandius uber habet.
Sed prius ancillam captandæ nosse puellæ
  Cura sit: accessus molliat illa tuos.
Proxima consiliis dominæ sit ut illa videto;
  Neve parum tacitis conscia fida jocis.
Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando.
  Quod petis, e facili, si volet illa, feres.
Illa legat tempus (medici quoque tempora servant)
  Quo facilis dominæ mens sit, et apta capi.
Mens erit apta capi tunc, cum lætissima rerum,
  Ut seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,
  Ipsa patent: blanda tum subit arte Venus.
Tum, cum tristis erat, defensa est Ilios armis:
  Militibus gravidum læta recepit equum.
Tum quoque tentanda est, cum pellice læsa dolebit:
  Tum facias opera, ne sit inulta, tua.

est semper uberior in agris alienis: et pecus vicinum habet uber distentius. Sed prius memineris nosse famulam puellæ capiendæ: illa paret aditus tuos. Cura ut illa sit intima consiliis dominæ; et sit fidelis conscia lusibus secretis. Tu vince illam promissis, fac tuam precando. Consequeris nullo negotio quod cupis, si illa volet. Illa dispiciat opportunitatem (medici observant quoque opportunitates) qua ingenium dominæ sit molle et idoneum moreri. Ingenium erit aptum tangi tum, cum festivissima rerum luxuriabit ut sata in solo stercorato. Dum cor lætatur, nec premitur dolore, illud apertum est: tum Venus subrepit dolo illecebroso. Troja tum armis propugnata est cum erat mœsta; hilaris admisit equum plenum militibus. Tum quoque captanda est cum offensa pellice mœrebit: tum efficias auxilio tuo ne

---

cum al. quibusdam: vulgo *suis*.—351 *Captandæ* Apr. vulgo *captatæ*.—352 O. et plerique al. *molliet illa*.—353 Heins. conj. *Conscia consiliis*: C. *conciliis*. O. et Pat. *sit an illa*.—354 Ha. *missa jocis*.—357 *Legat* R. et Apr. vulgo *leget*.—360 R. et O. cum al. nonnullis *luxuriavit*. I. *luxuriatur*: unus V. *luxuriarit*, quod Heinsio placet.—361 Al. *attrita dolore*: unus *abstracta*: V. *astricta labore*.—362 Mor. *Ipsa patet*.—363 Vulg. *Ilion*.—366 Al. *Tunc facies*. Tres scripti

NOTÆ

346 *Ut jam*] Id est, Quantumvis contra spem animi tui repulsam feras, atque optata negaverit mulier, tamen ex repulsa nihil pericli erit.

349 *Fertilior*] Istud ex parte dicit mulieris, cui elegans et magis gratus sit amator quo non potitur, quam maritus.

352 *Cura*] 'Nam disciplina est eisdem munerarier Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.' Terent. in Heautontimor.

364 *Militibus*] Quo dolo Sinon equum ligneum militibus plenum in

Hanc matutinos pectens ancilla capillos
  Incitet: et velo remigis addat opem.
Et, secum tenui suspirans murmure, dicat;
  Ut puto, non poteris ipsa referre vicem.
Tum de te narret: tum persuadentia verba
  Addat; et insano juret amore mori.
Sed propera, ne vela cadant, auræque residant.
  Ut fragilis glacies, interit ira mora.
Quæris, an hanc ipsam prosit vitiare ministram?
  Talibus admissis alea grandis inest.
Hæc a concubitu fit sedula; tardior illa:
  Hæc dominæ munus te parat, illa sibi.
Casus in eventu est: licet hæc indulgeat ausis;
  Consilium tamen est abstinuisse meum.
Non ego per præceps et acuta cacumina vadam:
  Nec juvenum quisquam, me duce, captus erit.
Si tamen illa tibi, dum dat recipitque tabellas,
  Corpore, non tantum sedulitate, placet;

sit multa. Ancilla fingens comam matutinam hanc urgeat; et adjiciat operam remigis velo. Et tacite suspirans dicat levi murmure: Ipsa, credo, non poteris gratiam referre. Tunc loquatur de te; tunc adjiciat verba persuadentia: et te perire juret amore furioso. Sed festinet, ne vela contrahantur et venti quiescant. Ira tempore, sicuti glacies fragilis, diffluit. Petis an juret corrumpere hanc ipsam famulam? Alea magna est in ejusmodi ausibus. Hæc fit diligens post coitum; illa segnior: hæc te adornat munus dominæ, illa sibi. Eventus dubius est. Quanquam hæc favcat inceptis; tamen consilium meum est non fecisse. Ego non eam per abrupta et fastigia ardua; nec quisquam adolescentum decipietur me suasore. Si tamen illa grata est tibi corpore, non tantum diligentia, dum tradit et recipit

Tum facias.—367 Nonnulli *matutino.* N. et O. *pectentem.*—370 R. *poteras ipse:* alius *poteras ipsa.*—373 O. *properet.* Unus Pal. *auræque:* vulgo *iræque:* duo al. *viresque.* Unus cod. *iræque recedant:* Be. *resistant.*—375 *Vitiare* duo Heins. vulgo *violare:* unus *mollire.*—377 *A concubitu* R. a manu pr. cum Exc. Scal. et P. vulgo *ad concubitum.*—378 Al. *munus temperat.*—379 Al. *licet hic.*—381 Unus cod.

NOTÆ

urbem Trojam invexerit, qui postea Græcis portas aperuerunt, ex Virgilii Æneidos lib. II. a versu 162. omnino petendum.

367 *Matutinos*] Id est, qui matutino tempore pectantur.

368 *Velo rem.*] Metaphora est e re nautica, ubi non modo velis festinantes, sed insuper remis, navem suam solent impellere. Mens est Poëtæ, ut dominam ob pellicem jam satis iratam, ancilla insuper contra maritum instiget, quo amatoris votis facilius annuat.

379 *Casus in eventu*] Id est, Forte succedet, forte non succedet.

Fac domina potiare prius; comes illa sequatur.
Non tibi ab ancilla est incipienda Venus.
Hoc unum moneo (si quid modo creditur arti;
Nec mea dicta rapax per mare ventus agit)
Aut non tentaris, aut perfice: tollitur index;
Cum semel in partem criminis ipsa venit.
Non avis utiliter viscatis effugit alis:
Non bene de laxis cassibus exit aper.
Saucius arrepto piscis teneatur ab hamo.
Perprime tentatam: nec, nisi victor, abi.
Tum neque te prodet communi obnoxia culpæ:
Factaque erunt dominæ dictaque nota tibi.
Sed bene celetur: bene si celabitur index,
Notitiæ suberit semper amica tuæ.
Tempora qui solis operosa colentibus arva,
Fallitur, et nautis aspicienda putat.
Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis:
Nec semper viridi concava puppis aquæ.
Nec teneras semper tutum captare puellas.
Sæpe dato melius tempore fiet idem.

tabellas; fac potiaris prius domina; illa sequatur comes. Venus non est tibi incipienda ab ancilla. Admoneo hoc unum, (si quid modo arti confiditur, nec ventus rapidus aufert mea præcepta per mare,) vel ne conatus fueris, vel ad metam perduce: removetur index, cum ipsa descendit semel in partem flagitii. Avis damnose avolat alis visco illitis: aper damnose erumpit ex retibus laxis. Piscis vulneratus retineatur ab hamo apprehenso. Supera captatam; nec recede, nisi voti compos. Tum neque te accusabit rea socii criminis; et facta et dicta dominæ tibi erunt perspecta. Sed bene celetur: si index celabitur bene, amica erit semper tibi perspecta. Ille decipitur qui credit tempora observanda solis cultoribus agrorum laboriosorum et nautis. Nec frumenta semper committenda agris incertis: nec semper navis concava aquæ glaucæ: nec semper tutum molles venari puellas. Idem fiet

---

acuta Ceraunia. Duo libri *cacumina ducam.*—388 Al. *agat.*—389 *Non tentaris* a conj. Heins. al. *nunquam tentes:* R. et multi al. *non tentasses:* I. et al. *non tentabis:* O. *tentares.* Fr. pro var. lect. *pellitur index.*—390 I. O. et pauci alii *illa venit.*—393 Al. *piscis retinetur.*—394 Al. *Opprime tent.*—395 *Obnoxia culpæ* corr. Heins. nam duo codd. *noxia culpæ:* Pat. unus *obnoxia culpa:* vulgo *noxia culpa:* al. *conscia culpæ.*—400 Pal. unus et alius *accipienda putet.*—401 Pal. *tradenda Ceres:* alius Cod. *seges.*—402 C. *semper liquidæ.*—403 Duo Heins.

NOTÆ

381 *Acuta*] Ubi vix quisquam stare possit, cum potius ruina immineat.

397 *Celetur*] Quicquid ancilla dixerit de amica, et quicquid ipsa fecerit.

Sive dies aderit natalis; sive Kalendæ,
  Quas Venerem Marti continuasse juvat:
Sive erit ornatus, non, ut fuit ante, sigillis,
  Sed regum expositas Circus habebit opes:
Differ opus: tunc tristis hyems, tunc Pliades instant:
  Tunc tener æquorea mergitur Hædus aqua.
Tunc bene desinitur: tunc, si quis creditur alto,
  Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis.

sæpe melius occasione ostentata. Sive natalis dies aderit, sive Kalendæ, quas gratum est Veneri continuasse Marti; sive Circus erit cultus, non signis, ut fuit ante, sed habebit divitias illatas Regum; differ opus: tunc graris tempestas; tunc Pliades urgent. Tunc tener hædus tingitur aqua marina. Tunc bene cessatur; tunc, si quis committitur profundo mari, vix tenuit partes naufragas navis discerptæ. Quan-

---

tentare puellas.—405 *Aderit* duo Heins. vulgo *suberit:* duo *fuerit.*—408 *Expositas* duo Heins. vulgo *positas.*—410 Al. *Tunc et in æquor.*—411 Cantabrig. et Li. *bene differtur:* alius *dispicitur.* Me. *sequi credidit alto:* R. *te qui credidit:*

NOTÆ

Index] Ancilla, scilicet, quæ dominæ consilia et res omnes aperit.

405 *Dies natalis*] Qui apud priscos in magna erat veneratione.

406 *Quas Venerem*] Romanis primus dictus est mensis Martius; cujus Kalendæ, seu primus dies, Marti sacer fuit; quo Matronalia a matronis Marti, Romuli patri, celebrabantur, quoque primo anni die, ut etiam mos est nostratibus, mariti itemque amantes matronarum et puellarum gratiam muneribus sibi conciliare studebant. Secundus mensis Aprilis fuit, cujus Kalendæ Veneri sacræ, quibus etiam matronæ et puellæ de festis solicitæ. Patet ex his sensus istius Pentametri; nisi quod, ut Poëtæ mos est, plura intelligit quam quæ primo intuitu mentem subeunt. Nota vero sunt quæ de Marte et Venere ipse Vulcanus in solem dedit; unde facile quid de puellis Marti operantibus olfaciendum voluerit Naso.

407 *Sive erit*] Negat Poëta tunc puellæ conciliandæ dandam esse operam, cum regum opibus ac spoliis, Romam ab Imperatoribus adveetis, Circus exornatus omnium mentem et oculos retinet: frustra enim operam sumi.

409 *Hyems*] Id est, tempus quo navigationem non sine maximo periculo amans suscipiat; perinde ut nauta qui hyeme maria subiret. Metaphora est continuata, seu allegoria.

Pliades] Stellæ sunt septem, quas Latini dixerunt Vergilias, quibus occidentibus hyems ostenditur, auctore Hygino.

410 *Hædus*] Stellæ sunt in aniiga, quæ, quia mense Octobri oriuntur, quo tempore pluviæ et tempestates solent exoriri, eas cum quibusdam aliis signis cœlestibus ortu suo, ut et occasu, ciere dictæ sunt.

Aqua] Maris, scil. in quod signa cœlestia sese, cum occidunt, videntur demergere.

411 *Desinitur*] A captanda puella cessatur.

412 *Vix tenuit*] Id est, vix tabulæ

Tu licet incipias, qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latiis sanguinolenta fuit:
Quaque die redeunt, rebus minus apta gerendis,
Culta Palæstino septima festa Syro.
Magna superstitio tibi sit natalis amicæ:
Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.
Cum bene vitaris; tamen auferet: invenit artem
Fœmina, qua cupidi carpat amantis opes.
Institor ad dominam veniet discinctus emacem:
Expediet merces, teque sedente, suas.
Quas illa, inspicias, sapere ut videare, rogabit.
Oscula deinde dabit: deinde rogabit, emas.
Hoc fore contentam multos jurabit in annos.
Nunc opus esse sibi, nunc bene dicet emi.

quam tu aggrediaris die quo luctuosus Allia fuit cruentus plagis Latinis; et die quo festa septima observata a Palæstino Syro re leunt minus idonea rebus agendis. Magna sit tibi religio natalis amicæ; et illa sit dies atra, qua aliquid præbendum est. Cum bene effugeris, tamen tollet: fœmina excogitat dolos quibus rapiat divitias amantis avidi. Institor discinctus accedet ad dominam emendi cupidam: et exponet merces suas, te præsente. Quas illa orabit spectes, ut credaris esse callidus; postea osculabitur; postea precabitur ut emas. Jurabit sibi satis fore hoc in multos annos; jam se opes habere, jam dicet emi vili pretio. Si prætexas pecuniam quam

---

Pat. *si quis credidit.*—413 *Tu licet*, O. vulgo *Tunc.*—416 *Syro* Exc. P. et Scal. vulgo *viro.*—417 Duo Pal. et duo al. *Multa superstitio:* Me. 1. *Vana.*—421 O. et duo al. *veniat* et mox *Expediat.* In quibusdam scriptis, et in pr. Ed. *dis-*

NOTÆ

alicujus beneficio sese periculo subtraxerit.

413 *Allia*] Fluvius est Italiæ, haud procul ab urbe, apud quem deletæ sunt a Gallis copiæ Romanæ, ad 15. Kalend. Sextiles; quem diem atrum infausta velut appellatione damnarunt.

416 *Palæstino*] Id est, Judæo: nam Palæstina provincia est Syriæ, quæ Palæstina Syria et Judæa plurimis auctoribus dicitur.

Septima] Quæ Sabbatha sunt Judæorum.

417 *Superstitio sit natalis*] Id est, Cavesis, ne quid illo die cum puella incipias: ejusmodi dies maxime timeas; quia, scilicet, natalis strenæ dies et dispendii.

418 *Atra*] Id est, infausta.

419 *Auferet*] Dona, scilicet, quæ extorqueat.

421 *Institor*] *Un facteur de boutique.*

Discinctus] Id est, in tunicis demissis. Propert. ' et ibo Mundus demissis institor in tunicis.'

423 *Sapere*] Id est, ' in cognoscendis et emendis mercibus callidum esse.'

426 *Bene*] Vili pretio.

Si non esse domi, quos des, causabere nummos;
  Litera poscetur; ne didicisse juvet.
Quid? quasi natali cum poscit munera libo;
  Et, quoties opus est, nascitur ipsa sibi?
Quid? cum mendaci damno mœstissima plorat;
  Elapsusque cava fingitur aure lapis?
Multa rogant utenda dari: data reddere nolunt.
  Perdis; et in damno gratia nulla tuo.
Non mihi, sacrilegas meretricum ut prosequar artes,
  Cum totidem linguis, sint satis ora decem.
Cera vadum tentet, rasis infusa tabellis:
  Cera tuæ primum nuntia mentis eat.
Blanditias ferat illa tuas: imitataque amantem
  Verba, nec exiguas, quisquis es, adde preces.
Hectora donavit Priamo, prece motus, Achilles:
  Flectitur iratus voce rogante Deus.

numeres non esse domi; litera petetur; ne gratum sit eas *didicisse. Quid cum petit dona quasi die natali; et ipsa nascitur sibi quoties opus est? Quid cum flet tristissima falsa jactura; et gemma simulatur defluxisse aure cava? Multa petunt tradi utenda: nolunt restituere tradita. Amittis; et nulla gratia est in tuo detrimento. Ora decem cum totidem linguis non sufficiant mihi, ut dolos narrem detestandos scortorum. Cera illita tabellis expolitis exploret vadum; cera eat primo nuntia consilii tui. Illa deferat lenocinia tua, et quisquis es adjice verba simulantia te amantem, nec parce precibus. Achilles prece adductus reddidit Hectorem Priamo:*

---

tinctus pro *discinctus*.—423 N. *scire ut:* Be. *capere*.—428 *Ne...juvet*, R. O. aliique nonnulli: vulgo *nec didicisse juvat*.—429 Heins. vult *Quid sua natali*.—430 Libri nonnulli *illa sibi*.—431 Unus Be. *mordaci damno:* Ed. Mycill. *Quid quo mend*.—433 Al. *reddenda dari:* quidam *tradenda sibi:* unus *optanda dari:* He. *credenda dari*.—435 Alii *persequar artes*.—437 O. *raris tabellis:* Pal. *roseis*.—438 *Nuntia* O. Sa. et unus Pal. vulgo *conscia*.—439 N. *imitataque mentem:*

NOTÆ

427 *Causabere*] In excusationem dixeris.

428 *Litera*] Syngraphum, scilicet, quo fidens institor puellæ merces relinquat: ut tum satius fuerit literas non didicisse.

429 *Libo*] Libum genus est placentæ de farre et melle, quod die natali amicis præbere solebant.

430 *Nascitur*] Hoc est, se, muneris accipiendi causa, tali die natam dicit.

432 *Lapis*] Pretiosus, scil. gemma, aut unio, quos hodieque auribus suspendere solent puellæ.

437 *Cera*] Id est, literæ in tabellis ceratis. Metonymia est subjecti.

Vadum] Id est, qualis sit puellæ animus. Metaph. est ab iis qui flumen trajicere conantur.

441 *Priamo, prece*] Pretio tamen addito. ‘ Exanimumque auro corpus

Promittas facito: quid enim promittere lædit?
Pollicitis dives quilibet esse potest.
Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum:
Illa quidem fallax, sed tamen apta Dea est.
Si dederis aliquid, poteris ratione relinqui.
Præteritum tulerit, perdideritque nihil.
At quod non dederis, semper videare daturus.
Sic dominum sterilis sæpe fefellit ager.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor:
Et revocat cupidas alea blanda manus.
Hoc opus, hic labor est: primo sine munere jungi.
Ne dederit gratis, quæ dedit, usque dabit.
Ergo eat; et blandis peraretur litera verbis:
Exploretque animos, primaque tentet iter.
Litera Cydippen, pomo perlata, fefellit:
Insciaque est verbis capta puella suis.

Deus movetur voce supplici. Fac pollicearis: quid enim nocet polliceri? Quivis potest esse locuples promissis. Spes durat in tempus prolixum, si est semel recepta: illa quidem Dea est mendax, sed tamen commoda. Si tradideris aliquid, poteris carere ratione. Præteritum sustulerit, et nihil amiserit. At videaris semper traditurus quod non tradideris. Sic ager infœcundus sæpe decepit dominum. Sic lusor non desinit amittere, ne amiserit: et alea illecebrosa revocat manus avidas. Hoc opus, hic labor est, coire primo sine dono: quæ concessit, concedet semper, ne concesserit frustra. Ergo discedat litera, et perscribatur verbis suavibus: et scrutetur mentem, et prima exploret iter. Litera perlata pomo decepit Cydippen; et puella

---

O. *amorum.* Heins. conj. *amantem* vel *amorem.*—447 Vulg. *dederis quicquam.* —448 Unus Pat. *tuleris.* R. 3. *perdiderisque.*—449 Al. *Et quæ non:* O. *At quæ:* unus *At si non:* N. *Sed quod:* tres *Et si.*—452 *Blanda* cod. Zinzerlingii, C. et quatuor al. vulgo *sæpe.*—453 Vulg. *primum:* at meliores *primo.*—454 *Ne dederit* R. O. et A. vulgo *Si dederit:* alius *Nec ded.*—455 Duo codd. *portetur litera:* unus *tractetur:* tres *paretur:* alius *properetur.*—457 Be. et quinque al.

NOTÆ

vendebat Achilles.' Virg.

448 *Præteritum*] Munus, scilicet, oblatum, cum tamen sui non faciat copiam puella.

452 *Blanda*] Quæ lene tormentum spe lucri addit lusori.

457 *Cydippen*] Fabulam supra vidimus in epistolis. Acontius Delum, ad Dianæ sacra, quæ a virginibus celebrabantur, ex Cæa insula navigavit; ubi in Cydippes amorem exarsit: et eam uxorem cum aperte non auderet petere, ad hunc dolum confugit. Lex erat, ut quæ in templo Dianæ Deliæ dicerentur, rata essent; itaque pomum ad puellæ pedes projecit, in quo hi versus scripti erant: 'Juro tibi sane, per mystica sacra Dianæ, Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.'

Disce bonas artes, (moneo,) Romana juventus;
Non tantum, trepidos ut tueare reos.
Quam populus, judexque gravis, lectusque senatus;
Tam dabit eloquio victa puella manus.
Sed lateant vires; nec sis in fronte disertus.
Effugiant ceræ verba molesta tuæ.
Quis, nisi mentis inops, teneræ declamet amicæ?
Sæpe valens odii litera causa fuit.
Sit tibi credibilis sermo, consuetaque verba:
Blanda tamen, præsens ut videare loqui.
Si non accipiet scriptum, illectumque remittet;
Lecturam spera: propositumque tene.
Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci:
Tempore lenta pati fræna docentur equi:
Ferreus assiduo consumitur annulus usu:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est saxo durum? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

imperita est implicita verbis suis. Perdisce liberales artes (hortor), Romana juventus; non tantum ut defendas reos timidos. Quam populus et judex severus et lectus Senatus, tam puella superata concedet verbis disertis. Sed vires occultentur, nec sis primo facundus. Tabellæ tuæ vitent verba dura. Quis nisi amens declamet molli amicæ? Sæpe litera fuit potens causa odii. Sit tibi sermo credibilis, et verba usitata: suavia tamen, ut videaris coram loqui. Si non accipiat literam, et remittat illectum, spera lecturam; et sta in incepto. Juvenci rebelles accedunt ad aratra tempore: equi coguntur pati habenas flexiles tempore. Annulus ferreus consumitur usu continuo: dens curvus aratri teritur terra assidua. Quid est durius petra? quid mollius aqua? Petræ tamen duræ perforantur aqua tenera. Superabis ipsam

perlecta fefellit: quidam *prælata, prolata, delata.*—463 Duo Pal. *Lateant artes.* Octodecim libri, *ne sis.* Duo *in fronte severus.*—464 *Ceræ* tres Heins. vulgo *voces.* Ar. *verba magistra.*—465 Vulg. *declamat;* at meliores *declamet.*—467 Al. *consultaque verba.*—468 Be. unus *sic videare.*—469 Sex libri *intactumque remittet.*—470 H. *propositumque tege.*—474 Jun. *et perit assid.*—477 Vulg. *perstes.*

NOTÆ

463 *Lateant*] Artis est, scilicet, celare artem: et in eo laus artis ultima.

465 *Declamet*] Id est, Magno eloquentiæ conatu sese magis Oratorem, quam amantem, ridicule profiteatur.

466 *Litera*] Quæ, scilicet, nimis diserta et in declamationis modum composita fuerit.

472 *Lenta fræna*] Quorum, scilicet, habenæ ex corio flexili constant.

474 *Assidua*] Qua assidue inter

Penelopen ipsam (persta modo) tempore vinces.
Capta vides sero Pergama; capta tamen.
Legerit, et nolit rescribere; cogere noli.
Tu modo blanditias fac legat usque tuas.
Quæ voluit legisse, volet rescribere lectis.
Per numeros venient ista gradusque suos.
Forsitan et primo veniet tibi litera tristis;
Quæque roget, ne se solicitare velis.
Quod rogat illa, timet: quod non rogat, optat, ut instes.
Insequere; et voti postmodo compos eris.
Interea, sive illa toro resupina feretur;
Lecticam dominæ dissimulanter adi:
Neve aliquis verbis odiosas afferat aures,
Quam potes, ambiguis callidus abde notis.
Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur
Porticus: hic socias tu quoque junge moras.
Et modo præcedas facito; modo terga sequaris:
Et modo festines, et modo lentus eas.
Nec tibi de mediis aliquot transire columnas
Sit pudor, aut lateri continuasse latus.

Penelopen tempore, urge modo propositum. Cernis Trojam superatam serò, superatam tamen. Legerit, et nolit respondere, noli cogere. Tu facito tantum ut legat semper molles tuos sermones. Quæ voluit legisse, volet respondere lectis. Ista promovebuntur per numeros suos et gradus. Forte etiam litera mœsta tibi feretur primo; et quæ oret ne velis labefactare se. Illa reformidat quod petit; cupit ut urgeas quod non petit. Insta, et postmodo eris compos voti. Interea sive illa vehetur resupina lecto; adi dissimulanter lecticam dominæ; et ne aliquis præbeat aures invidiosas verbis, vafer involve quantum potes signis dubiis. Seu porticus vasta calcabitur ab illa pedibus incomitatis, tu quoque hic una hæreas. Et modo fac anteeas, modo sequaris terga, et modo properes, et modo lente ambules. Nec te pudeat transire aliquot columnas de mediis, aut continuasse latus lateri. Nec mag-

---

—480 Al. *legat ipsa*.—482 *Venient* O. et quatuor alii: vulgo *veniunt:* duo *veniant*.—484 Heins. *Quaque roget*.—487 Al. *feratur*.—488 Unus Heins. *dissimulator*.—489 R. O. et unus V. *offerat*.—492 Jun. et quinque al. *huic socias*. Quinque codd. *tu modo*. Voss. *junge manus*.—495 *Aliquot* O. et decem al. vulgo *aliquam transire columnis:* Arnud. et quidam al. *aliquot columnis*.—497 Al. *spe-*

NOTÆ

arandum teritur.

477 *Penelopen*] Pro quavis castissima muliere.

488 *Dissimulanter*] Quasi nescieris quæ in lectica fuerit.

491 *Vacuis*] Cum nullus sit comes

495 *Columnas*] Quibus Porticus fultæ sunt, scilicet.

Nec sine te curvo sedeat spatiosa theatro :
Quod spectes, humeris afferet illa suis.
Illam respicias, illam mirere licebit ;
Multa supercilio, multa loquare notis.
Et plaudas, aliquam mimo saltante puellam ;
Et faveas illi, quisquis agatur amans.
Cum surget, surges ; donec sedet illa, sedebis.
Arbitrio dominæ tempora perde tuæ.
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos :
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Ista jube faciant, quorum Cybeleia mater
Concinitur Phrygiis exululata modis.
Forma viros neglecta decet. Minoida Theseus
Abstulit, a nulla tempora comtus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat bene cultus, amavit.
Cura Deæ, sylvis aptus, Adonis erat.

nifica sedeat sine te theatro curvo : illa afferet suis humeris quod spectes. Licebit illam intuearis, illam suspicias ; proferas multa supercilio, multa signis. Et plaudas, histrione saltante aliquam puellam ; et faveas amanti, quisquis ille repræsentetur. Surges cum surget : sedebis quamdiu illa sedet. Tere tempus ad libitum dominæ tuæ. Sed neque crispes comam calamistro : nec expolias crura tua pumice aspero. Impera ista faciant quorum numeris Phrygiis mater Cybeleia exululata cantatur. Forma neglecta decet viros. Theseus nulla acu ornatus tempora avexit Minoida. Phædra amavit Hippolytum, nec erat bene com-

ciosa theatro.—498 Al. *afferat :* Apr. et C. *auferat :* Voss. *oculis afferat.*—501 *Aliquam...puellæ* Exc. Scal. et cod. O. vulgo *aliquo mimo saltante puellæ.*—502 Vulg. *Et faveas.*—503 Alii *surgit, surgat ; surgas ; sedeto.*—506 Pal. *Nec tibi.*—510 Ald. posterior, Mycil. et al. edd. *cultus acu.*—513 Ha. *corpora sole.*—

NOTÆ

502 *Agatur*] A mimo repræsentetur.

506 *Pumice*] Pumex spongiosus est lapis, quo in lævigando corpore et deterendis pilis fœminæ utebantur. Gall. *Pierre ponce.*

507 *Quorum*] Semiviros magnæ matris Sacerdotes designat, qui totum corpus quotidie, ut mundi essent, radebant.

Cybeleia] Ops est, seu Vesta, aut Rhea, magna Deorum mater, quæ a Cybele Phrygiæ monte, ubi primum instituta ejus sacra, Cybele quoque dicta est.

508 *Exululata*] Incondito fistularum et tympanorum strepitu, sicut in Bacchi sacris, et furiali sacrificantium ululatu Bonæ Deæ sacra peragebant.

509 *Minoida*] Phædram Minois filiam, cujus ex Epistola Ariadnes nota fabula.

511 *Hippolytum*] De eo supra vs. 338.

512 *Deæ*] Veneris, scil. quæ Ado-

Munditiæ placeant: fuscentur corpora Campo:
Sit bene conveniens, et sine labe toga.
Linguaque ne rigeat: careant rubigine dentes:
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos:
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, et sint sine sordibus ungues:
Inque cava nullus stet tibi nare pilus.
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris:
Nec lædant nares virque paterque gregis.
Cetera lascivæ faciant, concede, puellæ;
Et si quis male vir quærit habere virum.
Ecce suum vatem Liber vocat: hic quoque amantes
Adjuvat; et flammæ, qua calet ipse, favet.
Gnosis in ignotis amens errabat arenis,
Qua brevis æquoreis Dia feritur aquis.

tus. Adonis amor Deæ erat idoneus sylvis. Munditiæ probentur; corpora subnigra reddantur campo; toga sit concinna et sine macula; et lingua ne hæsitet: dentes sint absque rubigine: nec pes incertus fluctuet tibi in calceo male cohærenti. Nec tonsura prave deformet comam asperam: sint capilli, sit barba detonsa perita manu. Et nihil extent, et sint ungues sine spurcitia; et nullus pilus sit tibi in nare cava. Nec spiritus oris male odorati sit gravis: nec vir et pater gregis offendant nares. Fac puellæ luxuriosæ reliqua curent: et si quis effœminatus studet consequi virum. Ecce Bacchus accersit suum poëtam: hic etiam fert opem amantibus; et favet igni quo ipse uritur. Gnossis insana vagabatur in arenis insolitis, qua parva

514 Arund. *sit sine labe.*—515 Vulg. *nec rigeat.*—517 Heins. *Nec mala.*—518 O. et R. *sit tuta:* Heins. conj. *scita.*—522 Vulg. *lædat.* Duo Heins. *duxque paterque.*—524 Alii *Vel si quis.*—527 Duo libri *Gnosias.* Mor. *errabat in arvis:* unde Burm. conj. *Gnosias ignotis am. err. in arvis.*—528 Quidam codd. *in-*

NOTÆ

nidem Cinyræ Cypriorum regis et Myrrhæ filium adamavit.

513 *Fuscentur*] Solis ardore, scilicet.

Campo] Martium intellige, ubi variis certaminibus sese Romani juvenes exercebant.

522 *Nec lædant*] Id est, Ne axillæ fœtidum, qualem hircus emittit, odorem exhalent.

523 *Cetera*] Cultui superfluo studeant.

524 *Male vir*] Cinædum indicat.

Virum] A quo, scil. patiatur muliebria. Atque atrocissimum est istud in effœminatos et comtulos, quos hodie multos, non sine maximo dedecore, videmus.

525 *Suum*] Quia et Bacchus, sicuti Apollo, Poëtis præesse dicitur, sine quo carmina bene non possunt procedere, ipsis etiam Poëtis fatentibus: ‘Nec vivere carmina possunt Quæ scribuntur aquæ potoribus....Laudi-

Utque erat a somno tunica velata recincta,
Nuda pedem, croceas irreligata comas;
Thesea crudelem surdas clamabat ad undas,
Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat, flebatque simul; sed utrumque decebat:
Nec facta est lacrymis turpior illa suis.
Jamque iterum tundens mollissima pectora palmis,
Perfidus ille abiit: quid mihi fiet? ait.
Quid mihi fiet? ait: sonuerunt cymbala toto
Littore, et attonita tympana pulsa manu.
Excidit illa metu, rupitque novissima verba:
Nullus in exanimi corpore sanguis erat.
Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis:
Ecce leves Satyri, prævia turba Dei:

Dia percellitur aquis marinis. Et ut erat tecta e somno tunica soluta, nudos habens pedes, capillis flavis haud astrictis, vociferabatur Theseum crudelem ad surdas undas, lacrymis immeritis perfundentibus molles genas. Vociferabatur et simul lacrymabatur; sed utrumque decebat; nec illa est facta deformior lacrymis suis. Jamque iterum plangens tenerrima pectora manibus, Ille perfidus excessit, dixit: quid mihi eveniet? Quid mihi eveniet? inquit. Cymbala et tympana pulsata manu furore correpta toto littore strepuerunt. Illa procubuit metu, et abscidit ultima verba: nullus sanguis erat in corpore exanimato. Ecce Mimallonides comis effusis in dorsum; ecce Satyri veloces turba præcedens Deum; ecce Silenus, vino

---

sula fertur aquis: nonnulli *unda refertur:* duo *Chia feritur:* alii *India fertur.*—529 Alii *e somno.*—532 Pal. unus, *Indigno croceas.*—533 Apr. *utrumque place-*

NOTÆ

bus argnitur vini vinosus Homerus: Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda.' Horat.

Vocat] Ad scribenda carmina impellit: qui etiam favet amantibus.

527 *Gnosis*] Ariadna est Minois filia, a Gnoso Cretæ urbe, ubi ille regnavit, sic dicta. Illam autem, Minotauro ejus ope superato, in patriam, spe data matrimonii, Theseus ducebat, jamque ad Naxum insulam pervenerat; at ibi miseram reliquit, cujus misertus Liber Pater uxorem sibi copulavit.

528 *Dia*] Naxus est insula, una ex Cycladibus, quæ et Dia appellata est.

532 *Indigno imbre*] Id est, lacrymis, quibus, ob Thesei ex insula discessum, immerita vultus fœdabat.

538 *Attonita*] Furentium Bacchārum, scil. quæ Liberi Patris sacra celebrabant.

539 *Excidit*] Notat vox ista conversionem aut subitam animi mutationem, quam facit major objectorum impetus, quo ab alicujus rei contemplatione abstrahimur.

Rupit] Intermisit, tympanorum strepitu territa.

541 *Mimallonides*] Bacchæ sunt mulieres Bacchi sacra celebrantes; quæ a Mimante Ioniæ monte, Baccho sacro, sic dictæ sunt; nisi incompara-

Ebrius ecce senex pando Silenus asello,
  Vix sedet; et pressas continet arte jubas.
Dum sequitur Bacchas, Bacchæ fugiuntque petuntque;
  Quadrupedem ferula dum malus urget eques;
In caput aurito cecidit delapsus asello.
  Clamarunt Satyri, Surge age, surge, Pater.
Jam Deus e curru, quem summum texerat uvis,
  Tigribus adjunctis aurea lora dabat.
Et color, et Theseus, et vox abiere puellæ:
  Terque fugam petiit: terque retenta metu.
Horruit, ut steriles, agitat quas ventus, aristæ:
  Ut levis in madida canna palude tremit.
Cui Deus, En adsum tibi cura fidelior, inquit:
  Pone metum, Bacchi, Gnosias, uxor eris.
Munus habe cœlum: cœlo spectabile sidus
  Sæpe reges dubiam Cressa Corona ratem.

oppressus, vix sedet curvo asello, et tenet jubas quas arte comprimit. Dum sequitur Bacchas, Bacchæ et recedunt et accedunt; dum ineptus eques premit asinum ferula, procubuit in caput delapsus aurito asello. Satyri vociferati sunt; Surge age, surge, pater. Jam Deus laxabat habenas aureas, tigribus alligatis, e curru quem summum velaverat racemis. Et color et Theseus et vox puellæ evanuerunt: et ter in fugam se dedit, et ter repressa timore tremuit, ut aristæ steriles quas aura impellit; ut mobilis arundo concutitur in palude uvida. Ad quam Deus, Ecce, ait, præsto sum, cura fidelior: mitte timorem; Gnossius eris conjux Bacchi. Donum accipe cœlum; Corona Cretensis, sidus conspicuum, gubernabis sæpe navem incer-

but.—510 Bc. *in exanimo.*—511 Heins. *et prensas.* Unus Pal. *comprimit arte.*—545 Pal. *fugiuntque premuntque.*—546 R. *male sedit eques.*—547 Be. unus *arrepto cecidit.* Unus Mc. *auritæ...asellæ.*—548 O. et Sa. *surge, senex.*—549 *E curru* quinque Heins. vulgo *in curru.*—551 Pol. et Ha. *Et color et sensus:* nonnulli *Jam color et sensus:* unus Be. *Jam color et timidæ vires abiere.*—553 Fr. R. duo et tres al. *aristas.*—554 A. et Voss. *in media.*—557 Multi scripti et olim ed. *cœli.* Arund. *spectabile:* vulgo *spectabere:* Be. unus *cœli spectabile.*—

NOTÆ

bilis Bocharti sententiam sequi velis, qui vocem facit Hebræam; quasi illæ essent *Memallelan,* id est, garrulæ et loquaculæ; aut a *mamal,* seu torculari, deductam vocem malis.

543 *Silenus*] Bacchi nutritius, pædagogus, et comes est assiduus, plerumque asello suo, nisi quandoque pedes baculo nititur, insidens, Satyrorum senior.

549 *Deus*] Bacchus, scilicet.

550 *Tigribus*] Qui, ut et lynces, Bacchi currum trahere dicuntur.

555 *Cura*] Id est, Qui tui curam majorem habeam.

556 *Gnosius*] Patronymicum est fœmininum, a Gnoso Cretæ urbe, sicut et Gnosis, de quo supra.

557 *Cœlum*] Quo a Baccho translatam Poëta scripsit in Fastis.

Dixit; et e curru, ne tigres illa timeret,
  Desilit: (imposito cessit arena pedi.)
Implicitamque sinu (neque enim pugnare valebat)
  Abstulit: ut facile est omnia posse Deo.
Pars, Hymenæe, canunt: pars clamant, Evie, evoë!
  Sic coëunt sacro nupta Deusque toro.
Ergo, ubi contigerint positi tibi munera Bacchi,
  Atque erit in socii fœmina parte tori;
Nycteliumque patrem, nocturnaque sacra precare,
  Ne jubeant capiti vina nocere tuo.
Hic tibi multa licet sermone licentia tecto
  Dicere, quæ dici sentiat illa sibi:
Blanditiasque leves tenui perscribere vino;
  Ut dominam in mensa se legat illa tuam:
Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem.
  Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.

tam. Dixit, et e curru leviter descendit, ne illa reformidaret tigres: arena cessit pedi immisso. Et rapuit involutam sinu; (neque enim poterat obniti:) ut facile est Deo posse omnia. Pars canunt, Hymenæe: pars vociferantur, Evie Evoë! Sic Deus et sponsa junguntur sacro lecto. Ergo, ubi obvenerint tibi dona Bacchi appositi, atque fœmina erit in parte lecti socii; orato et patrem Nyctelium, et sacra nocturna, ne imperent vina officere capiti tuo. Hic licet tibi proferre multa abscondita verbis ambiguis, quæ illa cognoscat sibi dici: et perscribere molles blanditias vino exiguo; ut illa se legat dominam tuam in mensa: et aspicere oculos oculis profitentibus amorem. Facies muta sæpe habet vocem et verba. Fac primus corripias

---

558 Al. *Cressa puella.*—559 Pat. ne *tigrides;* unde Heins. *tigridas.*—560 Be. et Pal. *Desiluit: posito c. a. pede.*—562 R. et unus Pat. *in facili est:* O. et V. unus *en facile est:* Be. *Abstulerat. facile est.*—563 I. et Be. unus *Pars Hymenæa vocat, pars altera clamat ehohe. Hymenæa* multi codd. al. *pars Erion Evie clamat; pars altera clamat echion; pars altera Evoë clamant,* et similia.—565 Mor. et tres al. *contingent.*—568 Scaliger scribebat *Ne subcant cap. vin. nociva tuo.*—569 *Licentia tecto* duo Pal. et C. vulgo *latentia ficto:* al. *latentia tecto.*—571 R.

NOTÆ

558 *Corona*] Sidus est Ariadnes corona, novem stellis conspicua, quam prope Bootes humero sinistro contingit.

Ratem] Id est, nantas, qui cursum suum sideribus solent dirigere. Metonym. est subjecti, seu continentis pro re contenta.

563 *Hymenæe*] Deus est quem in nuptiarum felicitatem solebant invocare; Liberi Patris et Veneris, vel, ut alii malunt, Uraniæ filius.

Evie] Evius, vel Evohus, Bacchus dictus est, quod bello adversus Gigantes in Leonem mutatus, eorum unum cum peremisset, audierit a Jove εὖ νίε, *Macte, præclare, fili.*

565 *Munera*] Vinum, scil.

567 *Nyctelium*] Eo nomine Bacchus a νυκτελέω, *nocte perficio,* dictus est,

Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula; quaque bibet parte puella, bibas.
Et quodcumque cibi digitis libaverit illa,
Tu pete: dumque petes, sit tibi tacta manus.
Sint etiam tua vota viro placuisse puellæ.
Utilior votis factus amicus erit.
Huic, si sorte bibes, sortem concede priorem:
Huic detur capiti demta corona tuo.
Sive sit inferior, seu par, prior omnia sumat:
Neu dubites illi verba secunda loqui.
Tuta frequensque via est, per amicum fallere nomen.
Tuta frequensque licet sit via; crimen habet.
Inde procurator nimium quoque multa procurat,
Et sibi mandatis plura videnda putat.
Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi:
Officium præstent mensque pedesque suum.
Jurgia præcipue, vino stimulata, caveto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.

pocula tacta illius labiis; et potes qua parte puella potabit. Et quodcumque escæ illa attigerit digitis, tu carpe; et dum carpes, manus a te tangatur. Cupias etiam gratum esse marito puellæ. Erit commodior vobis factus amicus. Si sorte potaveris, permitte illi sortem priorem: corona detracta capiti tuo illi tradatur. Seu fuerit minor, seu æqualis, prior capiat omnia: neve cunctcris illi verba favcntia dicere. Secura et trita via est decipere per nomen amicum. Quamvis via sit secura et trita, habet crimen. Inde procurator procurat quoque nimium multa, et plura credit sibi curanda concreditis. Modus tutus bibendi præscribetur a nobis: mens et pedes fungantur officio suo. Fugito præsertim rixas motas vino, et manus

---

et quatuor al. *præscribere*.—573 Tres libri *foventibus ignem*.—576 Vulg. *quaque bibit*. I. cum quibusdam al. *tu quoque parte bibas*.—577 *Quodcunque cibi* unus V. vulgo *quemcumque cibum*.—580 R. et multi al. *Utilior vobis:* alius R. *verbis*.—581 *Sorte* Exc. P. et Scal. Vulgo *forte*.—582 *Demta* I. A. unus et N. vulgo *missa*.—583 Vulg. *Sive erit infer*. Pro *omnia* Scaliger *omina*.—584 *Neu* codd. Scal. et I. vulgo *Ne*. Pal. *proxima verba*.—585 *Amicum* Jun. et unus V. vulgo *amici*.—587. 588 Al. *Inde propinator;* et *multa propinet;* ac deinde *putet*. I. et tres al. *jubenda putet:* Ro. *bibenda*.—589 R. τὸ *a* non agnoscit.—590 Unus Jun. *Officium faciat*. Pat. *servent*.—591 Jun. et decem alii *stimulante*.—

NOTÆ

quod noctu ejus sacra celebrarentur.

573 *Ignem*] Amorem, scilicet: quod quidem toties tædet repetere.

581 *Sorte*] Sorte et talis regna vini data, aut arbitrum bibendi, seu Moderatorem factum, qui bibendi modum præscriberet, ex Horatio aliisque liquet: immo et sorte dapes distributæ nonnunquam.

Sortem] Ut, scilic. prior maritus bibat.

587 *Procurator*] Ille est, qui absen-

Occidit Eurytion stulte data vina bibendo.
Aptior est dulci mensa merumque joco.
Si vox est, canta: si mollia brachia, salta:
Et, quacumque potes dote placere, place.
Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit.
Fac titubet blæso subdola lingua sono:
Ut, quicquid facies dicesve protervius æquo,
Credatur nimium causa fuisse merum.
Et, Bene, dic, dominæ; bene, cum quo dormiat illa:
Sed male sit tacita mente precare viro.
At, cum discedet mensa conviva remota;
(Ipsa tibi accessus turba locumque dabit)
Insere te turbæ; leviterque admotus eunti,
Velle latus digitis; et pede tange pedem.
Colloquio jam tempus adest: fuge rustice longe
Hinc pudor: audentem Forsque Venusque juvant.
Non tua sub nostras veniat facundia leges.
Fac tantum incipias, sponte disertus eris.

nimium paratas ad bella crudelia. Eurytion insulse procubuit vina exhibita potando. Mensa et vinum est magis idoneum ludo suavi. Si vox tibi *est, cane: si brachia levia, choreas ducito; et esto gratus quacumque virtute potes esse gratus. Ut vera vinolentia officit, sic simulata proderit. Fac lingua fallax hæsitet voce blæsa; ut quicquid ages vel loqueris procacius justo, nimium vinum existimetur fuisse causa. Et bene precare dominæ; et bene precare* illi *cum quo illa cubet: sed ora mente secreta male sit marito. At, cum conviva abibit, lectis sublatis (ipsa turba faciet tibi aditus et locum), immisceto te turbæ: et agiliter admotus discedenti, tange latus digitis et pedem pede. Jam tempus venit colloquio: pudor insulse, hinc longe abesto; fortuna et Venus favent audenti. Eloquentia tua ne subjiciatur nostris legibus; fac tantum initium facias, eris ultro facundus. Amans est*

592 R. Fr. et sex al. *fera verba:* unus Heins. *fera tela.*—595 Fr. *Si tibi vox, canta.*—596 C. et 15. alii *arte placere:* unus V. *parte.*—599 Quidam *Ut quicquid facias dicasve:* sæpe etiam *Et quicquid.*—601 Heins. *dic, dominam.* Alii *dormiet illa.*—603 Voss. *conviva relicta.*—604 Unus V. *locusque dabunt:* I. *locumque.*—605 Pal. *pariterque admotus.*—606 Multi scripti *Pelle latus:* Voss. et tres al. *Molle latus.* Voss. et duo al. *Tange.*—608 Sa. *audentes:* vulgo *audacem.*—609 Vulg. *veniet:* at meliores *veniat.* Heins. scribit *Ne...veniat.*—610 Al. *tan-*

NOTÆ

tis negotia gerit; cujus generis multi plura, quam domino conducit, curant.

593 *Eurytion*] Centaurus est, qui in Pirithoi nuptiis cum vino incaluisset, Hippodamenque rapuisset, a Theseo vasto cratere prostratus animam vinumque evomuit, ut in Metam. XII. legitur.

Est tibi agendus amans, imitandaque vulnera verbis.
Hinc tibi quæratur qualibet arte fides.
Nec credi labor est: sibi quæque videtur amanda.
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Sæpe tamen vere cœpit simulator amare:
Sæpe, quod incipiens finxerat esse, fuit.
Quo magis o faciles imitantibus este, puellæ.
Fiet amor verus, qui modo falsus erat.
Blanditiis animum furtim deprendere nunc sit:
Ut pendens liquida ripa subitur aqua.
Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos;
Et teretes digitos, exiguumque pedem.
Delectant etiam castas præconia formæ.
Virginibus curæ grataque forma sua est.
Nam cur in Phrygiis Junonem et Pallada sylvis
Nunc quoque judicium non tenuisse pudet?
Laudatas ostentat avis Junonia pennas:
Si tacitus spectes, illa recondit opes.

tibi fingendus verbis, et vulnera simulanda. Hinc tibi fides quolibet artificio quæratur. Nec difficile est fidem facere: quælibet sibi videtur diligenda. Sit deformissima, nulli sua species non grata est. Sæpe tamen simulator initium fecit vere amandi: sæpe fuit quod incipiens simulaverat esse. Quo magis, o puellæ, estote blandæ simulantibus: amor qui erat modo fictus, fiet amor *verus. Nunc liceat clam mentem occupare blanditiis; ut ripa decliris penetratur aqua fluida. Nec molestum sit tibi approbare vultum et comam, et digitos teretes, et pedem parvum. Laudes pulchritudinis placent etiam pudicis. Forma sua est curæ, et placet puellis. Nam quamobrem nunc quoque pudet Junonem et Palladem non vicisse in sylvis Phrygiis? Avis Junonia expandit pennas approbatas: si mutus aspicias, illa denuo occulit divi-*

---

tum cupias.—611 Vulg. *Est et agendus.*—612 Al. *Hæc tibi:* Ed. Gryph. ann. 1554. *Hic tibi:* Heins. vult *Hac tibi...quamlibet.*—613 Unus Heins. *videntur.* —616 Be. *Scque quod.*—617 Jun. *faciles jurantibus:* Francius *simulantibus.*— 618 Al. *fictus erat.*—619 Al. *deprend. fas sit.*—620 Jun. *bibula aqua.* L. *ripa salitur.* Ar. et Be. *cavatur.*—621 Conjecit Heins. *laudare papillas;* nam in uno cod. erat *puellæ.*—627 *Ostentat* Sa. et quatuor al. vulgo *ostendit:* Helm. *osten-*

NOTÆ

609 *Non tua*] Id est, Finem orationi non statuo: quippe Amor, quæ sunt opus, suadebit.

614 *Nulli non*] Inde fit, ut puellis nulla, quam spretæ formæ, sit major injuria.

625 *Phrygiis*] Notius est judicium Paridis de tribus Deabus, cum nulla alteram forma præcellentem vellet agnoscere, quam ut toties repetita oculis subjiciamus.

626 *Non tenuisse*] Veneri nempe formæ gloriam et aureum malum Paris libidine corruptus assignavit.

627 *Avis Junonia*] Pavo est, quos Junonis currum trahere voluerunt.

Quadrupedes, inter rapidi certamina cursus,
  Depexæque jubæ, plausaque colla, juvant.
Nec timide promitte: trahunt promissa puellas.
  Pollicito testes quoslibet adde Deos.
Jupiter ex alto perjuria ridet amantum;
  Et jubet Æolios irrita ferre Notos.
Per Styga Junoni falsum jurare solebat
  Jupiter: exemplo nunc favet ipse suo.
Expedit esse Deos: et, ut expedit, esse putemus.
  Dentur in antiquos thura merumque focos.
Nec secura quies illos similisque sopori
  Detinet: innocue vivite; numen adest.
Reddite depositum: pietas sua fœdera servet:
  Fraus absit: vacuas cædis habete manus.
Ludite, si sapitis, solas impune puellas.
  Hac minus est una fraude tuenda fides.
Fallite fallentes: ex magna parte profanum
  Sunt genus: in laqueos, quos posuere, cadant.

tias. Jubæ comtæ et colla delinita prosunt equis, inter pugnas cursus celeris. Nec pollicearis meticulose: pollicitationes ducunt puellas. Sume quoslibet Deos testes promissis. Jupiter contemnit ex cœlo perjuria amantum; et imperat Austros Æolios vana rapere. Solenne erat Jovi ficta jurare Junoni per Stygem: ipse nunc indulget exemplo suo. Utile est Deos esse; et quandoquidem est utile, arbitremur esse. Thura et vinum mittantur in altaria antiqua. Nec quies secura et par stupori illos habet; innoxie vitam agite; Deus adest. Restituite depositum: pietas tueatur sua jura: procul sit dolus: habete manus insontes homicidii. Fallite, si sapitis, solas puellas inulti. Fides est magis erubescenda hoc uno dolo. Decipite decipientes: sunt genus profanum magna ex parte: irretiantur retibus quæ tetenderunt.

---

dat: Ar. et Apr. *extendit.*—632 Al. *Pollicitis.* In nonnullis *quolibet adde:* Heins. conj. *quamlibet.*—635 *Falsum* omnes fere scripti: al. *falso:* Ed. prima *Per falsum Styga Jun.*—636 Alii *favet ille.*—640 Al. *innocui.*—641 Voss. *sua pignora.*—644 R. et al. quidam *Hæc magis est:* O. et Exc. Scal. cum al. *Hac magis est:* I. et tres al. *Hac magis est una parte.* Al. *pudenda fides.*—645 Pat. *Fallite*

NOTÆ

628 *Opes*] Pennas, scilicet, versicolores.

634 *Æolios*] Quibus imperat Æolus ventorum rex.

Notos] Venti sunt a meridie flantes.

635 *Styga*] Styx fluvius est, aut inferorum palus, 'Dii cujus jurare timent et fallere numen.' Virg.

638 *Dentur*] Colendorum et venerandorum Deorum causa, scil.

639 *Nec secura*] Quod impie docuit Epicurus.

641 *Pietas sua*] Id est, Quod docet Pietas aut pollicetur, pii homines fa-

Dicitur Ægyptos caruisse juvantibus arva
Imbribus; atque annos sicca fuisse novem.
Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Jovem.
Illi Busiris, Fies Jovis hostia primus,
Inquit, et Ægypto tu dabis hospes aquam.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus.
Justus uterque fuit: neque enim lex æquior ulla,
Quam necis artifices arte perire sua.
Ergo, (ut perjuras merito perjuria fallunt,)
Exemplo doleat fœmina lusa suo.
Et lacrymæ prosunt: lacrymis adamanta movebis.
Fac madidas videat, si potes, illa genas.
Si lacrymæ (neque enim veniunt in tempore semper)
Deficient; uda lumina tange manu.

Ægyptus perhibetur caruisse pluvia fœcundante agros; et arida fuisse annos novem: cum Thrasius venit ad Busirim, et ostendit Jovem posse placari sanguine sparso peregrini. Busiris respondit illi: Eris primus victima Jovis; et tu peregrinus præbebis aquam Ægypto. Phalaris etiam cremavit tauro artus crudelis Perilli: miser artifex rigavit opus. Uterque fuit æquus: neque enim lex ulla justior, quam auctores cadis interire arte sua. Ergo, ut perjuria jure decipiant perjuras, fœmina exemplo suo decepta indignetur. Lacrymæ sunt etiam utiles: flectes adamantem lacrymis. Fac, si queas, illa aspiciat genas humidas. Si lacrymæ decrunt, (neque enim fluunt semper opportune,) tange oculos manu illita. Quis

---

fallaces.—647 Vulg. *Ægyptus.*—648 Alii *annis.*—650 R. *affuso.*—651 Cod. Pal. *Jovis infula.*—655 Apr. *Dignus uterque.*—657 *Ut...fallunt* quinque Heins. vulgo *et uras...fallant:* scripti plerique *ut fallant:* R. et O. *ut fullent.*—658 *Lusa* cod. Heins. vulgo *læsa.*—662 Codd. R. item Pol. et quinque alii *uncta manu*, quod præfert Heins. O. *cuncta:* tres *tincta*; duo *unda:* Helm. *inita* vel *tincta.*—

NOTÆ

ciant, serventque.

649 *Cum Thrasius*] In eo est Poëta, ut contra auctores malum rejiciendum esse ostendat: fabulam itaque narrat de Thrasio, quæ sic se habet. Fuit Busiris rex Ægypti, Neptuni et Libyes filius; quem, cum novem annis siccitate nimia magna Ægyptum premeret sterilitas, Thrasius hospitum sanguine aquas elici posse docuit. Quisnam et cujas esset Thrasius Busiris interrogavit, cumque eum peregrinum didicisset, enndem primum mactavit. Busiris vero eadem tandem ab Hercule affectus pœna, interiit.

653 *Phalaris*] Crudelissimus fuit Agrigentinorum in Sicilia tyrannus, cui is, de quo nunc, Perillus taurum æneum obtulit, in quem includendos noxios docuit, ut, supposito igne, mugientis bovis boatum vox eorum imi-

Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis ?
Illa licet non det; non data sume tamen.
Pugnabit primo fortassis; et, Improbe, dicet.
Pugnando vinci sed tamen illa volet.
Tantum, ne noceant teneris male rapta labellis,
Neve queri possit dura fuisse, cave.
Oscula qui sumsit, si non et cetera sumet;
Hæc quoque, quæ data sunt, perdere dignus erit.
Quantum defuerat pleno post oscula voto!
Hei mihi! rusticitas, non pudor ille fuit.
Vim licet appelles; grata est vis ista puellis:
Quod juvat, invitæ sæpe dedisse volunt.
Quæcumque est subita Veneris violata rapina,
Gaudet: et improbitas muneris instar habet.
At quæ, cum cogi posset, non tacta recessit,
Ut simulet vultu gaudia, tristis erit.
Vim passa est Phœbe; vis est allata sorori:
Et gratus raptæ raptor uterque fuit.
Fabula nota quidem, sed non indigna referri,
Scyrias Hæmonio juncta puella viro.

sapiens non confundat oscula cum verbis lenibus ? Quamvis illa non concedat, cape tamen non concessa. Forte repugnabit ab initio, et dicet : Pessime : sed tamen illa cupiet superari repugnando. Tantum ne male sumta lædant mollia labia, et vide ne possit conqueri fuisse rustica. Qui rapuit oscula, si non et rapiet reliqua, erit dignus amittere hæc quoque quæ sunt concessa. Quantum deerat desiderio pleno post suavia ! Hei mihi ! illa fuit insulsitas, non verecundia. Quamvis dicas violentiam ; ista violentia est accepta puellis : volunt sæpe coactæ concessisse quod gratum est. Quæcumque est celeri furto Veneris temerata, lætatur ; et nequitia habet præstantiam doni. At, quæ abiit intacta, cum posset cogi, quamvis testetur lætitiam vultu, erit mœsta. Phœbe violata est ; soror temerata est ; et uterque stuprator fuit acceptus raptæ. Puella Scyrias juncta viro Hæmonio est equidem

666 Al. *se tamen.*—669 Al. *cetera sumsit*, vel *sumit.*—670 Al. *dignus erat.*—671 I. et Apr. *oscula facto :* Heins. conj. *furto.*—673 *Appelles* I. et Apr. vulgo *appellent.*—678 Edd. antiquiores *Cum simulat.* Francius conj. *tristis abit.*—679 *Allata* R. O. et sex al. vulgo *illata:* Fr. *oblata.*—680 Al. *raptis.*—682 Al.

NOTÆ

taretur. Opus laudavit tyrannus, sed artificem primum experiri voluit, quod tam pulchre invenerat.

659 *Adamanta*] Puellam durissimam.

679 *Phœbe*] Leucippi fuit filia, una cum Ilaira sorore, quas Idæ et Lynceo fratribus pater despondit, Castor et Pollux amore incensi rapuerunt, ut scribit Hyginus.

682 *Scyrias*] Deidamia est, Lyco-

Jam Dea laudatæ dederat sua præmia formæ,
  Colle sub Idæo vincere digna duas.
Jam nurus ad Priamum diverso venerat orbe;
  Graiaque in Iliacis mœnibus uxor erat.
Jurabant omnes in læsi verba mariti:
  Nam dolor unius, publica causa fuit.
Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles
  Veste virum longa dissimulatus erat.
Quid facis, Æacida? non sunt tua munera lanæ.
  Tu titulos alia Palladis arte petas.

fabula trita, sed non indigna memorari. Jam Dea digna superare duas exhibuerat sua præmia pulchritudinis sub monte Idæo. Jam nurus venerat ad Priamum orbe dissito; et conjux Græca erat in muris Trojanis. Omnes jurabant in verba mariti contumelia affecti: nam dolor unius fuit causa communis. Indecorum, nisi concessisset hoc precibus matris, Achilles sese virum esse texerat prolixa tunica. Quid agis, Æacide! lanæ non sunt tua negotia. Tu quære gloriam alia arte Minervæ.

victa puella: Heins. conj. *juncta puella toro.*—683 Al. *mala præmia:* unus V. et Med. 1. *male.*—684 *Duas* tres Heins. O. pro div. lect. et prima ed. vulgo *Venus.*—686 *Graiaque* 1. et alii nonnulli item prima ed. vulgo *Grataque.*—691 Alii *Æacide.* Me. *munia lanæ.*—692 Quidam Mss. et ed. *pete:* Pol. *feres:*

NOTÆ

medis, regis Scyri, (quæ Ægæi est insula) filia.

Hæmonio] Thessalico, ab Hæmo Thessaliæ monte, vel Æmone Deucalionis filio. De Achille loquitur, qui Phthiam, Thessaliæ urbem, patriam habuit.

Juncta] Apud Lycomedem, Thetis, filium Achillem, ne ad bellum Trojanum proficisceretur, ubi periturum eum didicerat, muliebri habitu celaverat. Cum eo Deidamia rem habuit, ex quo concubitu Neoptolemus seu Pyrrhus procreatus est.

683 *Dea*] Venus, scil. quæ Helenam præmium judicii in formæ suæ gloriam lati Paridi promiserat: quæ Helena Trojani belli, cum Menelao nupsisset, et a Paride rapta fuisset, luctuosissimam facem accendit.

684 *Idæo*] In Ida Phrygiæ monte Deas Junonem, Palladem, et Venerem de formæ præstantia litigantes Paris audiverat.

Vincere digna duas] Junonem et Palladem, scil. Atque egregie, quod præcepit, Veneri suæ favet Poëta.

685 *Nurus*] Helena, scil. quam rapuerat Paris, et ex Græcia, regione a Troja dissita, ad patrem Priamum duxerat.

687 *Omnes*] Græci Principes scil. qui in unum coactis copiis, et totius belli Agamemnoni cura demandata, in Trojam navigaverunt, quam post decennalem obsidionem tandem everterunt.

690 *Veste longa*] Illud est, quod ante diximus, habitu muliebri apud Lycomedem regem inter puellas Achillem delituisse.

691 *Æacida*] Achilles est ab Æaco avo sic dictus.

Non sunt] Hoc ideo dicit, quod

Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta tenendo est.
Pensa quid in dextra, qua cadet Hector, habes?
Rejice succinctos operoso stamine fusos.
Quassanda est ista Pelias hasta manu.
Forte erat in thalamo virgo regalis eodem:
Hæc illum stupro comperit esse virum.
Viribus illa quidem victa est, ita credere oportet:
Sed voluit vinci viribus illa tamen.
Sæpe, Mane, dixit, cum jam properaret Achilles:
Fortia nam posita sumserat arma colo.
Vis ubi nunc illa est? quid blanda voce moraris
Auctorem stupri, Deidamia, tui?
Scilicet, ut pudor est quondam cœpisse priorem,
Sic alio gratum est incipiente pati.
Ah nimia est juveni propriæ fiducia formæ,
Expectat si quis, dum prior illa roget!

Quid tibi cum quasillis? manus idonea est tenendo scuto. Cur pensa geris dextra, qua Hector procumbet? Sperne fusos involutos stamine difficili. Hasta Pelias concutienda est ista manu. Forte virgo regia erat in eodem cubiculo: hæc sensit illum esse virum vitio. Illa quidem superata est viribus; ita opus est credere: sed tamen illa voluit superari viribus. Dixit sæpe, Mane, cum jam Achilles festinaret: nam induerat arma strenua colo abjecta. Ubi nunc est illa violentia? Quamobrem, Deidamia, detines verbis lenibus auctorem stupri tui? Nempe ut verecundia est sumsisse olim priorem; sic juvat pati alio incipiente. Ah confidentia elegantiæ propriæ est nimia adolescenti, si quis moratur usquedum illa prior oret! Vir prior

---

N. *tene.*—693 *Tenendo est* reponit Burm. ex O. in quo *tenenda est.* Vulgo *apta terendo:* nonnulli *terenda est:* V. *terendo est:* al. *apta ferendo:* Be. et unus Heins. *clypeis ferendis;* alius *tenendis.*—694 Al. *cadat.*—705 *Quondam* tres scripti et prima ed. vulgo *quiddam:* al. *quadam;* vel *quandam.*—708 Vulg.

NOTÆ

apud Lycomedem cum puellis vivens muliebria tractaret.

692 *Alia*] Bellica, scil. non enim lanificii modo, sed et belli, Dea credita est.

694 *Hector*] Priami fuit fortissimus filius, quem Achilles interfecit.

696 *Pelias*] Hoc fuit ejus hastæ nomen, quam Achilles tractabat, quamque fraxineam ex Pelio Thessaliæ monte Peleo Chiron tradiderat, tanti ponderis, ut Patroclus, Achillis arma indutus, eam tanquam intractabilem reliquerit.

697 *Virgo*] Deidamia, scil. Lycomedis filia.

701 *Properaret*] Ad bellum Trojanum, ab Ulysse inventus, iret. Atque hic turpiter hallucinatus est Commentator.

703 *Vis*] Cum abit Achilles, ubinam vis, inquit, in quam culpam rejicias, o Deidamia?

705 *Cœpisse*] Id est, Priorem Dei-

Vir prior accedat: vir verba precantia dicat.
Excipiet blandas comiter illa preces.
Ut potiare, roga: tantum cupit illa rogari.
Da causam voti principiumque tui.
Jupiter ad veteres supplex Heroidas ibat:
Corripuit magnum nulla puella Jovem.
Si tamen a precibus tumidos accedere flatus
Senseris; incepto parce, referque pedem.
Quod refugit, multæ cupiunt: odere, quod instat.
Lenius instando tædia tolle tui.
Nec semper Veneris spes est profitenda roganti:
Intret amicitiæ nomine tectus amor.
Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ:
Qui fuerat cultor, factus amator erat.
Candidus in nauta turpis color: æquoris unda
Debet et a radiis sideris esse niger.
Turpis et agricolæ, qui vomere semper adunco,
Et gravibus rastris sub Jove versat humum.
Et tibi, Palladiæ petitur cui palma coronæ,
Candida si fuerint corpora; turpis eris.

adeat: vir proferat verba orantia. Illa urbane accipiet preces blandas. Ut potiaris orato: illa optat tantum orari. Præbe causam et principium desiderii tui. Jupiter veniebat supplex ad antiquas heroidas: nulla puella increpavit magnum Jovem. Si tamen adverteris fastus turgidos gigni precibus, desiste ab incepto, et pedem reprime. Multæ optant, quod elubitur; oderunt quod adest. Aufer tædia tui minus urgendo. Nec semper spes Veneris est indicanda tibi precanti: amor subeat velatus nomine amicitiæ. Vidi puellam terribilem deceptam hoc accessu: qui fuerat amicus, erat factus amator. Color albus fœdus in nauta: debet esse fuscus aqua maris et radiis Solis. Est etiam indecorus agricolæ; quia indesinenter invertit terram curvo vomere et rastris onerosis sub dio. Eris etiam deformis, tu *a quo quæritur fama coronæ Palladiæ, si tua corpora fuerint alba. Omnis amans*

Expectet.—710 Heins. pro vulg. *Excipiat* reposuit *Excipiet*. Al. *molliter illa.*—714 Quidam codd. *Increpuit magnum*, vel *Corrupit.*—715 R. O. I. et alii nonnulli *abscedere*. O. *flatus:* vulgo *fastus.*—722 Quidam *cultor victus;* unde Roverius conj. *dictus;* Heins. *fictus.*—725 Al. *in agricola*, et *quia vomere.*—727 Al.

NOTÆ

damiam ab Achille Amoris illecebras captasse.

713 *Heroidas*] Danaën, puta, Europen, Semelen, aliasque.

715 *Flatus*] Hoc est pudicitiam simulantis puellæ superbiam.

723 *Candidus*] Qualis amantis color esse debeat, indicat.

726 *Jove*] Sub cœlo aperto. Ita et locutus Horatius.

Palleat omnis amans: hic est color aptus amanti.
Hic decet: hoc vultu non valuisse putent.
Pallidus in Lyrice sylvis errabat Orion:
Pallidus in lenta Naide Daphnis erat.
Arguat et macies animum: nec turpe putaris,
Palliolum nitidis imposuisse comis.
Attenuent juvenum vigilatæ corpora noctes;
Curaque, et e magno qui fit amore, dolor.
Ut voto potiare tuo, miserabilis esto:
Ut, qui te videat, dicere possit, Amas.
Conquerar, an moneam, mixtum fas omne nefasque?
Nomen amicitia est, nomen inane fides.

sit pallidus: hic color est idoneus amanti. Hic decet: existiment puellæ *hac specie ægrum fuisse. Orion vagabatur in sylvis pallidus in Lyrice: Daphnis erat pallidus in molli Naide. Macies declaret etiam mentem, nec credideris indecorum imposuisse palliolum capillis unctis. Noctes insomnes et cura et dolor qui oritur ex magno amore imminuant corpora adolescentum. Ut potiaris voto tuo, esto miserandus: ut qui te aspiciat possit dicere; Amas. Doleamne, an admoneam, fas omne et nefas confusum? Nomen amicitiæ, fides* est *nomen futile. Hei mihi!*

Et tu: R. O. I. et tres al. *Et tua:* N. *At tibi.* Quatuor Heins. *palma:* vulgo *fama.* —729 Glossator Mss. in Libro Heins. ad Remed. Amor. hunc versum ita citavit: *Palleat omn. am. talis color, &c.*—730 Vulgo *Hoc decet: hoc multi non voluisse putant.* Exc. Scal. et P. et quidam al. *Hic decet, hunc multi:* prima ed. *hic multi non. Hoc* a conj. Heins. *Vultu* unus Heins. *Putent* R. et duo al.—731 I. *in Licea:* R. et unus Heins. *in Linces:* al. *Lincea, Liceæ, Linces, Lineam,* et simil. Heins. conj. *in Dirces silvis.*—734 Al. *Pilcolum nitidis.* Pal. *præposuisse.* —735 *Attenuent* tres Heins. vulgo *Attenuant.*—736 Al. *in magno:* duo scripti et edd. antiquæ et Mycill. *et immenso am.*—738 Be. *possit Amat.*—739. 740 O.

NOTÆ

727 *Palladiæ*] Id est, Oleaginæ; nam Palladi olea sacra, ex qua arbore coronæ petebantur, quibus victores in Olympicis certaminibus donabantur.

731 *Lyrice*] Quænam hæc fuerit, plane non scio: sed vide mihi, quæso, clar. Heinsii varias lectiones; ex quibus, quod libuerit, conjicias. Forte non male *lynces* legeris, ut intelligatur Orion, etiam cum in sylvis venaretur, pallido amantis colore fuisse.

Orion] Insignis fuit venator, Dianæ comes assiduus, trium Deorum urina procreatus, qui post mortem in cœlum translatus sidus suo nomine fecit procellosum.

732 *Lenta*] Dura et ad amandum tarda: quia fontibus et aquis Nais gaudens, scilic.

Daphnis] Mercurii fuit filius, qui in Sicilia patria Bucolici carminis fuit inventor.

733 *Animum*] Id est, Ejus ex Amore morbum.

734 *Palliolum*] Quo, qui infirmæ erant valetudinis, caput obnubebant.

739 *Conquerar*] Hac interrogatione, quæ querimoniam habet, cum bonum malum, fas nefas, omnia deni-

Hei mihi! non tutum est, quod ames, laudare sodali.
Cum tibi laudanti credidit, ipse subit.
At non Actorides lectum temeravit Achillis:
Quantum ad Pirithoum, Phædra pudica fuit.
Hermionen Pylades, quo Pallada Phœbus, amabat:
Quodque tibi geminus, Tyndari, Castor erat.
Si quis idem sperat; jacturas poma myricas
Speret: et in medio flumine mella petat.
Nil, nisi turpe juvat: curæ est sua cuique voluptas.
Hæc quoque ab alterius grata dolore venit.
Heu facinus! non est hostis metuendus amanti.
Quos credis fidos, effuge; tutus eris.

non est securum celebrare apud socium quod ames. Cum fidem adhibuit tibi celebranti, ipse surrepit. At Actorides non violavit torum Achillis: Phædra fuit casta quantum ad Pirithoum. Pylades amabat Hermionen quomodo Phœbus Minervam: et erat quod tibi geminus Castor, o Tyndari. Si quis sperat idem, speret myricas laturas poma; et captet mella e medio flumine. Nihil, nisi inhonestum prodest: gaudia sua sunt curæ cuique. Hæc quoque fiunt suavia dolore alterius. Heu nefas! hostis non est reformidandus amanti. Vita quos arbitraris fideles;

Conquerar admoneam: R. *Cum querar admoneam:* unus Heins. *Conquerar an sileam:* Exc. Pol. tres Heins. et Be. unus *Conqu. an taceam.* Al. *fas esse nefasque.* Distichon ita refingit Heins. *Num querar, ac moneam mistum fas omne nefasque, Nomen amicitias, nomen inane fides?* Al. *Nomen amicitiæ*, omisso *est.*—741 Vulg. *quod amas.* Pat. *jacture sodali.*—743 R. O. et al. quidam *Achilles.*—745 R. *quod Pallada:* al. *qua.*—747 *Jacturas* R. O. et sex al. vulgo *laturas.*—748 Al. *e medio.*—752 Pol. et sex al. *credis tutos.*—

NOTÆ

que essent promiscua, nulli in amore fidendum esse monet Poëta.

742 *Subit*] Ut amantis partes, altero expulso, tueatur.

743 *Actorides*] Patroclus est Achillis fidissimus comes, Menœtii filius, ab avo Actore sic dictus.

744 *Pirithoum*] Fidissimus fuit Thesei comes et amicus, qui Phædram Thesei uxorem, utut impudicam, nunquam amavit.

745 *Hermionen*] Fuit ea Menelai et Helenæ filia, quam Orestes Agamemnonis et Clytæmnestræ filius duxit uxorem.

Pylades] Strophii fuit filius, indissolubili et mutuo amicitiæ cum Oreste junctus vinculo, qui neque hunc furiis agitatum in summis periculis deseruit; ut etiam pro illo mori non dubitaverit.

Quo] Amore, scil. in sororem castissimam, fraterno.

746 *Tyndari*] Helena est Tyndari filia, quam frater Castor cum Polluce non nisi honesto amore prosecuti sunt.

747 *Myricas*] Virgulti genus est humilis. Gall. *Bruyere.*

749 *Nil, nisi*] Hoc per querimoniam dictum intellige.

Cognatum fratremque cave, carumque sodalem:
Præbebit veros hæc tibi turba metus.
Finiturus eram: sed sunt diversa puellis
Pectora: mille animos excipe mille modis.
Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit; hæc oleis; hac bene farra virent.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ:
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
Utque leves Proteus modo se tenuabit in undas;
Nunc leo, nunc arbor, nunc erit hirtus aper.
Hi jaculo pisces, illi capiuntur ab hamis:
Hos cava contento retia fune trahunt.
Nec tibi conveniat cunctos modus unus ad annos.
Longius insidias cerva videbit anus.
Si doctus videare rudi, petulansve pudenti;
Diffidet miseræ protinus illa sibi.
Inde fit, ut, quæ se timuit committere honesto,
Vilis in amplexus inferioris eat.
Pars superat cœpti, pars est exhausta, laboris.
Hic teneat nostras anchora jacta rates.

securus eris. Fuge consanguineum et fratrem, et dilectum socium; hæc turba veros tibi creabit timores. Finem eram impositurus; sed varia sunt ingenia puellis. Falle mille modis mille animos. Nec idem solum generat omnia; illud aptum est vitibus; hoc oleis; hoc lætæ segetes virescunt. Tot sunt mores animis, quot figuræ in mundo: qui sapit, idoneus erit infinitis moribus. Et tanquam Proteus modo liquescet in aquas tenues; nunc erit leo, nunc arbor, nunc aper horridus. Hi pisces corripiuntur jaculo, illi ab hamis; retia cava hos educunt fune adducto. Nec unus modus tibi suppetat ad omnem ætatem. Cerva annosa prospiciet insidias e longinquo. Si appareas doctus indoctæ, vel procax verecundæ, illa statim sibi miseræ diffidet. Inde oritur, ut, quæ reformidavit se credere nobili viro, veniat in amplexus aspernandi inferioris. Pars superest incepti laboris, pars est absoluta. Anchora immissa hic nostram navem coërceat.

753 Al. *fidumque sod.*—756 Pal. et alii *decipe mille:* Be. *accipe:* Heins. conj. *exige;* vel, *excipe mille dolis.*—761 Vulgo *levis.* Prima ed. et unus V. *tenuabit:* vulgo *tenuabat:* R. et duo al. *tenuavit.* Be. unus, et quatuor al. *in undis.*—762 *Erit* Fragm. O. cod. R. et duo alii: vulgo *erat.*—763 Multi *Hic jac.* et *illic cap.* Pat. *retinentur ab.* Quinque codd. *ab hamo.*—764 Duo libri *contenta...fune.*—766 *Cerva* R. a manu pr. et O. pro div. lect. vulgo *curva.*—771 Tres libri *est exacta.*—772 R. *tenent fessas.*

NOTÆ

761 *Proteus*] Deus fuit marinus, Neptuni filius, in quasvis formas sese mutare solitus, unde proverbium *Proteo mutabilior.*

772 *Hic*] Id est, *Hic finiendum.* Metaphora a re nautica petita.

P. OVIDII NASONIS

ARTIS AMATORIÆ

LIBER II.

Dicite, Io Pæan: et, io, bis dicite, Pæan:
Decidit in casses præda petita meos.
Lætus amans donet viridi mea carmina palma:
Præferar Ascræo Mæonioque seni.
Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis
Candida cum rapta conjuge vela dedit.

Io, dicite Pæan: et io, bis dicite Pæan: præda quæsita cecidit in mea retia. Amans festivus meos versus decoret palma virenti: præponor seni Ascræo, et Mæonio. Talis hospes Priameius explicuit vela alba cum uxore rapta ab Amyclis armi-

3 R. aliique et pr. ed. *donat;* unde Heins. conj. *dona.* Pal. *amans ornet.* N. *pari mea tempora.* Quatnordecim *tempora palma.* Apr. Be. et duo al. *mea tempora myrto:* C. tres Pal. et quatuor alii *lauro.*—6 Vulg. *vela dabat;* at meliores

NOTÆ

1 *Dicite*] De amica victa triumphandum esse dicit, et Apollinem invocandum, ut in Epiniciis omnibus, et cujuscumque celebratione victoriæ, mos invaluerat. *Pæan* enim Apollinis unum nomen est, ex quo non modo ejus hymni Pæanes dicti sunt, sed et lætitiæ acclamationes verba illa *io Pæan* acceperunt.

3 *Donet palma*] Quia eorum beneficio puellam demeruerit.

4 *Ascræo*] Hesiodo, ab Ascra Bœotiæ vico sic dicto.

Mæonio] Homero, a Mæone patre, aut patria Mæonia, aut Mæone Lydorum rege, qui eum pro filio educaverit: nam hæc omnia incerta sunt.

5 *Talis*] Qualis ego sum, aut amans

Talis erat, qui te curru victore ferebat,
  Vecta peregrinis Hippodamia rotis.
Quid properas, juvenis? mediis tua pinus in undis
  Navigat: et longe, quem peto, portus abest.
Non satis est venisse tibi me vate puellam.
  Arte mea capta est: arte tenenda mea est.
Nec minor est virtus, quam quærere, parta tueri.
  Casus inest illic: hic erit artis opus.
Nunc mihi, si quando, Puer et Cytherea, favete:
  Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.
Magna paro; quas possit Amor remanere per artes
  Dicere, tam vasto pervagus orbe puer.
Et levis est, et habet geminas, quibus evolet, alas.
  Difficile est illis imposuisse modum.
Hospitis effugio præstruxerat omnia Minos.
  Audacem pennis reperit ille viam.

feris. Talis erat, qui abducebat te curru victore, Hippodamia ablata curru extraneo. Quid festinas, adolescens? Navis tua est in mediis aquis, et portus, quem cupio, longe abest. Non satis est puellam tibi in manus *devenisse me vate: capta est arte mea: retinenda est arte mea. Nec virtus est inferior servare acquisita, quam acquirere: fortuna est illic: hic opus erit artis. Hic mihi, si usquam, estote propitii, Puer et Cytherea: hic* faveas *Erato: nam tu habes nomen amoris. Magna dicere molior, quo artificio Amor, puer erro tam vasto orbe, possit consistere. Et inconstans est, et habet duas alas, quibus avolet: arduum est illis præscripsisse legem. Minos præcluserat omnia fugæ hospitis: ille invenit pennis iter arduum.*

---

dedit.—11 Al. *Non satis invenisse tibi est me.*—16 Heins. *amantis habes.*—19 Alii *avolet:* multi *advolat.*—21 Al. *præcluserat omnia.*—28 *Sit mihi* Exc. I.

NOTÆ

qui meis usus carminibus puella, quam amet, potitur.

Priameius] Paris est quem Menelaus, ut uxorem raperet, scilicet, hospitio excepit.

Amyclis] Amyclæ civitas Laconica, patria Helenæ.

7 *Qui te*] Pelops est Tantali filius, qui Hippodamiæ superato patre Œnomao, eam, quam ille, ne ejus nuptiarum die interiret, sicuti oraculo didicerat, virginitate perpetua damnaverat, uxorem duxit.

8 *Peregrinis*] Pelopis, scil. peregrini.

9 *Properas*] More eorum, qui ad rei cujuslibet finem pervenerunt.

15 *Puer*] Cupidinem et Venerem invocat.

16 *Erato*] Musarum una est ab Amore nomen apud Græcos consecuta.

18 *Pervagus*] Quo, scilicet, ab uno ad alium amantem deficiunt puellæ.

21 *Hospitis*] Dædali nempe, Atheniensis fabri insignis, qui sibi et Icaro filio aptatis alis e Creta evolavit.

Dædalus ut clausit conceptum crimine matris
  Semibovemque virum, semivirumque bovem;
Sit modus exilio, dixit, justissime Minos:
  Accipiat cineres terra paterna meos.
Et quoniam in patria, fatis agitatus iniquis,
  Vivere non potui, sit mihi posse mori.
Da reditum puero, senis est si gratia vilis:
  Si non vis puero parcere, parce seni.
Dixerat hæc: sed et hæc, et multo plura licebat
  Dicere: regressus non dabat ille viro.
Quod simul ac sensit, Nunc, o nunc, Dædale, dixit,
  Materiam, qua sis ingeniosus, habes.
Possidet en terras, et possidet æquora Minos:
  Nec tellus nostræ, nec patet unda fugæ.
Restat iter cœlo: cœlo tentabimus ire.
  Da veniam cœpto, Jupiter alte, meo.
Non ego sidereas affecto tangere sedes.
  Qua fugiam dominum nulla, nisi ista, via est.
Per Styga detur iter: Stygias tranabimus undas.
  Sint mihi naturæ jura novanda meæ.

Postquam Dædalus sepsit virum semibovem et bovem semivirum, procreatum scelere matris; sit finis exilio, inquit, Minos æquissime; solum patrium habeat meos cineres. Et quoniam actus fatis iniquis non potui vivere in patria, liceat mihi obire: concede regressum puero, si gratia senis exigua est; si non vis favere puero, faveas seni. Locutus erat hæc; sed poterat loqui hæc et multo plura; ille non concedebat reditus viro. Quod statim atque cognovit; Nunc, o nunc, Dædale, inquit, suppetit materia, qua sis solers. En Minos obtinet terras, et obtinet maria; nec terra, nec aqua aperta est fugæ nostræ. Superest via cœlo: conabimur effugere cœlo: Jupiter summe, fave ausibus meis. Ego non expeto ascendere ad sedes cœlestes: nullum est iter, nisi hoc, quo devitem dominum. Via concedatur per Stygem; trajiciemus undas Stygias: liceat mihi mutare jura meæ naturæ. Incommo-

---

vulgo *da mihi.*—32 *Regressus* prima ed. et sex scripti: vulgo *at egressus:* scripti plerique *Et egressus:* Heins. conj. *regressus nec dabat.*—34 Fr. *habe.*—35 *En* Arg. V. unus et pro div. lect. Aruud. vulgo *et.*—37 *Iter cœlo* Exc. Pol. et duo al. Vulgo *cœli.* Sa. et duo al. *cœlum tentab.*—38 Edd. Ven. Mycill. et Bersm. *Jupiter alme.*—39 V. et alius *scandere sedes.*—41 Be. et sex al. *transibimus undas:* A. *tentabimus.*—42 *Sint* R. et Exc. P. vulgo *Sunt.* R. *jura mo-*

NOTÆ

23 *Conceptum*] De Minotauro loquitur, quem ex tauro gravida Pasiphaë peperit, atque labyrintho a Dædalo fabricato Minos clausit.

25 *Justissime*] Fuit ob justitiam apud inferos Minos quoque judex constitutus.

26 *Accipiat*] Id est, Discedere et patriam revisere liceat.

29 *Puero*] Icaro, scil. Dædali filio.

Ingenium mala sæpe movent: quis crederet unquam,
  Aërias hominem carpere posse vias?
Remigium volucres disponit in ordine pennas:
  Et leve per lini vincula nectit opus:
Imaque pars ceris astringitur igne solutis:
  Finitusque novæ jam labor artis erat.
Tractabat ceramque puer pennasque renidens,
  Nescius hæc humeris arma parata suis.
Cui pater, His, inquit, patria est adeunda carinis:
  Hac nobis Minos effugiendus ope.
Aëra non potuit Minos; alia omnia clausit.
  Quem licet, inventis aëra rumpe meis.
Sed tibi nec virgo Tegeæa, comesque Bootæ
  Ensiger Orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datis: ego prævius ibo.
  Sit tua cura sequi: me duce tutus eris.

da acuunt sæpe ingenium: quis crederet unquam, hominem posse tentare iter aërium? Ordinat pennas volucres in remigium; et leve opus implicat ligaminibus lineis; et pars inferior jungitur cera igne liquefacta; et jam labor novæ artis erat absolutus. Puer festivus movebat ceram et pennas, ignorans hæc instrumenta adornata pro humeris suis. Cui pater, His, ait, navibus patria est petenda: Minos est *nobis vitandus hoc auxilio. Minos nequivit* obstruere *aërem; obstruxit alia omnia; quem concessum est, frange aërem meis excogitatis. Sed nec virgo Tegeæa, nec Orion ensifer, comes Bootæ, erit tibi spectandus. Sequere me pennis traditis; ego præcedam. Memineris sequi; securus eris, me prævio. Nam seu tenebimus*

---

venda; et a manu sec. *negata.* Francius, *Sint modo naturæ jura novanda mihi.* —45 Quinque Heins. *volucris.*—49 R. *pinnasque.* Sex *renitens:* duo *remittens:* Pal. et V. *recudens:* duo *recentes:* R. *renectit.*—51. 52 R. *hac inquit...carina, Hac nobis...eff. erit.*—54 Al. *Qua licet:* nonnulli *Quam licet, Quemlibet, Quamlibet.*—55 *Bootæ* optimus R. et unus Pat. vulgo *Bootes.*—56 Vulgo *Ensifer.*—

NOTÆ

41 *Per Styga*] Hoc dicit, quasi invitus sibi per cœlum aperiat iter.

42 *Novanda*] Naturæ jura innovare videtur Dædalus, qui aërem volucribus concessum, terra relicta, tentet.

45 *Remigium*] Eo modo et alii Poëtæ, Virgilius etiam alas 'remigium' dixit.

55 *Tegeæa*] Calisto est Lycaonis Arcadiæ regis filia, a Tegea urbe sic dicta; quam, cum ei vitium Jupiter obtulisset, eamque in ursam Juno mutasset, ille inter sidera transtulit, quæ etiamnum hodie Ursa major, seu Helice a Græcis vulgo dici solet.

Bootæ] Sidus est Bootes, seu Arctophylax, juxta Arcton.

56 *Ensiger*] Sidera sua qua figura libuit finxerunt Astronomi: Orioni ensem attribuerunt, quod ad ejus formam stellæ nonnullæ dispositæ videantur.

Nam sive æthereas vicino sole per auras
Ibimus: impatiens cera caloris erit.
Sive humiles propiore freto jactabimus alas;
Mobilis æquoreis penna madescet aquis.
Inter utrumque vola: ventos quoque, nate, timeto;
Quaque ferent auræ, vela secunda dato.
Dum monet; aptat opus puero, monstratque moveri:
Erudit infirmas ut sua mater aves.
Inde sibi factas humeris accommodat alas:
Inque novum timide corpora librat iter.
Jamque volaturus parvo dedit oscula nato:
Nec patriæ lacrymas continuere genæ.
Monte minor collis, campis erat altior æquis:
Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ.
Et movet ipse suas, et nati respicit alas
Dædalus; et cursus sustinet usque suos.
Jamque novum delectat iter: positoque timore
Icarus audaci fortius arte volat.
Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces,
Vidit; et inceptum dextra reliquit opus.
Jam Samos a læva fuerant Naxosque relictæ,
Et Paros, et Clario Delos amata Deo.

iter per aërem æthereum, Sole propinquo; cera non tolerabit æstum. Seu agitabimus alas demissas, mari propinquiore; penna agitabilis humescet aquis marinis. Vola inter utrumque: reformida etiam, fili, ventos: et qua parte venti impellent, dato vela favontia. Dum hortatur, accommodat opus puero, et ostendit quomodo debeat *agitari: ut mater sua docet aves teneras. Deinde aptat humeris alas pro se structas, et librat meticulose corpus per iter novum. Jamque volaturus deosculatus est parvum filium; nec genæ patriæ retinuerunt lacrymas. Collis, humilior monte, erat sublimior campis planis: hinc duo corpora tradita sunt fugæ luctuosæ. Dædalus et ipse agitat alas suas, et respicit* alas *filii; et servat usque cursus suos. Et jam via nova placet: et motu amoto, Icarus volat vehementius arte auduci. Aliquis aspexit illos, dum insidiatur piscibus arundine tremula; et manus omisit opus inceptum. Jam Samus et Naxus fuerant præteritæ a sinistra; et Paros, et Delos*

58 Vulg. *Sit tibi:* pr. Ed. et meliores *tua.*—59 Leid. *sub auras.*—63 *Timeto* Ed. pr. aliæque: sæpe *careto.*—67 Eædem *sibi factas:* vulg. *suis.*—68 *Inque novum* Me. vulgo *Perque.*—78 Nonnulli *relinquit:* unus V. *remisit:* R. alter

NOTÆ

Aspiciendus] Ut te, scilicet, eorum siderum intuitu, quod nautæ solent, regas.

61 *Humiles*] Si, scilicet, propiore freto eas jactassent.

79 *Samos*] Sunt istæ omnes Ægæi

Dextra Lebynthos erant, sylvisque umbrosa Calymne,
  Cinctaque piscosis Astypalæa vadis:
Cum puer, incautis nimium temerarius ausis,
  Altius egit iter, deseruitque ducem.
Vincla labant; et cera Deo propiore liquescit:
  Nec tenues ventos brachia mota tenent.
Territus e summo despexit in æquora cœlo:
  Nox oculis pavido venit oborta metu.
Tabuerant ceræ; nudos quatit ille lacertos:
  Et trepidat; nec, quo sustineatur, habet.
Decidit; atque cadens, Pater, o pater, auferor, inquit.
  Clauserunt virides ora loquentis aquæ.
At pater infelix, jam non pater, Icare, clamat,
  Icare, clamat, ubi es? quove sub axe volas?

dilecta Deo Clario. Lebynthos, et Calymne umbrosa nemoribus, et Astypalæa circumdata vadis piscosis, erant a dextra: cum puer, nimium audax, inceptis temerariis carpsit viam sublimius, et ducem reliquit. Vincula cadunt, et cera fluit Deo propinquiore: nec brachia agitata carpunt ventos subtiles. Perterrefactus deorsum aspexit e summo cœlo in maria: caligo occupat oculos inducta timore trepido. Ceræ emollitæ erant; ille movet brachia vacua: et tremit; nec habet, quo sustentetur. Decidit; et ruens, Pater, o pater, rapior, ait. Aquæ virides obstruxerunt os loquentis. At miser parens, nec jam parens, Icare, inclamat, Icare,

---

remittet.—79 Meliores *fucrant;* vulg. *fuerat.*—81 *Erant* unus Heins. et V. vulgo *erat.* Emend. Nauger. et Heins. *Calymne:* vulgo *Packymne:* alii substituerunt *Calydne:* R. veterrimus *Patismne:* prima Ed. cum Mss. nonnullis *Palymne.*—83 V. *ausis:* vulgo *annis:* Med. 1. et prima ed. *armis:* unus V. et unus A. *alis.*—84 *Ducem* Mor. et Me. vulgo *patrem.*—86 Al. *venti:* N. *auræ.* —87 *A summo* omnes fere editi; sed *e* reposuit Heins. e V. et uno ex suis: qui et conjecerat, *Territus ut summo.*—93 Al. *nec jam pater; et non jam.*

NOTÆ

maris insulæ: sed tabulæ nostræ hanc Samon ab Icariæ insulæ dextra collocant.

80 *Clario*] Apollo est, cui sacra Delos; quem Servius Clarium, vel a Claro oppido in Colophoniorum confinio, ejus oraculo nobili; vel a Claro Cycladum una, ubi colebatur.

81 *Lebynthos*] Sunt hæc omnia insularum maris Ægæi nomina, quas in tabulis nostris primo oculi jactu invenias; nisi quod non omnino eo quo indicat ordine Poëta sitæ sunt: ex quo plurima nostros homines veteri Geographiæ adjecisse facile cognoscas.

85 *Deo*] Sole, scilicet, qui fictitiarum alarum ceram emolliisse dicitur.

88 *Nox*] Mentis dicit alienationem, quam potissimum experiri liceat, si non assuetus ex eminentissimo loco in præcipitium oculos et quodammodo corpus rejicias. Ille qui subit horror, et cerebri inversio hæc est, de qua hic Poëta.

Icare, clamabat: pennas aspexit in undis.
  Ossa tegit tellus; æquora nomen habent.
Non potuit Minos hominis compescere pennas:
  Ipse Deum volucrem detinuisse paro.
Fallitur, Hæmonias si quis decurrit ad artes;
  Datque, quod a teneri fronte revellet equi.
Non facient, ut vivat amor, Medeides herbæ;
  Mixtaque cum magicis nænia Marsa sonis.
Phasias Æsoniden, Circe tenuisset Ulixen,
  Si modo servari carmine possit amor.
Nec data profuerint pallentia philtra puellis.
  Philtra nocent animis; vimque furoris habent.

inclamat, ubi es? et sub quo cælo volas? Icare, inclamabat: vidit pennas in aquis. Humus occulit ossa; maria retinent nomen. Minos nequivit coërcere pennas hominis; ego conor coërcuisse Deum aligerum. Decipitur, si quis perfugit ad artes Hæmonias; et præbet, quod revellet a fronte equi teneri. Plantæ Medeides, et cantus Marsus, mistus cum sonis magicis, non præstabunt, ut duret amor. Phasias retinuisset Æsoniden, Circe Ulyssem, si modo amor possit retineri incantamentis. Nec philtra pallentia exhibita puellis juverint. Philtra officiunt mentibus, et ha-

---

—95 Li. *Icare, dum clamat.*—96 Apr. et octo al. *Ossa tenet.*—100 R. *revellet:* vulgo *revellit:* tres codd. *rerellat.*—101 Me. et quatuor al. *ut duret.*—102 *Nænia Marsa* optimus R. Exc. Scal. et P. vulgo *mersa venena.* Codd. Pal. *Marsa venena.*—104 Vulg. *posset:* at meliores *possit.*—105 Al. *pro-*

NOTÆ

96 *Nomen*] Mare Icarium pars illa maris Ægæi supra Samon et Icariam insulam vocatur, in quod decidisse Icarum fabulati sunt Poëtæ.

98 *Deum volucrem*] Cupidinem, scil. ut longo tempore duret amor puellæ.

99 *Hæmonias*] Thessalicas. Nam magica arte Thessali celebres facti sunt.

100 *Quod a teneri*] Quot et hodie nugæ et somnia pro conciliandis amoribus circumferantur, animus non est inquirere. Plurima ad eam rem veteres habebant veneficia. Hic vero de carmenula quadam orbiculata nigra, caricæ magnitudine, Poëta loquitur, quam in equini pulli fronte nasci dictitarunt; quaque ad amores usos veneficos Plinius itemque Aristoteles scripserunt.

101 *Medeides*] Id est, Quibus Medea insignis illa Colchica venefica uti solebat.

102 *Marsa*] Marsi populi fuerunt Italiæ, non procul a Roma, ad Septemtrionem, a Marso, Circes veneficæ filio, orinndi, veneficiis et incantationibus a Poëtis notati.

103 *Phasias*] Medea est, a Phasi Colchorum fluvio.

Æsoniden] Jasonem Æsonis filium.

Circe] Insignem veneficam, Solis filiam, quam etiam theatra nostra cognoscendam exhibuerunt, non opus est dicere.

Tenuisset] Omnino, si quidem utraque venefica, utraque amans, nec quisquam operæ aut arti pro se parcit.

105 *Pallentia*] Quæ homines faci-

Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto:
  Quod tibi non facies, solave forma dabit.
Sis licet antiquo Nireus adamatus Homero;
  Naiadumque tener crimine raptus Hylas;
Ut dominam teneas, nec te mirere relictum,
  Ingenii dotes corporis adde bonis.
Forma bonum fragile est; quantumque accedit ad annos
  Fit minor; et spatio carpitur ipsa suo.
Nec violæ semper, nec hiantia lilia florent;
  Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi jam cani venient, formose, capilli:
  Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Jam molire animum, qui duret, et astrue formæ:
  Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,
  Cura sit; et linguas edidicisse duas.

bent vim furoris. Absit omne nefas: ut ameris, esto amabilis: quod vultus, vel forma sola non dabit. Quamvis fueris Nireus, dilectus Homero veteri; et Hylas mollis sublatus crimine Naiadum: ut retineas dominam, nec stupeas te desertum, cumula bona corporis dotibus ingenii. Forma est bonum caducum: et, quantum inclinat ad annos, minuitur; et ipsa corripitur spatio suo. Nec violæ, nec lilia patula florent semper; et spina destituta horrida est, rosa perdita. Et brevi, capilli fient tibi cani, o pulcher: mox rugæ orientur, quæ sulcent tibi corpus. Nunc finge animum, qui perstet; et superadde formæ. Ille solus durat ad pyras ultimas. Nec parva sit cura exercuisse ingenium per artes liberales; et perdidi-

fuerant: Helm. *profuerunt:* quatuor *proficiunt.* Unus Pal. *pollentia.*—109 *Sis licet* Mor. al. *Sic licet:* quinque Heins. *Scilicet:* unus *Si licet.*—110 V. 1. *crimina.*—115 *Hiantia* unus Pal. A. Ha. Me. Cav. et Fr. al. *semper,* vel *mollia,* vel *candida:* optimus R. *hyacinthia:* sex al. *cinthia,* pro *Cynthia,* h. e. Apollinea: Be. unus *cincia.*—116 Pal. et unus Heins. *Aret et amissa:* Fr. *Et caret am.*—119 *Formæ* optimus R. Exc. Scal. et septem alii: vulgo *formam.*—120 Unus

NOTÆ

unt pallidos. Metonymia est.

109 *Nireus*] Charopi fuit et Aglaiæ filius, omnium, qui adversus Trojam iverunt, formosissimus.

Adamatus] Quia illum formæ excellentia Homerus laudavit.

110 *Hylas*] Theodamantis fuit filius, Herculi unice dilectus, quem ipse Colchos navigans cum aquam ex Mysiæ fluvio Ascanio petitum misisset, ideo Naiades seu fluviales Nymphas rapuisse Poëtæ finxerunt, quod in profluentem cecidisset.

112 *Ingenii dotes*] Alia omnia quam amorem si istiusmodi Amor doceret, haud contemnendum præceptorem sese præberet.

118 *Arent*] Sunt rugæ in facie hominis, quasi sulci in agro.

120 *Rogos*] Usque ad mortem. Cor-

Non formosus erat, sed erat facundus Ulixes:
Et tamen æquoreas torsit amore Deas.
O quoties illum doluit properare Calypso;
Remigioque aptas esse negavit aquas!
Hæc Trojæ casus iterumque iterumque rogabat.
Ille referre aliter sæpe solebat idem.
Littore constiterant: illic quoque pulchra Calypso
Exigit Odrysii fata cruenta ducis.
Ille levi virga, (virgam nam forte tenebat,)
Quod rogat, in spisso littore pingit opus.
Hæc, inquit, Troja est: (muros in littore fecit:)
Hic tibi sit Simois: hæc mea castra puta.
Campus erat, (campumque facit,) quem cæde Dolonis
Sparsimus, Hæmonios dum vigil optat equos.

cisse duas linguas. Ulysses non erat pulcher; sed erat disertus: et tamen cruciavit amore Deas marinas. O quoties Calypso ingemuit illum festinare; et negavit aquas esse idoneus remigio. Hæc inquirebat et iterum et iterum de ruina Trojæ. Ille solebat narrare sæpius idem aliter. Hæserant in littore: illic quoque formosa Calypso exquirit fata sanguinolenta ducis Odrysii. Ille signat opus, quod petit, in solido littore, bacillo levi (nam forte gestabat bacillum). Hæc est Troja, inquit; (pinxit muros in littore:) hic tibi sit Simois: finge hæc mea castra esse. Planities erat, (planitiem signat,) quam imbuimus sanguine Dolonis, dum speculator

---

Be. *pertinet ille.*—122 Apr. *addidicisse.*—124 V. *traxit amore.* Heins. *æquoream Deam.*—125 Vulg. *Ah quoties.* Heins. vult *illo...properante.*—127 Cav. et prima Ed. *Hic Trojæ:* Heins. putat *Hac...rogante*, vel *Huic roganti.*—130 Multi *facta cruenta:* unus Me. *castra.*—132 Th. *versat opus.*—133 Cav. *muros...factos:* quare Heins. reposuit *Hæc, inquit, Troja est, muris in littore factis.*—

NOTÆ

pora solebant cremare veteres.

122 *Duas*] Latinam et Græcam.

124 *Deas*] Pro Dea, per Synecdochen scriptoribus etiam sacris familiarem.

125 *Calypso*] Nympha fuit Oceani, vel, secundum Homerum aliosque, Atlantis filia, quæ in Ogygia insula, ubi ea regnavit, naufragum Ulyssem hospitio benignissime excepit; quem etiam, immortalitate promissa manere si vellet, ibidem retinere studuit.

130 *Odrysii*] Rhesus est, rex Thraciæ, quem, in Epist. 1. Trojanis in auxilium venisse, et a Diomede et Ulysse obtruncatum fuisse vidimus. Odrysius dicitur ab Odrysarum gente Thracia, quibus imperavit.

135 *Dolonis*] Fuit Dolon vir Trojanus, qui Græcorum castra speculatum missus, cum in Diomeden et Ulyssen, speculatores etiam a Græcis missos, incidisset, et pacta impunitate Trojanorum consilia aperuisset, dein de adventu Rhesi monuisset, ab ipsis Diomede et Ulysse obtruncatus est.

136 *Hæmonios*] Thessalicos Achillis, quos ille laboris præmium poposcerat.

Illic Sithonii fuerant tentoria Rhesi:
Hac ego sum raptis parte revectus equis.
Pluraque pingebat: subitus cum Pergama fluctus
Abstulit, et Rhesi cum duce castra suo.
Tum Dea, Quas, inquit, fidas tibi credis ituro,
Perdiderint undæ nomina quanta, vides?
Ergo age, fallaci timide confide figuræ,
Quisquis es: aut aliquid corpore pluris habe.
Dextera præcipue capit indulgentia mentes:
Asperitas odium, sævaque verba, movent.
Odimus accipitrem, quia semper vivit in armis,
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidiis hominum, quia mitis, hirundo:
Quasque colat turres Chaonis ales habet.
Este procul lites, et amaræ prælia linguæ.
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.

capit equos Hæmonios. Illic fuerant tabernacula Rhesi Sithonii: ego redivi hac, equis sublatis, nocte. Pingebat et plura; cum unda repentina delevit Trojam, et castra Rhesi cum duce suo. Tum Dea, Cernis, inquit, quanta nomina fluctus, quos credis tutos tibi proficiscenti, abstulerint? Ergo age, quisquis es, confide cunctanter formæ dolosæ: aut habe aliquid majoris corpore. Cautum obsequium movet præsertim animos: rusticitas et verba immitia pariunt odium. Odio habemus accipitrem, quia vitam agit semper in armis; et lupos assuetos ruere in pecus timidum. At hirundo, quia mansueta, nullos sentit dolos hominum: et avis Chaonis habet turres quas habitet. Absint rixæ et certamina linguæ pestiferæ. Tener

---

135 Vulg. *campum fecit.*—138 Al. *sum captis.* Ha. *parte:* vulgo *nocte.* Alii *reversus equis.*—143 Duo Heins. *timide ne crede:* duo al. *nimium ne crede.*—144 Al. *atque aliquid.* Unus Heins. pro var. lect. *corpore majus.*—146 *Verba movent* C. et Arund. vulgo *bella movet:* quatuor Heins. *verba movet.*—151 N. *Ite procul.* R. et N. *jurgia linguæ:* quatuor *præmia.*—152 Jun. *est signis.* Duo

NOTÆ

137 *Sithonii*] Thracii; nam, ut scribit Gellius, Thracia prius Sithon dicebatur; aut saltem ejus pars erat, ut placet aliis.

138 *Raptis*] Scilicet Diomedes et Ulysses Rhesum aggressi sunt, eum interfecerunt, ejusque equos candore nivali abduxerunt.

139 *Fluctus*] Unda superinducta quicquid in littore pinxerat Ulysses delevit.

141 *Dea*] Calypso, scil. Atque hæc profecto ingeniosa sunt maxime.

150 *Chaonis*] Fuit Chaon vir Trojanus, a quo Chaonia dicta pars Epiri, ubi templum Jovis Dodonei, et sylva, in qua columbæ humana voce responsa dabant. 'Ales Chaonis' itaque pro quibuslibet columbis, per Synecdoch.

153 *Nuptæ*] Vix concordiam inter conjuges esse tacite innuit.

Lite fugent nuptæque viros, nuptasque mariti:
Inque vicem credant res sibi semper agi.
Hoc decet uxores: dos est uxoria, lites.
Audiat optatos semper amica sonos.
Non legis jussu lectum venistis in unum:
Fungitur in vobis munere legis amor.
Blanditias molles, auremque juvantia verba
Affer, ut adventu læta sit illa tuo.
Non ego divitibus venio præceptor Amoris:
Nil opus est illi, qui dabit, arte mea.
Secum habet ingenium, qui, cum libet, Accipe, dicit.
Cedimus: inventis plus placet ille meis.
Pauperibus vates ego sum; quia pauper amavi.
Cum dare non possem munera, verba dabam.
Pauper amet caute: timeat maledicere pauper:
Multaque, divitibus non patienda, ferat.
Me memini iratum dominæ turbasse capillos:
Hæc mihi quam multos abstulit ira dies!
Nec puto, nec sensi tunicam laniasse; sed ipsa
Dixerat: et pretio est illa redemta meo.
At vos, qui sapitis, vestri peccata magistri
Effugite: et culpæ damna timete meæ.

amor est fovendus blandis verbis. Nuptæ abigant maritos rixa, et mariti nuptas: et credant semper vicissim res sibi agi. Hoc decet uxores, dos est uxoris rixæ. Amica audiat semper voces expetitas. Non coiistis in unum torum præscripto legis: amor fungitur in vobis vice legis. Prome blanditias teneras et verba jucunda auribus; ut illa sit hilaris tuo accessu. Ego non accedo præceptor amoris opulentis: nihil est opus arte mea illi qui dabit. Qui dicit, cum rult, Cape, habet secum ingenium. Cedimus: ille plus placet meis excogitatis. Ego sum vates pauperibus, quia amavi pauper. Cum non possem exhibere dona, exhibebam verba. Pauper amet callide: pauper caveat maledicere: et patiatur multa non toleranda divitibus. Recordor me iratum confudisse capillos dominæ: hæc ira quam multos dies mihi rapuit! Nec arbitror, nec adverti discerpsisse tunicam; sed ipsa dixerat: et illa est redemta meis nummis. At vos, qui sapitis, citate delicta præceptoris vestri; et reformidate

---

Heins. *alliciendus amor.*—153. 154 *Fugent* et *credant* R. et Li. cum Exc. P. et Scal. vulgo *fugant* et *credunt*. Pro vulg. *rem* omnes meliores *res.*—159 *Auremque* Ed. pr. vulg. *aures.*—160 Me. 1. et Jun. *Profer.*—161 Al. *præcept. amandi.* —163 Unus Pal. *qui cuilibet.*—164 Al. *plus habet:* plures cum Ed. pr. et Exc. P. ac Scal. *plus valet.*—169 Vulg. *Me iratum memini.*—170 Multi Mss. *Heu*

NOTÆ

154 *Inque vicem*] Iis signate utitur vocibus, quibus solebant in divortiis; dicebant enim, Tuas res agito; vel Tuas res tibi habeto.

Prælia cum Parthis, cum culta pax sit amica;
Et jocus, et causas quicquid amoris habet.
Si nec blanda satis, nec erit tibi comis amanti;
Perfer, et obdura; postmodo mitis erit.
Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus.
Frangis, si vires experiere tuas.
Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis
Flumina; si contra, quam rapit unda, nates.
Obsequium tigresque domat Numidasque leones.
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Sæpe suos casus, nec mitia facta puellæ
Flesse sub arboribus Milaniona ferunt.

detrimenta peccati mei. Certamina sint cum Parthis, pax cum amica comta; et jocus, et quicquid habet causas amoris. Si nec erit satis mitis, nec facilis tibi amanti, tolera usque et persta; mox erit blanda. Ramus deflexus ab arbore cedit obsequio: rumpis, si periculum feceris virium tuarum. Aquæ trajiciuntur obsequio, nec queas superare flumina, si nates contra quam unda aufert. Obsequium vincit tigres et leones Numidas: taurus subjicitur paulatim aratro agresti. Quid fuit immitius Atalanta Nonacrina? tamen illa truculenta cessit meritis viri. Aiunt Milaniona deplorasse sæpe suam fortunam sub arboribus, et facta crudelia puellæ.

---

mihi, vel *Hei*: Scripti plerique *Illa dies.*—173 Vulgo *si sapitis.*—177 Al. *comis amica.*—180 Al. *Franges.* Nonnulli *experiare.*—183 *Numidasque* R. cum Exc. P. et Scal. ac duodecim aliis: vulgo *tumidosque*: nonnulli *Numidosque, mundosque, timidosque, undasque.*—187 Al. *immitia facta.*—188 *Milaniona* R. Al.

NOTÆ

175 *Parthis*] Sunt Parthi gens ultra Medos, Scytharum progenies, olim bellicosissima.

179 *Obsequio*] Id est, lente et paulatim illum flectendo.

183 *Numidasque*] Est Numidia provincia Africæ, Gætuliæ contermina, ubi aquæ inopia et calore immitissima generantur animalia.

185 *Nonacrina*] Arcadica, a Nonacri monte Arcadiæ sic dicta.

Atalanta] Duæ ejus nominis fuerunt. Hic autem de Arcadica sermo est, quæ Jasii, vel, ut alii volunt, Abantis regis Argivorum fuit filia, venatrix insuper, quæ conservandæ suæ virginitatis causa Dianæ sese dedit comitem: quanquam tandem Meleagri seu Milanionis victa obsequio Parthenopæum peperit.

188 *Milaniona*] Tam diversa de isto et Atalanta dixerunt fabularum scriptores, ut quid potissimum sequaris vix reperias. Amphidamantem patrem Milanioni fuisse scripsit Apollodorus, qui eidem Parthenopæum ex Atalanta filium tribuit: Hyginus Parthenopæum Atalantæ quidem, sed ex Meleagro, cui Œncus pater fuerit, filium facit. Fabulæ.

Sæpe tulit jusso fallacia retia collo:
  Sæpe fera torvos cuspide fixit apros.
Sensit et Hylæi contentum saucius arcum:
  Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te Mænalias armatum scandere sylvas,
  Nec jubeo collo retia ferre tuo.
Pectora nec missis jubeo præbere sagittis.
  Artis erunt cauto mollia jussa meæ.
Cede repugnanti; cedendo victor abibis.
  Fac modo, quas partes illa jubebit, agas.
Arguet, arguito; quicquid probat illa, probato:
  Quod dicet, dicas: quod negat illa, neges.
Riserit, arride: si flebit, flere memento.
  Imponat leges vultibus illa tuis.
Seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos;
  Tu male jactato, tu male jacta dato.

Sæpe gestavit collo coacto retia dolosa: sæpe transverberavit apros truces mucrone immiti. Sensit etiam vulneratus arcum intentum Hylæi: sed tamen alter erat notior hoc arcu. Nolo te armis instructum ire in sylvas Mænalias, nec gestare plagas cervicibus tuis. Nec suadeo offerre pectora sagittis emissis. Leges artis meæ erunt leves callido. Cede aversanti; cedendo discedes victor. Fac modo tuearis partes quas illa imperabit. Reprehendet, reprehendito: quicquid illa laudat, laudato: quod affirmabit, affirmes: quod illa negat, nega. Riserit, arride: si ploret, memento plorare. Illa præscribat leges vultibus tuis. Seu ludet, et jaciet numeros eburnos manu; tu jactato male, tu concede male jacta. Sea jacies talos, ne

---

Melaniona, Minaliona, Mimaliona.—189 Al. *fallentia retia.*—190 Apr. *feros missa cusp.* al. *sæva* vel *jussa cusp.*—191 Aldinæ et al. *Sensit et Ilei.* Fr. *contortum arcum.*—192 Jun. *certior alter.* Be. et al. *fortior.*—193 Duo scripti *Mænalios montes:* unus Heins. *Mænalias rupes.*—195 Al. *Corpora nec.* Duo codd. *nec Scythicis:* V. unus *nec fixis.*—196 *Cauto* a conj. Heins. vulgo *cautæ:* quidam *certe:* Be. *certæ:* unus Heins. *tantæ.*—198 Alter R. *illa subibit:* multi *jubebit, eas.*—199 Vulg. *Arguit.*—201 Fr. *flerit, deflere memento.*—204 Al. *tu*

NOTÆ

191 *Hylæi*] Centaurus fuit, qui una cum Rhœco Atalantæ vim paraverat, quos illa sagittis confecit; quanquam maximus noster fabularum enarrator et inventor, ultro sese Milanionem Centaurorum jaculis Atalantæ puellæ causa objecisse, immuere videtur.

192 *Alter*] Cupidinis, scil. quo saucius erat Milanion.

193 *Mænalias*] Arcadicas; ab Arcadiæ monte Mænalo.

195 *Præbere*] Ut fecit Milanion, siquidem poëtæ credimus.

203 *Numeros*] Talos dicit, *des dez*, quibus latera punctis et numeris sunt distincta.

204 *Male*] Ut vincat amica.

Dato] Id est, Calculos promoveto:

Seu jacies talos, victam ne pœna sequatur,
  Damnosi facito stent tibi sæpe canes:
Sive latrocinii sub imagine calculus ibit;
  Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.
Ipse tene distenta suis umbracula virgis:
  Ipse face in turba, qua venit illa, locum.
Nec dubita tereti scamnum producere lecto:
  Et tenero soleam deme, vel adde, pedi.
Sæpe etiam dominæ, quamvis horrebis et ipse,
  Algentis manus est calfacienda sinu.
Nec tibi turpe puta (quamvis tibi turpe, placebit)
  Ingenua speculum sustinuisse manu.
Ille, fatigatæ perdendo monstra novercæ,
  Qui meruit cœlum, quod prior ipse tulit,

pœna sequatur victam; fac canes damnosi sæpe tibi eveniant. Sive calculus movebitur sub specie latrocinii; fac miles tuus intereat ab hoste vitreo. Teneto ipse umbracula exporrecta suis virgis: fac ipse locum in turba, qua illa pergit. Nec cunctator promovere scamnum lecto tereti: et tolle, vel appone soleam pedi tenero. Sæpe etiam manus dominæ frigentis est calefacienda gremio, quamvis et ipse tremes. Nec crede tibi indecorum (quamvis tibi indecorum, placebit) sustinuisse speculum manu liberali. Ille, qui meruit cœlum, quod ipse prior sustentavit, occidendo monstra

---

bene jacta dato.—206 Voss. *damnosos.*—209 Al. *distincta tuis.*—211 Be. et nnus Heins. *supponere lecto:* Voss. et Ha. *subducere.*—213 Nonnulli *algebis et ipse.*—214 Fr. *calfac. manu.*—215 *Quamvis tibi* Sa. et Me. 1. vulgo *quamvis sit.*—217 *Perdendo* sex scripti et pr. ed. vulgo *vincendo:* R. cum Exc. Scal. et al.

NOTÆ

dicebant enim *calculum dare* pro *promovere*, annotante Salmasio; ita ut in jactandis tesseris potissimum fortuna, in dandis seu promovendis calculis, *les dames*, ars locum haberet. Vereor interim, ne sensus alius lateat, qui ex accuratiori veterum ludorum cognitione esset petendus.

205 *Pœna*] Nummos aut muletam, quam qui victus est tenetur persolvere, vetat ab amica repetere.

206 *Canes*] Canis nomine appellatur talus, cum ex jactu unitatem referebat, qui omnium luctuosissimus damnum creabat.

207 *Latrocinii*] *Latrones* dicebantur olim, qui a latere principis starent, itemque milites: inde latrunculorum ludus, quos in mensa ordinare, et inter se bellum movere Palamedes docuit.

Calculus] Latro, latrunculus, calculus unam et eandem rem significant. Gall. *Des échecs.*

208 *Vitreo*] Ex vitro, ligno, aut simili materia fiunt latrunculi.

209 *Umbracula*] De umbellis loquitur, quibus hodie etiam ad arcendum solem aut pluviam utuntur puellæ.

212 *Soleam*] Calceamenti genus est quod pedis plantam tantum, teretibus habenis ei junctum, defendit.

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas
Creditur, et lanas excoluisse rudes.
Paruit imperio dominæ Tirynthius heros.
I nunc; et dubita ferre, quod ille tulit.
Jussus adesse foro, jussa maturius hora
Fac semper venias; nec nisi serus abi.
Occurras aliquo tibi dixerit; omnia differ:
Curre; nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit:
Tunc quoque pro servo, si vocat illa, veni.
Rure eris, et dicet, Venias, (Amor odit inertes,)
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
Nec grave te tempus sitiensve Canicula tardet,
Nec via per jactas candida facta nives.
Militiæ species amor est: discedite segnes.
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.

novercæ defessæ, creditur tractasse quasillum inter puellas Ioniacas, et emollisse lanas crudas. Heros Tirynthius obtemperavit imperio dominæ. Abi jam; et cunctator pati, quod ille passus est. Facito ut, jussus adesse foro, adsis semper maturius hora præscripta; nec abi nisi serus. Monuerit obviam eas aliquo; omnia differ. Curre, nec turba obstet itineri incepto. Nocte revertetur, rediens domum satura epulis: tunc quoque si illa accersit, adesto pro servo. Fuerit rure, et monebit, ut venias, (amor odit ignavos,) si currus defuerit, tu suscipe iter pede. Nec tempus triste, nec Canicula urens moretur te, nec via facta alba per nives sparsas. Amor est species belli: ignavi abite. Hæc signa non sunt defendenda a viris meticulosis.

---

præbendo: Arg. *perimendo:* duo *premendo.*—219 Al. *Ionicas,* vel *Ionias inter:* C. *Inter Achaidas:* Heins. vult *Inter Mœonidas,* vel *Mygdonidas.*—222 Vulg. *ipse tulit.* Hoc distichon aberat a Be. uno.—223 Unus Be. *maturior.*—224 Be. unus et septem al. *jussus abi.*—225 N. *aliqui tibi dixerit:* Be. *alicui.*—232 Unus cod. *per altas:* duo *perque altas:* Be. *per latas:* duo *per longas.*—234 I. cum

NOTÆ

217 *Novercæ*] Junonis, scil. quæ Eurysthei ministerio tantum non eum laboribus oppressit, quotidie in nova monstra illum ablegans.

218 *Tulit*] Cœlum, quod Atlas humeris dicitur sustentare, Hercules suis dicitur imposuisse dum fessus ille quiesceret.

219 *Inter Ioniacas*] Cum, scil. apud Omphalen Lydiam seu Mæoniam, in Ionia Asiæ minoris parte, pro ancilla Hercules servivit, colum et alia muliebria tractavit.

221 *Tirynthius*] Eo nomine a Tirynthe Peloponnesi oppido, ubi educatus, Hercules dictus est.

230 *Rota*] Pro curru aut rheda. Synecdoche est.

231 *Sitiens*] Vel potius sitim creans. Metonymia est. Nec hyeme nec æstate amatorem segnem esse suadet Poëta.

Nox, et hyems, longæque viæ, sævique dolores
Mollibus his castris, et labor omnis inest.
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum;
Frigidus, et nuda sæpe jacebis humo.
Cynthius Admeti vaccas pavisse Pheræas
Fertur, et in parva delituisse casa.
Quod Phœbum decuit, quem non decet? exue fastus,
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Si tibi per tutum planumque negabitur ire,
Atque erit apposita janua fulta sera;
At tu per præceps tecto delabere aperto:
Det quoque furtivas alta fenestra vias.
Læta erit, ut causam tibi se sciet esse pericli.
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.
Sæpe tua poteras, Leandre, carere puella;
Tranabas, animum nosset ut illa tuum.

Nox et hyems et productæ viæ, et feri dolores, et labor omnis est in his castris mollibus. Sæpe patieris pluviam expressam nube cœlesti: et sæpe jacebis frigidus terra nuda. Cynthius dicitur pavisse vaccas Phæreas Admeti, et habitasse in humili tugurio. Quod decorum fuit Phœbo, cui non est decorum? Depone superbiam, quisquis curam geris amoris duraturi. Si prohibitus fueris accedere per tutum et planum, et fores erunt munitæ sera affixa; at tu demittaris per præceps tecto patenti: fenestra sublimis det quoque ingressus clandestinos. Gaudebit, ut cognoscet se esse tibi causam discriminis. Hoc erit pignus dominæ veri amoris. Leandre, poteras sæpe carere puella tua: trajiciebas, ut illa cerneret tuum animum. Nec te pudeat

---

multis al. *signa ferenda:* Pat. *tenenda:* duo *arma ferenda.*—235 Multi ed. Be. unus et tres al. *sævique labores:* Jun. *calores.*—236 Quinque libri *in castris:* N. *et castr.* Heins. conj. *hæc.* Alii *dolor omnis.*—237 Unus *nube fluentem:* quatuor *solutos.*—238 Al. *in nuda.* Exc. I. *manebis humo.*—239 *Pheræas* unus V. Pat. cum al. et pr. Ed. vulgo *per æstus:* multi *per herbas.* R. I. L. et Exc. Scal. ac P. *Pherei:* Mor. *servasse Pheræas.*—243 *Planumque* unus V. vulgo *placitumque:* al. *placidumque.*—244 *Apposita* alter R. vulgo *opposita.*—245 Unus R. *delab. ab alto.*—247 Be. *se feret.* Pal. *se sentiat:* Be. et tres al. *sentiet.*—248 Pal. *amoris habe.*—250 Voss. et duo al. *sciret ut.*—252 Mor. et unus V. *eme-*

NOTÆ

Canicula] Sidus est, a quo fervidos volunt oriri calores, quod eo exoriente graves sint.

234 *Hæc*] Amoris, scil. qui ut castra, signa quoque militaria habere dicitur.

239 *Cynthius*] Apollo est, a Deli monte Cynthio.

Admeti] Pheræorum in Thessalia rex fuit Admetus, cujus vaccas divinitate, ob Cyclopas occisos, spoliatus Apollo, per annorum novem spatium pavit.

249 *Leandre*] Ejus ad amicam epistolam vidimus.

Nec pudor ancillas, ut quæque erit ordine prima,
Nec tibi sit servos demeruisse pudor.
Nomine quemque suo (nulla est jactura) saluta:
Junge tuis humiles, ambitiose, manus.
Sed tamen et servo (levis est impensa) roganti
Porrige fortunæ munera parva tuæ.
Porrige et ancillæ, qua pœnas luce pependit
Lusa maritali Gallica veste manus.
Fac plebem (mihi crede) tuam: sit semper in illa
Janitor, et thalami qui jacet ante fores.

tuas fecisse *ancillas, ut quæque erit prima ordine; nec te pudeat servos devincire. Saluta unumquemque nomine suo, (nullum est detrimentum:) viles manus ambitiose consere tuis. Sed tamen parva etiam præbe dona fortunæ tuæ servo petenti: (parvus est sumtus.) Præbe etiam famulæ, qua die exercitus Gallicus deceptus habitu maritali luit pœnas. Crede mihi, demerere plebem: janitor sit semper in illa, et qui*

---

ruisse.—254 *Tuis* optimus R. et ed. Gryph. ann. 1554. vulgo *tuas.*—256 Heins.

NOTÆ

257 *Qua*] Nonis, scil. Quintilibus, quæ Caprotinæ dictæ, et ancillarum festum, in ejus rei memoriam quod Reipublicæ servandæ causam invenissent. Quæ res sic se habet, sicuti ex Macrobio didicimus: 'Post urbem captam, cum sedatus esset Gallicus motus, res vero publica esset ad tenue deducta, finitimi, opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati, præferunt sibi Posthumium Livium, Fidenatium Dictatorem. Qui, mandatis ad Senatum missis, postulavit, ut si vellent reliquias suæ civitatis manere, matresfamilias sibi et virgines dederentur. Cumque Patres essent in ancipiti deliberatione suspensi, ancilla nomine Philotis, seu Tutela, pollicita est, se cum ceteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram; habituque matrumfamilias et virginum sumto, hostibus, cum prosequentium lacrymis, ad fidem doloris, ingestæ sunt. Quæ cum a Livio in castris distributæ fuissent, viros plurimo vino provocarunt, diem festum apud se esse simulantes. Quibus soporatis, ex arbore caprifico, quæ castris erat proxima, signum Romanis dederunt; qui cum repentina incursione superassent, memor beneficii Senatus, omnes ancillas manu jussit emitti, dotemque eis ex publico fecit, et ornatum quo tunc erant usæ gestare concessit, diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit ab illa caprifico, ex qua signum victoriæ ceperunt, sacrificiumque statuit annua solennitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti præcedentis adhibetur.' Atque hinc vera hujus loci expositio petitur.

258 *Maritali*] Id est, quæ maritæ seu matronæ Romanæ videretur.

Gallica manus] Id est, Gallorum exercitus: unde alios Nasonem secutum esse auctores clarum est, nisi, quod suspicari pronum est, Italicis hominibus Gallos, quorum viribus illi niterentur, immixtos fuisse credas.

259 *Illa*] Quam tuam facias, scil.

Nec dominam jubeo pretioso munere dones:
Parva, sed e parvis callidus apta dato.
Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant;
Afferat in calatho rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa;
Illa vel in Sacra sint licet emta Via.
Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat;
At nunc castaneas non amat illa nuces.
Quin etiam turdoque licet, missaque columba,
Te memorem dominæ testificere tuæ.
Turpiter his emitur spes mortis, et orba senectus.
Ah pereant, per quos munera crimen habent!
Quid tibi præcipiam teneros quoque mittere versus?
Hei mihi! non multum carmen honoris habet.
Carmina laudantur: sed munera magna petuntur.
Dummodo sit dives, barbarus ipse placet.

cubat ante januam cubiculi. Nec impero dona pretiosa porrigas dominæ: præbe parva, sed vafer idonea ex parvis. Dum rus est opulentum, dum arbores labant onere; puer munera rustica in qualo afferat. Licebit dicere tibi missa villa suburbana; quamvis vel emta fuerint in Via Sacra. Apportet aut racemos, aut quas Amaryllis amabat: at illa non amat nunc nuces castaneas. Quin etiam potes curam dominæ tuæ patefacere turdo et sertis missis. Spes mortis et orba senectus his inhoneste acquiritur. Ah pereant, per quos dona habent crimen! Cur te admoneam mittere quoque versus molles? Hei mihi! carmen non habet multum laudis. Carmina probantur; sed dona magna quæruntur. Barbarus ipse est gratus, dummodo

---

quia *parva* mox sequitur, mavult *parca*.—260 Arg. *quæ jacet*.—261 Mc. *munera dites*.—266 Quidam *Illa tibi in*.—268 *Non amat* R. Exc. Scal. et unus Pat. *nunc amat* vulgo: *aut amat* Ha. et Be. unde Heins. conj. *haud*.—269 Alii *tardoque licet*. Septem Mss. *missaque columba*: alii *corona*.—272 C. et Sa. *quorum*

NOTÆ

263 *Pondere*] Pomorum, scil.

265 *Missa*] Quia magis decorum et honestum.

266 *Sacra*] Sacra dicta, quod in ea fœdus inter Romulum et Tatium, non sine sacrificiis, ictum.

267 *Amaryllis*] Ad illud Maronis respicit, 'Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.'

268 *At nunc*] Argute in sui sæculi puellis avaritiam notat.

269 *Turdo*] Humanum sermonem imitari scripsit Plinius. Vel itaque quia garruli, vel quia in mensarum deliciis, ad puellam mittendos censet Poëta.

Columba] Alii *corona*, ad quam, scil. garruli turdi alligabantur: nisi simpliciter serta malis intelligere.

271 *Spes mortis*] Hæreditatum execratur captatores, qui viventibus, sub spe eorum mortis, munera, ut hæredes scriberentur, mittere solebant.

Aurea nunc vere sunt sæcula: plurimus auro
Venit honos: auro conciliatur amor.
Ipse licet Musis venias comitatus, Homere;
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.
Sunt tamen et doctæ, rarissima turba, puellæ:
Altera non doctæ turba, sed esse volunt.
Utraque laudentur per carmina: carmina lector
Commendet dulci qualiacumque sono.
His ergo, aut illis, vigilatum carmen in ipsas,
Forsitan exigui muneris instar erit.
At, quod eris per te facturus; et utile credis,
Id tua te facito semper amica roget.
Libertas alicui fuerit promissa tuorum;
Hanc tamen a domina fac petat ille tua.
Si pœnam servo, si vincula sæva remittis,
Quod facturus eras, debeat illa tibi.
Utilitas tua sit: titulus donetur amicæ.
Perde nihil: partes illa potentis agat.
Sed te, cuicumque est retinendæ cura puellæ,
Attonitum forma fac putet esse sua.

sit opulentus. Nunc sunt vere sæcula aurea: laus multa accedit auro: amor delinitur auro. Quanquam ipse accedas, Homere, Musis stipatus; ejicieris, Homere, si nihil attuleris. Sunt tamen etiam puellæ doctæ, turba exigua; altera turba non doctæ, sed esse volunt. Utraque celebrentur versibus: lector pondus afferat versibus qualibuscumque voce suavi. Ergo expolitum carmen ad earum laudem pondus habebit, forsitan doni parvi apud has aut illas. At memento amica semper a te petat, quod ultro eris præstiturus, et arbitraris gratum. Libertas fuerit promissa alicui tuorum; fac tamen ille hanc oret dominam tuam. Si condonas *pœnam servo, si vincula fera prætermittis, illa debeat tibi, quod volebas facere. Compendium sit tuum; honor concedatur amicæ. Nihil amittas; illa tueatur partes divitis. Sed quicumque studes retinere puellam, fac credat te stupere forma sua. Sive*

munera.—282 Alii *non doctæ, sed tamen esse:* Jun. *Cetera non doctæ.*—283 Alii *Utraque laudetur.*—285 Alii *atque illis.*—286 Tres Heins. *instar habet.*—287 Heins. *quod eras.*—291 Sa. *pœnam nocuo.*—294 Al. *petentis agat.*—295 Al.

NOTÆ

Orba] Senectus sine liberis.

284 *Qualiacumque*] Id est, quæ materiæ inopia levia fuerint; nam ineptam et indoctam puellam quis commode laudaverit?

285 *Vigilatum*] In quo expoliendo vigilaveris.

Ipsas] Aut ipsarum laudem.

294 *Potentis*] Cujus est dare, non accipere. Quanquam jam diu lex illa in desuetudinem abiit.

Sive erit in Tyriis; Tyrios laudabis amictus:
Sive erit in Cois, Coa decere puta.
Aurata est, ipso tibi sit pretiosior auro:
Gausapa si sumsit; gausapa sumta proba.
Astiterit tunicata; Moves incendia; clama:
Sed timida, caveat frigora, voce roga.
Compositum discrimen erit; discrimina lauda:
Torserit igne comam; torte capille place.
Brachia saltantis, vocem mirare canentis:
Et, quod desierit, verba querentis habe.
Ipsos concubitus, ipsum venerere licebit,
Quod juvat; et querula gaudia voce notes.
Ut fuerit torva violentior illa Medusa;
Fiet amatori lenis et æqua suo.

erit induta vestes Tyrias, laudabis Tyrias: sive induta fuerit Coas, crede Coa decere. Si fuerit in aureis; sit tibi pretiosior auro ipso. Si ceperit gausapa, laudato gausapa capta. Constiterit tunicata; vociferator, Incendia excitas: sed orato voce pavida, vitet frigus. Discrimen erit concinnatum: proba discrimina: ornaverit comam calamistro; calamistrata coma place. Mirator brachia saltantis, et *vocem cantantis: et queritor, quod desiterit. Licebit reverearis ipsos concubitus, ipsum quod juvat, et indices voluptatem voce conquerente. Quamvis illa fuerit truculentior sæva Medusa, fiet mitis et benigna amatori suo. Fac tantum, ne vide-*

Sed tu.—298 Mycillus conj. *in Ceis, Cea.*—300 Apr. et Pal. *gausape si.* Alii *sumit.*—303 Ha. et Fr. *Cum positum discr.*—304 *Place* R. et tres al. cum prima Ed. vulgo *places.*—305 Al. *venerere canentis.* Jun. Voss. et unus Be. *mirere.*—306 *Quod* R. et duo alii: vulgo *cum.*—308 Scripti *et quædam gaudia voce notes,* vel *et quædam gaudia vocis habe:* R. et quatuor al. cum Exc. I. et Scal. *quædam gaudia noctis habe:* unus Heins. *et quæ das gaudia vocis habe:* Burm. conj. *et quæ dat gaudia voce proba.*—309 *Ut* R. cum Exc. Scal. et quatuor alii: vulgo *Si.* Unus Heins. *violentior illa Creusa:* Pal. *truculentior:* Jun. *crudelior.*

NOTÆ

297 *Tyriis*] In veste purpurea, a Tyro, conchilio atque purpura nobili, sic dicta.

298 *Cois*] Cos insula est maris Ægæi, unde bombycinæ vestes tenuissimæ ad fœminarum luxum transportabantur.

299 *Sit pretiosior*] Ut eam magis quam aurum laudes.

300 *Gausapa*] Vestis erat gausape villosa, quæ hyemali tempore gestabatur.

301 *Tunicata*] Tunica veste, quæ usque ad talos longioribus manicis fluebat, vestita.

Moves incendia] *Vous mourrez de chaud.* Laudetur, inquit, vestis, quæ maxime calorem fovet; quod amicæ gratum sit.

303 *Discrimen*] Comæ divisio.

304 *Torserit*] Calamistris et instrumentis ferreis etiamnum hodie ad crispandos crines utuntur.

309 *Medusa*] Fuit ea Phorci filia,

Tantum, ne pateas verbis simulator in illis,
Effice: nec vultu destrue dicta tuo.
Si latet ars, prodest; affert deprensa pudorem:
Atque adimit merito tempus in omne fidem.
Sæpe sub autumno (cum formosissimus annus,
Plenaque purpureo subrubet uva mero;
Cum modo frigoribus premimur, modo solvimur æstu)
Aëre non certo corpora languor habet.
Illa quidem valeat: sed, si male firma cubarit,
Et vitium cœli senserit ægra sui;
Tunc amor et pietas tua sit manifesta puellæ:
Tunc sere, quod plena postmodo falce metas.

aris fallax in illis turbis: nec redarguas dicta vultu tuo. Ars juvat, si dissimulatur; cognita creat pudorem: et jure tollit fidem in omne tempus. Sæpe Autumno accedente, (cum anni tempestas pulcherrima, et uva plena vino purpureo subrubet, cum modo urgetur frigoribus, modo laxatur calore,) morbus vexat corpora aëre instabili. Illa quidem puella læta fruatur valetudine: sed si ægra detinebitur, et morbo afflicta senserit intemperiem cœli sui; tunc amor et pietas tua sit aperta puellæ: tunc sparge, quod reseces postmodo plena falce. Nec te capiant fastidia

—311 R. *turbis simulator.*—315 Al. *autumnum.*—317 R. Fr. et L. *premitur*, et *solvitur.*—318 L. *Aër et incerto.*—319 Quatuor codd. *male sana.*—322 Be. *lance*

NOTÆ

cui caput, non capillis, sed viperis fuit horridum; quo tantum intuentibus terrorem afferebat, ut in lapides illico rigescerent. Quo commento stupendam ejus pulchritudinem indicare voluerunt.

311 *Verbis*] Quidam *turbis;* quod non de concubitu, ut putavit vir clariss. sed de cœtibus aut puellarum turbis, de quibus supra, intelligendum. Atque hæc præcepta pleraque, qui ex amore in civilem vitam induxerit, quantum sibi aliisque profuerit, vix quisquam satis possit dicere.

314 *Merito*] Omnino: siquidem enim certum est contra nos aliquid moliri eum qui alia, quam quæ verbis promit, in sinu fovet, et maxime ab omnium oculis removet; qua causa cuiquam fidem habeam, quem ego in fraude deprehenderim, quam ipsum maxime occultare sciverim? Difficile vero, inquis, cum tam diversis moribus et opinionibus homunculis vivere, et cum iis idem sentire? Immo difficillimum; quantave prudentia, præsertim si sancte vivere vis, opus est! Interim si ab aliis, satius est a se saltem non dissentire, et cor inter, linguam, omnem denique statum, concordiam fovere, quam semper larvas, quas subinde quivis excutiat et premat, impudenter in hominum cœtus et ora portare. O miseros, quales quidem nonnullos novi, perverse sibi ex astutia sua placentes, qui usque eo tantum astuti sunt, ut aliis, non esse se, sed esse cupere callidos, vere malos et stultos esse demonstrent!

315 *Annus*] Pro anni parte: ita et locutus Horatius.

Nec tibi morosi veniant fastidia morbi;
Perque tuas fiant, quæ sinet ipsa, manus.
Et videat flentem; nec tædeat oscula ferre;
Et sicco lacrymas combibat ore tuas.
Multa vove; sed cuncta palam: quotiesque libebit,
Quæ referas illi, somnia læta vide.
Et veniat, quæ lustret anus lectumque locumque:
Præferat et tremula sulfur et ova manu.
Omnibus his inerunt gratæ vestigia curæ:
In tabulas multis hæc via fecit iter.
Ne tamen officiis odium quæratur ab ægra,
Sit suus in blanda sedulitate modus.
Neve cibo prohibe, nec amari pocula succi
Porrige: rivalis misceat illa tuus.
Sed non, cui dederis a littore carbasa, vento
Utendum, medio cum potiere freto.

morbi difficilis; et fiant per tuas manus, quæ ipsa concedet. Et aspiciat lacrymantem; nec tædeat osculari; et absumat ore arido lacrymas tuas. Concipe multa vota; sed omnia coram: et quoties placuerit, finge somnia festiva, quæ illi narres. Et accedat anus, quæ purget et lectum et locum: et sulfur et ova manu trepidante præferat. In his omnibus manifesta *erunt signa gratæ curæ: hæc ratio viam struxit plurimis in tabulas. Attamen ne odium reportetur ab ægra* ex *meritis, sua sit mensura in officiosa benevolentia. Neve a cibis absterreas, nec offer pocula succi ingrati: rivalis tuus illa temperet. Sed aura non* est *utendum, cui vela tradideris a littore, postquam navigabis in mari aperto. Dum novus amor va-*

metas.—324 Vulg. *sinet illa.*—325 Pal. et duo alii *Te videat.*—327 *Libebit* R. et Sa. vulgo *licebit.*—329 Unus V. *Ter veniat.*—330 Al. *Perferat et*, vel *Proferat:* V. *Ter ferat.* Li. V. unus et pr. Ed. *sulfura viva manu.*—332 *Tabulas* R. cum duodecim aliis: quidam *tabulis:* al. *thalamos.*—335 *Cibo* R. V. duo et pr. Ed. plerique *cibos:* al. *cibos præbe.*—337 *Cui dederis* rescripsit Heins. e R. qui habet *cum dederis:* vulgo *quo dederas.*—338 *Potiere* pr. Ed. et scripti

NOTÆ

322 *Sæve*] Metaphora ab agricolis. Id est, In amanda et colenda puella esto assiduus.

329 *Et veniat*] Sacrum pro amicæ salute monet faciendum esse, cujus Apuleius meminit in Metam. ultimo; quo, summum Sacerdotem Isidis tæda lucida, ovo, et sulfure, non sine solennissimis precibus usum esse dicit. De eo sacro Juvenal. Propert. Tibull. etiam scripserunt.

332 *Tabulas*] Quibus suprema voluntas seu testamentum creditur.

335 *Neve cibo prohibe*] Quia ægris ingratum.

337 *Sed non*] Metaphora a re nautica petita, non eadem omni tempore convenire dicit.

Dum novus errat amor, vires sibi colligat usu :
Si bene nutrieris, tempore firmus erit.
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas :
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo ;
Quaque venit, multas accipit amnis aquas.
Fac tibi consuescat : nil consuetudine majus.
Quam tibi dum capias, tædia nulla fuge.
Te semper videat : tibi semper præbeat aurem :
Exhibeat vultus noxque diesque tuos.
Cum tibi major erit fiducia, posse requiri ;
Tum procul, absenti cura futurus, abi.
Da requiem : requietus ager bene credita reddit :
Terraque cœlestes arida sorbet aquas.
Phyllida Demophoon præsens moderatius ussit :
Exarsit velis acrius illa datis.
[Penelopen absens solers torquebat Ulixes :
Phyllacides aberat, Laodamia, tuus.]
Sed mora tuta brevis : lentescunt tempore curæ ;
Vaneseitque absens, et novus intrat, amor.

gatur, vires sibi comparet usu : si bene alucris tempore, erit fortis. Solebas palpari vitulum, quem times taurum : arbor, sub qua nunc decumbis, fuit virga. Fluvius oritur parvus, sed comparat vires fluendo ; et recipit multas aquas, qua currit. Fac assuescat tibi : nihil majus consuetudine. Quam dum tu secturis, nulla refuge tædia. Semper te aspiciat : semper tibi aurem commodet : nox et dies offerant faciem tuam. Cum magis confides te posse desiderari ; tum procul recede, cura futurus dissitæ. Quiescat ; ager requietus refert cum fructu commissa : et terra sicca bibit aquas cœlestes. Demophoon præsens minus inflammavit Phyllida : illa vehementius flagravit carbasis explicitis. Ulysses callidus absens cruciabat Penelopen : Laodamia, tuus Phyllacides procul erat. Sed cunctatio brevis est secura : curæ sedantur tempore ; et amor absens discutitur, novus subit. Dum Menelaus

---

nonnulli : vulgo *potiare.*—339 Al. *colligit.*—341 V. *metuas.* Apr. *mollire solebas.*—345 Alii *nihil assuetudine.*—346 Unus V. *dum captas.*—347 Vulg. *præbeat aures.*—348 R. unus *Exhibeant*, probante Heinsio.—350 Quidam *Cum procul :* unus Me. *I procul.* Sa. et Mor. 1. *abi :* vulgo *eris.*—355 A. *torrebat Ulixes.* Hoc distichon, quia frigidiusculum est, et in Me. 1. omittitur, salva orationis serie abesse posse videtur Heinsio.—357 Sex codd. *languescunt tempora.*

NOTÆ

353 *Phyllida*] Hujus epistolam, ut et Penelopes, itemque Laodamiæ, antea vidimus.

355 *Penelopen*] Optime frigidiusculum istud distichon esse annotavit clar. Heinsius.

356 *Phyllacides*] Protesilaus est, ab avo Phylaco sic dictus.

Dum Menelaus abest, Helene ne sola jaceret,
  Hospitis est tepido nocte recepta sinu.
Qui stupor hic, Menelaë, fuit? tu solus abibas:
  Isdem sub tectis hospes et uxor erant.
Accipitri timidas credis, furiose, columbas?
  Plenum montano credis ovile lupo?
Nil Helene peccat; nil hic committit adulter:
  Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.
Cogis adulterium, dando tempusque locumque.
  Quo, nisi consilio est usa puella tuo?
Quid faciat? vir abest, et adest non rusticus hospes:
  Et timet in vacuo sola cubare toro.
Viderit Atrides: Helenen ego crimine solvo.
  Usa est humani commoditate viri.
Sed neque fulvus aper media tam sævus in ira,
  Fulmineo rabidos cum rotat ore canes:
Nec lea, cum catulis lactentibus ubera præbet:
  Nec brevis ignaro vipera læsa pede:
Fœmina quam, socii deprensa pellice lecti,
  Ardet; et in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammasque ruit: positoque decore
  Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei.

abest, Helena, ne cubaret sola, admissa est nocte in gremium calidum hospitis. Quænam fuit hæc insciitia, Menelaë? Tu proficiscebaris solus: hospes et conjux erant in eadem domo. Insane, committis columbas paridas accipitri? committis plenum ovile lupo montano? Vacat culpa Helena; hic vacat culpa adulter: ille admittit, quod tu, quod quivis admitteret. Suades adulterium, præbendo tempus et locum. Quo consilio est usa puella, nisi tuo? Quid agat? vir peregre est; et præsens est hospes urbanus; et metuit jacere sola in lecto derelicto. Atrides judicaverit: ego Helenen insontem dico. Usa est facilitate viri indulgentis. Sed neque aper rufus tam ferus in ira media; cum proterit canes furiosos dente fulmineo; nec læna, cum exhibet ubera catulis lactentibus, nec brevis vipera trita pede inscio; quam fœmina pellice correpta tori jugalis furit; et exhibet in facie animi indicia. Rapitur in tela et ignes; et agitur projecto decore, ut tacta cornu.

Unus *languescent*. R. *tempore formæ*.—359 *Helena* Pal. et duo alii; et ita mox 365. idem Pal.—360 V. *cupido sinu:* Sa. *socio*.—361 *Qui* R. et tres alii: vulgo *Quis*. Duo *Quis furor:* Be. *Quis stupor, o Menelaë, modo tu s. a.* R. *cum solus*. Burm. conj. *tun' stultus abibas*.—365 V. *admittit*.—368 R. et Jun. *Quid nisi*.—373 V. *furvus aper*.—374 *Rabidos* R. et al. nonnulli cum pr. Ed. vulgo *rapidos*.—375 Apr. et duo alii *lutrantibus ubera*.—379 Al. *posi-*

NOTÆ

360 *Hospitis*] Paridis, scil. quam fabulam toties tædet recoquere.

Conjugis admissum, violataque jura maritæ,
  Barbara per natos Phasias ulta suos.
Altera dira parens (hæc est, quam cernis, hirundo),
  Aspice, signatum sanguine pectus habet.
Hoc bene compositos, hoc firmos solvit amores:
  Crimina sunt cautis ista timenda viris.
Nec mea vos uni damnat censura puellæ.
  Di melius! vix hoc nupta tenere potest.
Ludite: sed furto celetur culpa modesto.
  Gloria peccati nulla petenda sui.
Nec dederis munus, cognosse quod altera possit:
  Nec sint nequitiæ tempora certa tuæ.
Et, ne te latebris capiat sibi fœmina notis,
  Non uno est omnis convenienda loco.

bus Dei Aonii. Phasias barbara vindicavit filiorum suorum dispendio crimen mariti, et jura temerata nuptæ. Altera mater crudelis (hæc est hirundo, quam vides: respice) habet pectus notatum sanguine. Hoc rumpit *amores quietos, hoc rumpit certos: hæc flagitia sunt fugienda viris callidis. Nec censura mea vos addicit uni puellæ. Di melius! vix marita hoc potest servare. Ludite: sed crimen tegatur furto modesto. Nulla* est *quærenda gloria delicti sui. Nec donum obtuleris, quod altera possit agnoscere: nec statuta sint tempora tuæ proterviæ. Et ne puella deprehendat te latibulis sibi perspectis, quælibet non est adeunda uno loco. Et*

---

toque pudore: Voss. et duo al. *timore.*—381 *Maritæ* R. vulgo *mariti.*—385 Al. *rumpit amores.* Quidam *Hæc bene c. hæc firm. rumpat am.* Hoc distichon in scriptis quibusdam atque edd. Aldinis et Gryph. ann. 1551. transpositum inseritur post v. 380.—387 *Damnat* Li. vulgo *donat.*—388 Alter Me. *potes.*—390 Al. *petenda tui.*—391 Li. et ed. quidam *altera poscit.*—394 Al. *est semper.*

NOTÆ

371 *Viderit*] Ea de re judicet.

380 *Aonii*] Bacchi, qui Thebas Bœotiæ patriam habuit, quam primum Aones barbari tenuerunt.

Icta] Id est, Baccha, vini Deique furore correpta.

381 *Conjugis*] Jasonis scil. qui, spreta Medea, Creontis regis filiam uxorem duxit.

382 *Phasias*] Medea est, de qua paulo ante, a Phasi Colchorum fluvio sic dicta; quæ violati tori dolore liberos ex Jasone susceptos interfecit.

383 *Altera*] Progne est, cujus jam antea scripsimus historiam: ipse eandem, si voles, ex Metam. VI. 620. petere poteris.

384 *Pectus*] Hoc dicit, quia hirundinis in pectore plumæ visuntur rubicundæ.

387 *Uni damnat puellæ*] Id est, Ad id cogit, ut cum una tantum puella rem habeatis.

388 *Melius*] Quæ bona, quæ mala fuerint sciunt, scilicet, tam lepidi Dii, quos ad ejusmodi nequitias licet arcessere.

392 *Certa*] Qua re in alio occupa-

Et quoties scribes, totas prius ipse tabellas
  Inspice: plus multæ, quam sibi missa, legunt.
Læsa Venus justa arma movet, telumque remittit:
  Et, modo quod questa est, ipse querare, facit.
Dum fuit Atrides una contentus, et illa
  Casta fuit: vitio est improba facta viri.
Audierat, laurumque manu vittasque ferentem,
  Pro nata Chrysen non valuisse sua.
Audierat, Lyrnesi, tuos, abducta, dolores;
  Bellaque per turpes longius isse moras.
Hæc tamen audierat: Priameida viderat ipsam.
  Victor eras prædæ præda pudenda tuæ.
Inde Thyestiaden thalamoque animoque recepit;
  Et male peccantem Tyndaris ulta virum.

quoties scribes, ipse excute prius totas tabellas: multæ plus legunt, quam sibi scripta. Puella offensa justa arma tractat, et remittit telum, et efficit, ut ipse doleas, quod modo doluit. Dum Atrides fuit contentus una, illa etiam fuit pudica; facta est impudica crimine mariti. Acceperat Chrysen gestantem manu et laurum et vittas nihil potuisse in gratiam filiæ suæ. Acceperat tuos dolores, Lyrnesi abrepta; et bella producta fuisse per inhonestas moras. Tamen acceperat hæc: aspexerat ipsam Priameida. Victor præda eras erubescenda prædæ tuæ. Inde admisit in cubiculum et animum Thyestiaden; et Tyndaris ulta maritum prave delinquentem. Si

—398 Al. *quæ questa est ipsa.*—403 R. et alii nonnulli *adducta.*—405 Al. *Hæc tantum.*—406 *Eras...tuæ* Me. 1. vulgo *Erat...suæ.*—409 Pal. *male celaris.* Alii

NOTÆ

tum esse amore amantem amica tandem cognosceret.

396 *Inspice*] Quæ scripseris excute, ne plura interpretetur, quam dixisse volueris.

399 *Atrides*] Agamemnon est, Atrei filius, qui Chriseidem Chrysæ Apollinis sacerdotis filiam primo, deinde et Briseidem Achilli abreptam, amavit, ut fuse in epistolis vidimus.

401 *Laurumque*] Ad Agamemnonem Chryses redimendæ filiæ gratia, præferens manu aureum sceptrum, coronis Phœbi vittisque redimitum, venerat; quem repulit, et e conspectu abire jussit.

403 *Lyrnesi*] Hippodamia est, Lyrnesso, in Trojæ confinio oppido, abrepta.

404 *Turpes*] Quia, propter abreptam Chryseidem, quam restituere Agamemnon recusavit, per novem dies et noctes sacerdotis precibus permotus Apollo sagittas emisit, quibus plurimi Græcorum interfecti sunt.

405 *Tamen*] Innuit hac voce Poëta, ne hac quidem causa ab officio recessisse Clytæmnestram.

Priamcida] Cassandra est, Priami filia, quæ Agamemnoni in prædæ divisione cesserat; quamque ille, si Diis placet, ad uxorem ducebat.

407 *Thyestiaden*] Ægisthus est,

Quæ bene celaris, si qua tamen acta patebunt,
  Illa licet pateant, tu tamen usque nega.
Tum neque subjectus, solito nec blandior esto.
  Hæc animi multum signa nocentis habent.
Sed lateri nec parce tuo : pax omnis in uno
  Concubitu : prior hoc inficianda Venus.
Sunt, qui præcipiant herbas, satureia, nocentes
  Sumere : (judiciis ista venena meis.)
Aut piper urticæ mordacis semine miscent ;
  Tritaque in annoso flava pyrethra mero.
Sed Dea non patitur sic ad sua gaudia cogi,
  Colle sub umbroso quam tenet altus Eryx.
Candidus, Alcathoi qui mittitur urbe Pelasga,
  Bulbus, et, ex horto quæ venit, herba salax,
Ovaque sumantur, sumantur Hymettia mella,
  Quasque tulit folio pinus acuta nuces.

facta, quæ bene texeris, tamen aliqua innotescent, tu tamen semper nega, quamvis illa appareant. Tum neque sis subditus, nec mitior solito. Hæc habent indicia animi plurimum sontis. Sed neque ignosce lateri tuo : concordia omnis in solo concubitu : Venus prior ea re neganda. Sunt, qui jubeant uti satureiis herbis noxiis : (ista sunt *toxica mea sententia.) Aut terunt piper cum semine urticæ urentis ; et pyrethra flava, permixta cum vino veteri. Sed Dea, quam sublimis Eryx habet sub colle umbroso, non sinit sic venire ad sua gaudia. Bulbus albus, qui venit ab urbe Pelasga Alcathoi, et herba salax, quæ petitur ex horto, et ova comedantur : mella Hymettia comedantur, et nuces,*

---

si quæ.—410 Fr. et Pat. *acta nega*.—411 Alii *Tu neque*. In quibusdam *ne parce*.—413 Al. *omnis in illo*, vel *in illo est*.—421 Al. *Alcathoë*. V. et To. *Pe-*

NOTÆ

Thyestis filius.

408 *Tyndaris*] Clytæmnestra est, Tyndari filia, quæ adulteri ope Agamemnonem maritum occidit.

415 *Satureia*] Herba est hortensis odorifera, qua etiam in condimentis utuntur. Gall. *Sarriette*. Sed Satureia fœminino genere cum apud Plinium et Columellam legatur, omnino in Mycilli sententiam concesserim qui de cibo ex Satyrio herba solo contactu Venerem provocante intelligit, aut ejusmodi aliqua compositione.

417 *Mordacis*] Nempe urtica, si leviter tractetur, manus urit et mordet.

418 *Pyrethra*] Herba est, cujus radix præsertim igneæ est naturæ ; unde a Græcis nomen inditum.

419 *Dea*] Venus.

420 *Eryx*] Mons est Siciliæ, ubi templum Veneris habuit, quæ inde Erycina dicta.

421 *Alcathoi*] Fuit Alcathous Pelopis filius, a quo Megara condita, unde bulbi, quos maxime probat Cato, mittebantur.

422 *Bulbus*] Communi illo nomine appellantur radices omnes rotundæ,

Docta, quid ad medicas, Erato, deverteris artes ?
  Interior curru meta terenda meo est.
Qui modo celabas monitu tua crimina nostro ;
  Flecte iter, et monitu detege furta meo.
Nec levitas culpanda mea est : non semper eodem
  Impositos vento panda carina vehit.
Nam modo Threicio Borea, modo currimus Euro :
  Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.
Aspice, ut in curru modo det fluitantia rector
  Lora, modo admissos arte rétentet equos.
Sunt quibus ingrate timida indulgentia servit :
  Et, si nulla subest æmula, languet amor.
Luxuriant animi rebus plerumque secundis ;
  Nec facile est æqua commoda mente pati.
Ut levis absumtis paulatim viribus ignis
  Ipse latet, summo candet in igne cinis :

quas pinus folio acuto præbuit. Erato docta, quamobrem deflectis ad artes medicas ? meta interior tenenda est curru meo. Tu, qui modo tegebas peccata tua præcepto nostro, pedem refer, et præcepto meo profer crimina tua. *Nec inconstantia mea est rituperanda : navis curva non fert semper eodem vento quos capit. Nam modo Aquilone Thracio impellimur, modo Euro ; carbasa sæpe Favonio, sæpe Austro turgescunt. Vide, ut moderatur in curru modo admittat laxas habenas, modo coërceat arte equos incitatos. Sunt, quibus meticulosum obsequium est inutile : et amor torpet, si nulla subit pellex. Montes lasciviunt plerumque rebus prosperis ; nec facile est bona ferre æquo animo. Ut ignis levis ipse conditur ardore paulatim con-*

lasgi.—425 *Medicas* Mor. vulgo *magicas.* Alii *diverteris :* unus Heins. *reverteris :* Fr. et edd. quædam *converteris.*—426 Al. *meta tenenda.*—430 Duo *Impositas :* Be. *Imposito :* alii *In portus.*—432 R. *Sæpe damus.*—433 Be. unus *in cursu.* Vulg. *dat fluitan.*—436 Pal. *nulla subit :* Heins. conj. *subis.*—437 Li. et Me. *quandoque secundis.*—440 R. et unus V. *summo calet :* al. *summo qui calet ; sed calet ; cum calet ; qui latet,* et simil. Heins. conj. *summo canet,* idque

NOTÆ

quales sunt cepa, allium, &c.

424 *Nuces*] *Des pignous.*

425 *Erato*] Musa est, quam hujus libri initio invocavit.

426 *Interior*] Metaphora ab aurigantibus, de quibus jam sæpe, supra Amor. III. Id est, Propius ad rem veniendum.

431 *Threicio*] Quia ad Septemtrionem magis quam Italia aut Græcia deflexa est Thracia, ideo Boreas a Septemtrione flans Threicius dicitur.

Euro] Ventus est flans ab ortu Eurus.

432 *Zephyro*] Ab occidente spirat Zephyrus.

Noto] Meridionalis est Notus.

440 *Candet*] Candidus est admodum cinis quo pruna tegitur, postquam violentior ignis erupit.

Sed tamen extinctas admoto sulfure flammas
  Invenit; et lumen, quod fuit ante, redit:
Sic, ubi pigra situ securaque pectora torpent,
  Acribus est stimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te, tepidamque recalfacc mentem:
  Palleat indicio criminis illa tui.
O quater, et quoties numero comprendere non est,
  Felicem, de quo læsa puella dolet!
Quæ, simul invitas crimen pervenit ad aures,
  Excidit; et miseræ voxque colorque fugit.
Ille ego sim, cujus laniet furiosa capillos:
  Ille ego sim, teneras cui petat ungue genas:
Quem videat lacrymans: quem torvis spectet ocellis:
  Quo sine non possit vivere; posse velit.
Si spatium quæras; breve sit, quo læsa queratur:
  Ne lenta vires colligat ira mora.
Candida jamdudum cingantur colla lacertis:
  Inque tuos flens est accipienda sinus.
Oscula da flenti: Veneris da gaudia flenti.
  Pax erit: hoc uno solvitur ira modo.
Cum bene sævierit, cum certa videbitur hostis;
  Tum pete concubitus fœdera: mitis erit.

sumto, cinis albicat in extremo igne; sed tamen manifestat flammas extinctas sulfure apposito, et lumen, quod fuit ante, renovatur: sic, ubi mentes situ torpentes, et tranquillæ languent, amor est excitandus vehementibus aculeis. Fac metuat de te, et excita animum torpentem: illa exalbescat indicio culpæ tuæ. O quater beatum, et quoties non licet assequi numero, de quo puella offensa mœsta est! Quæ, statim atque peccatum aures subivit invitas, lapsa est; et vox et color destituit infelicem. Ego sim ille, cujus amens laceret crines: ego sim ille, in cujus genas molles involet: quem flens aspiciat: quem intueatur infensis oculis: sine quo non queat vivere: optet posse. Si tempus quæras; sit breve, quo offensa doleat; ne ira sumat vires longa mora. Jamdudum cervices niveas complectaris brachiis: et lacrymans fovenda est tuo gremio. Da suavia lacrymanti: da gaudia Veneris lacrymanti. Concordia erit: ira sedatur hoc uno modo. Cum multum insanierit, cum videbitur hostis pertinax: tum posce fœdera concubitus, lenis erit. Pax ibi habitat telis

---

unus cod. exhibet.—441 Unus Pat. *admoto carcere;* unde conj. Heins. *amoto carcere:* N. *admoto flamine.* Arg. *sulfure tædas.*—444 Al. *alliciendus.*—447 *O quater* R. et quatuor al. vulgo *O quantum.*—450 Sa. et tres al. *mensque colorque.*—451 Duo libri *cujus rapiat.*—452 Arg. et Voss. *cui secet.*—453 R. et Pal. *torvus sp. ocellus.* Be. *oculis quem sp. amaris.*—458 Al. *tuo sinu.* Duo libri *ex-*

NOTÆ

450 *Excidit*] Vide quæ supra Art. Amat. I. 539. monuimus.

Illic depositis habitat Concordia telis:
Illo (crede mihi) Gratia nata loco est.
Quæ modo pugnarunt, jungunt sua rostra columbæ;
Quarum blanditias verbaque murmur habet.
Prima fuit rerum confusa sine ordine moles:
Unaque erant facies sidera, terra, fretum.
Mox cœlum impositum terris: humus æquore cincta est:
Inque suas partes cessit inane Chaos.
Sylva feras, volucres aër accepit habendas;
In liquida pisces delituistis aqua.
Tum genus humanum solis errabat in agris:
Idque meræ vires, et rude pectus erat.
Sylva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes:
Jamque diu nulli cognitus alter erat.
Blanda truces animos fertur mollisse voluptas:
Constiterant uno fœmina virque loco.
Quid facerent? ipsi nullo didicere magistro:
Arte Venus nulla dulce peregit opus.
Ales habet, quod amet: cum quo sua gaudia jungat,
Invenit in media fœmina piscis aqua.

remotis: (crede mihi) gratia nata est illo loco. Columbæ, quæ modo certaverunt, copulant sua rostra; quarum murmur habet blanditias et verba. Prima massa fuit confusa sine ordine rerum; et sidera, terra, mare erant unus vultus. Mox cœlum evectum super terras; terra circumdata est mari: et Chaos inane distributum est in suas partes. Sylva accepit feras possidendas, aër aves; pisces conditi estis aqua fluida. Tum gens humana vagabatur in campis desertis; et id erat vires puræ, et corpus crassum. Nemus fuerat habitatio, herba esca, frondes lecti: et jamdiu nulli alter erat notus. Suavis voluptas dicitur delinisse animos feros: fœmina et vir coaluerant uno loco. Ipsi didicerunt nullo præceptore quid agerent: Venus absolvit opus suave sine arte. Avis habet, quod amet: piscis fœmina reperit in aqua media, cum quo fruatur suis gaudiis. Cerva sequitur comparem;

---

cipienda.—460 R. *tollitur ira.*—463 Mor. *Illic compositis.*—464 Arund. et tres al. *Gratia juncta.*—466 R. *blanditiæ.* Sa. *verbaque vultus.* Sex scripti *habent.*—468 Alii *erat facies.*—471 Aldinæ: *Sylva feras cepit, volucres agitabilis aër.*—474 Al. *Hisque meræ:* Gryph. Edd. *Hisque novæ vires.* Sex scripti *rude pectus:* vulgo *rude corpus.*—475 Francius, *fuerant.*—478 Al. *virque toro.*—479 Arund. *Quod facerent, ipsi.*—482 Unus R. *Convenit in.* Jun. *in medias aquas.*—483 Sex

NOTÆ

470 *Chaos*] Materia prima est informis seu confusa.

474 *Vires*] Quia tum viribus corporis, non ratione animi quicquam administrabant.

Cerva parem sequitur; serpens serpente tenetur:
Hæret adulterio cum cane nexa canis.
Læta salitur ovis: tauro quoque læta juvenca est:
Sustinet immundum sima capella marem.
In furias agitantur equæ, spatioque remota
Per loca dividuos amne sequuntur equos.
Ergo age; et iratæ medicamina fortia præbe:
Illa feri requiem sola doloris habent.
Illa Machaonios superant medicamina succos:
His, ubi peccaris, restituendus eris.
Hæc ego cum canerem, subito manifestus Apollo
Movit inauratæ pollice fila lyræ.
In manibus laurus: sacris inducta capillis
Laurus erat: vates ille videndus agit.
Is mihi, Lascivi, dixit, præceptor Amoris,
Duc, age, discipulos ad mea templa tuos.

anguis capitur angue: canis juncta adulterio manet cum cane. Ovis læta initur: junix quoque exhilaratur tauro: capella sima fert marem impurum. Equæ in furias eunt, et sequuntur equos divisos flumine per loca intervallo dissita. Ergo age, adhibe præstantia remedia ira incensæ: illa sola medentur crudeli dolori. Illa medicamenta potiora sunt succis Machaoniis: eris restituendus his, cum peccaveris. Cum hæc modularer, repente Apollo manifestus pulsavit pollice fila lyræ inauratæ. Laurus in manibus: laurus erat innexa sacris capillis: ille vates videndus me *agitat. Is dixit mihi, Præceptor amoris luxuriosi, age, ducito discipu-*

scripti *Cerva marem.*—485 Heins. malebat *tauro sua læta.*—486 Be. *capella caprum.*—487 *Remota* prima Ed. vulgo *remoto:* scripti nonnulli *remotæ:* Pal. *remotos.*—488 Multi codd. *diversos amne,* vel *divisos.*—494 R. *consona fila.*—495 Al. *induta cap.* unus *obducta.*—496 *Agit* C. vulgo *adest:* pr. Ed. et scripti

NOTÆ

487 *In furias*] 'Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.' Virgil.

489 *Medicamina*] De Venere intelligit.

491 *Machaonios*] Æsculapii fuit filius Machaon, medica arte insignis, quem cum Podalirio fratre Agamemnon ad bellum Trojanum duxit, ubi multum sanandis ægrotis profuit.

493 *Apollo*] Phœbus est aut Sol, quem Medicinæ, Rhetoricæ, Musicæ, Poëticæ, inventorem voluerunt; lyra tantum valens, ut ad ejus cantum Trojæ mœnia exstruxisse dicatur.

495 *Laurus*] Hanc castissimam arborem propter Daphnen, quæ in eam sese abscondidit Apollinis libidinem fugiens, ipse Apollo postea amavit.

498 *Meu*] Ædem Apollinis Delphici intelligit, ubi plurima oracula ipse reddere solitus.

Est ibi diversum fama celebrata per orbem
  Litera; cognosci quæ sibi quemque jubet.
Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit;
  Atque opus ad vires exiget omne suas.
Cui faciem natura dedit, spectetur ab illa:
  Cui color est, humero sæpe patente cubet.
Qui sermone placet, taciturna silentia rumpat:
  Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.
Sed neque declament medio sermone diserti:
  Nec sua non sanus scripta poëta legat.
Sic monuit Phœbus: Phœbo parete monenti.
  Certa Dei sacro est hujus in ore fides.
Ad propiora vocor: quisquis sapienter amabit,
  Vincet, et e nostra, quod petet, arte feret.
Credita nec semper sulci cum fœnore reddunt:
  Nec semper dubias adjuvat aura rates.
Quod juvat, exiguum; plus est, quod lædit amantes:
  Proponant animo multa ferenda suo.

los tuos ad mea templa. Est ibi dictum fama approbatum per totum orbem, quod imperat unicuique, ut seipsum cognoscat. Qui erit sibi perspectus, solus amabit sapienter; et modum faciet omnibus operibus ex suis viribus. Ille, *cui natura dedit formam, aspiciatur ab illa: qui candidus est, decumbat humero sæpe aperto. Qui gratus est sermone, frangat silentia taciturna: qui suaviter cantat, cantet: qui bibit eleganter, bibat. Sed neque facundi declament sermone medio: nec poëta insanus legat sua poëmata. Ita jussit Apollo: obedite Apollini jubenti. Fides tuta est in ore sacro hujus Dei. Poscor ad propiora: quisquis sapienter amabit, victor erit; et reportabit ab arte nostra, quod postulabit. Neque sulci referunt semper commissa cum usura: nec ventus promovet semper naves incertas. Quod gratum est amantibus,* est *parvum; majus est, quod offendit. Multa arbitrentur*

plerique *adit:* R. et unus Pat. *abit:* septem al. *erat:* quatuor *ait.*—499 Al. *Est ubi:* R. et duo al. cum pr. Ed. *tibi:* Pol. et duo alii *mihi.* A. *div. celeberrima fama per orbem.*—500 N. *quemque decet;* unde Heins. conj. *docet.*—504 Burm. conj. *semipatente.*—505 Fr. *nocitura silentia.* Exc. I. et quatuor Heins. *rumpat:* vulgo *vitet.*—508 Al. *vesanus.*—511 Al. *patienter amabit.*—515 Scripti potiores, teste Heinsio, *lædat.* Burm. ita mallet interpungere:

NOTÆ

499 *Diversum*] In partes diversas sectum.

500 *Litera*] Chiloni, ut Plinius docet, mortales oraculorum societatem dedere, tria præcepta ejus Delphis consecrando aureis literis, quæ hæc sunt: Noscere se quemquc: Nihil nimium: Comitem æris alieni ac litis esse miseriam.

504 *Patente*] Ut cutis candor appareat.

507 *Medio*] Tum præcipue declamandi periculum.

511 *Propiora*] Quæ magis ad amo-

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla;
  Cœrula quot baccas Pallados arbor habet;
Littore quot conchæ; tot sunt in amore dolores:
  Quæ patimur, multo spicula felle madent.
Dicta erit isse foras, quam tu fortasse videbis;
  Isse foras, et te falsa videre, puta.
Clausa tibi fuerit promissa janua nocte:
  Perfer et immunda ponere corpus humo.
Forsitan et vultu mendax ancilla superbo
  Dicet, Quid nostras obsidet iste fores?
Postibus et duræ supplex blandire puellæ;
  Et capiti demtas in fore pone rosas.
Cum volet, accedes: cum te vitabit, abibis.
  Dedecet ingenuos tædia ferre sui.
Effugere hunc non est, quare tibi possit amica
  Dicere? non omni tempore sensus adest.

toleranda animo suo. Quot lepores in Atho, quot apes aluntur in Hybla; quot baccas habet arbor cærulea Minervæ; quot conchæ littore; tot sunt dolores in amore. Tela, quibus vulneramur, plena sunt plurimo felle. Illa, *quam tu forte aspicies, dicta erit exiisse: credito exiisse, et te falsa intueri. Fores fuerint tibi obstructæ nocte pacta, sustine etiam demittere corpus terræ sordidæ. Forte etiam famula subdola dicet vultu elato, Quamobrem iste obsessam tenet nostram januam? Delinito etiam supplex postes puellæ crudelis; et suspende foribus rosas sublatas e capite. Adibis, quando volet; recedes, cum te fugiet. Dedecet ingenuos sui pati tædia. Quamobrem amica possit tibi dicere, Non datur hunc vitare? ratio*

plus est, quod lædit. Amantes Proponant, &c.—520 Unus R. *felle virent.*—521 Al. *cum tu.* R. *fortasse videres.*—524 Tres Heins. *Perfer et in nuda:* quidam *in dura:* unus *perfer in nuda.* Alii *ponito corpus.*—526 V. *Quis nostras.* Quidam edd. et scripti *possidet iste.*—527 Multi scripti *et diræ.* Edd. plurimæ *duræ precibus.* Heins. *eduræ.*—528 Al. *limine pone.*—531 *Hunc* corr. Heins. quia codd. quidam exhibent *huic:* vulgo *hinc.* Conj. Heins. *cave ne tibi possit amica Dicere.*—532 *Adest* N. et sex al. vulgo *abest:* scripti plerique *obest.*—

NOTÆ

rum felicitatem conducunt.

517 *Atho*] Athos Macedoniæ mons est altissimus.

Hybla] Urbs fuit Siciliæ, apibus et optimo melle laudatissima.

518 *Pallados arbor*] Olea est, quam derepente e terræ gremio hominibus Pallas obtulit, cum Cecropis urbi nomen suum, victo Neptuno, qui equum pro munere dederat, victrix imposuit.

519 *Tot sunt in*] Atqui, 'nocet emta dolore voluptas,' si Epicureo sed callidissimo Flacco credimus. Cur non igitur in suum objectum Mens nostra, quæ a Deo est, tot nugis delusa, tandem reflectitur? Me piget profecto in his versari, nisi quia faciendum fuit; et forte aliquis faci-

Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ,
Turpe, nec ad teneros oscula ferre pedes.
Quid moror in parvis? animus majoribus instet.
Magna canam: toto pectore, vulgus, ades.
Ardua molimur: sed nulla, nisi ardua, virtus.
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Rivalem patienter habe; victoria tecum
Stabit: eris magni victor in arce Jovis.
Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas
Dicere: nil istis ars mea majus habet.
Innuet illa, feras: scribet, ne tange tabellas:
Unde volet, veniat: quoque libebit, eat.
Hoc in legitima præstant uxore mariti;
Cum tener, ad partes tu quoque, somne, venis.
Hac ego, confiteor, non sum perfectus in arte.
Quid faciam? monitis sum minor ipse meis.

non adest omni tempore. Nec indecorum credе tolerare maledicta nec ictus puellæ, nec pedes molles deosculari. Quamobrem hæreo in parvis? Mens majora inquirat. Magna proferam; plebs, adesto toto animo. Ad difficilia anhelamus; sed nulla virtus, nisi difficilis. Labor improbus petitur a nostra arte. Fer rivalem æquo animo; victoria tecum manebit: eris victor in arce magni Jovis. Puta non hominem, sed quercus Pelasgas te hæc docere: ars mea nihil habet majus istis. Illa innuet, patere: scribet, ne tange tabellas: redeat, unde libuerit; et eat, quo voluerit. Mariti hoc agant in uxore legitima. Cum, somne mollis, tu quoque venis ad partes. Fatеor, ego non sum perfectus in hac arte. Quid agam? sum ipse minor

533 N. *mala dicta.*—535 *Instet* Pat. vulgo *instat.*—536 A. *Vera canam:* Sch. *Magna paro.*—537 Al. *nisi ardua vincunt:* unus *vincant.*—543 Nonnulli *Innuit:* unus *Innuat.* Fr. Jun. Sa. et Be. *feres.*—544 Apr. et ed. Gryph. ann. 1554. et Bersm. *Unde libet.* Ed. Mycill. *quaque libebit:* quinque libri *quove.*—545 Unus

NOTÆ

lius ex nostro labore nequitias naturæ cognoverit, quas citius et in perpetuum oderit.

530 *Tædia ferre sui*] Id est, Videre et pati quod alius ipsum ægre videat, aut cum eo sit.

532 *Non omni*] Verba sunt, quæ ingrato amanti dicere possit puella, qui nequidem se molestum sentit, &c. quem stupiditatis arguere oporteat.

540 *Victor in*] Sicuti Imperatores, qui triumphantes ad Jovis Capitolini ædes triumphali curru vehebantur.

541 *Quercus*] In Epiro Dodona urbs fuit, juxta quam Pelasgi Jovi templum construxerunt, adjacente nemore; cujus quercus, aut etiam iis insidentes columbæ, humana voce responsa darent.

543 *Innuet*] Id est, Rivalem aliquo amoris signo beabit.

Scribet] Ad rivalem, scil.

546 *Cum tener*] Id est, Possit ire dormiente marito uxor quo volet, et

Mene palam nostræ det quisquam signa puellæ?
Et patiar? nec me quolibet ira ferat?
Oscula vir dederat (memini) suus: oscula questus
Sum data: barbarie noster abundat amor.
Non semel hoc vitium nocuit mihi: doctior ille,
Quo veniunt alii conciliante viro.
Sed melius nescisse fuit. Sine furta tegantur:
Ne fugiat victo fassus ab ore pudor.
Quo magis, o juvenes, deprendere parcite vestras.
Peccent: peccantes verba dedisse putent.
Crescit amor prensis: ubi par fortuna duorum est,
In causa damni perstat uterque sui.
Fabula narratur toto notissima cœlo,
Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.
Mars pater, insano Veneris turbatus amore,
De duce terribili factus amator erat.
Nec Venus oranti (neque enim Dea mollior ulla est)
Rustica Gradivo, difficilisve fuit.

meis præceptis. Quisquamne signa det puellæ nostræ coram me? et feram? nec ira me quolibet rapiat? Maritus suus deosculatus erat, (recordor,) conquestus sum deosculatum fuisse: amor noster plenus est ferocia. Hoc vitium sæpe mihi obfuit: ille callidior, quo conciliante fœminæ adeunt alium virum. Sed utilius fuit ignorasse: permitte furtivi concubitus celentur; ne pudor agnitus recedat a facie deprehensa. Quo magis, o juvenes, fugite corripere vestras. Ludant: ludentes arbitrentur fefellisse. Amor augetur deprehensis: ubi æqualis est fortuna duorum, uterque hæret firmiter in causa sui dispendii. Fabula notissima celebratur toto cœlo, Mars et Venus deprehensi arte Vulcani. Mars pater, correptus furioso amore Veneris, factus erat amator de duce formidabili. Nec Venus (neque enim Dea ulla est blandior) fuit morosa vel difficilis Gradivo. Ah quoties lasciva perhibetur

---

V. *præstent.*—550 Ed. Mycill. *ne me.* C. et Jun. *qualibet.* Scripti et pr. Ed. *ferat.*—551 Be. unus *ubi dederat, memini, sua.* Pal. *memini sua basia questus.*—552 R. *barbaria:* Sa. *barbariæ.* Unus Heins. *abundet.*—554 Al. *viri.*—556 Al. *Nec fugiat.* Alii *falsus ab ore:* pr. Ed. et multi scripti *læsus ab ore.* N. *Nec fug. fasso victus amore pudor.*—561 Heins. *narrantur.*—562 Al. *Mulciberi.*—563 R. *succensus amore:* Apr. *turpatus:* Francius *stimulatus.*—564 Pat. *amator*

NOTÆ

unde volet venire.

556 *Ne fugiat*] Ut postea impudenter et in ipso ore peccet puella.

559 *Crescit*] Ut sic non te, qui puellam in furto deprehenderis, sed illum, cum quo deprehenderis, illa amet.

560 *In causa*] Uterque mutuo magis amore implicatur.

562 *Mulciberis*] Vulcanus est a mul-

Ah quoties lasciva pedes risisse mariti
Dicitur, et duras igne vel arte manus!
Marte palam simulat Vulcanum imitata, decebat:
Multaque cum forma gratia mixta fuit.
Sed bene concubitus primos celare solebant.
Plena verecundi culpa pudoris erat.
Indicio Solis (quis Solem fallere possit?)
Cognita Vulcano conjugis acta suæ.
Quam mala, Sol, exempla moves? pete munus ab illa;
Et tibi, si taceas, quod dare possit, habet.
Mulciber obscuros lectum circaque superque
Disponit laqueos: lumina fallit opus.
Fingit iter Lemnon: veniunt ad fœdus amantes:
Impliciti laqueis nudus uterque jacent.
Convocat ille Deos: præbent spectacula capti.
Vix lacrymas Venerem continuisse putant.

despexisse pedes mariti, et manus asperas igne vel arte! Fingens Vulcanum imitatur coram Marte, decebat; et multa suaritas juncta erat formæ. Sed solebant bene tegere primos concubitus. Peccatum erat plenum pudoris verecundi. Facta uxoris suæ perspecta Vulcano indicio Solis: (quis possit Solem latere?) Quam mala exempla doces, o Sol? posce illam donum. Et habet, quod tibi dare queat, si sileas. Vulcanus aptat retia cæca et circa et super torum: opus fugit oculos. Simulat iter in Lemnon: amantes succedunt ad fœdus: uterque nudus retibus involuti jacent. Ille congregat Deos: impliciti sunt spectaculo. Credunt Venerem vix coërcuisse

---

eras.—567 Vulg. *pedem risisse.*—569 *Simulat* Mor. quinque Heins. *simulet:* quidam *simul et:* unus Heins. *similis.* Pro *decebat* unus Pal. *decenter.*—571 Al. *primo.*—573 Multi *fallere posset.*—576 Pal. *At tibi:* Be. unus *Hæc tibi.*—580 Fr. et Apr. *Implicitis.*—582 Al. *continuisse ferunt.*—584 Sex Heins. *appo-*

NOTÆ

cendo ferro *mulciber* aut *mulcifer* dictus, Jovis et Junonis filius, Veneris maritus; quam in adulterio cum Marte deprehensam catenis constrinxit, deridendamque Diis propinavit.

566 *Gradivo*] Id nominis a *gradiendo*, vel a κραδαίνειν seu hastæ vibratione, Mars Deus belli consecutus est.

567 *Pedes*] Eum e cœlo Jupiter in insulam Lemnum propter corporis deformitatem dedit præcipitem; quo casu crure fracto claudus factus est.

573 *Solis*] Ille vero deprehensos Vulcano indicavit.

578 *Laqueos*] Ferreos sed tamen tenuissimos ille supposuit.

579 *Lemnon*] Insula est maris Ægæi, in qua Vulcanus sedem posuit et ferrariam fecit, multiplicemque ferri et ignis usum docuit incolas, memor quod cœlo ruentem excepissent.

Non vultus texisse suos, non denique possunt
  Partibus obscœnis opposuisse manus.
Hic aliquis ridens, In me, fortissime Mavors,
  Si tibi sunt oneri, vincula transfer, ait.
Vix precibus, Neptune, tuis captiva resolvit
  Corpora. Mars Threcen occupat; illa Paphon.
Hoc tibi profectum, Vulcane: quod ante tegebant,
  Liberius faciunt, ut pudor omnis abest.
Sæpe tamen demens stulte fecisse fateris:
  Teque ferunt iræ pœnituisse tuæ.
Hoc vetui: vos ecce vetat deprensa Dione
  Insidias illas, quas tulit ipsa, pati.
Nec vos rivali laqueos disponite: nec vos
  Excipite arcana verba notata manu.
Ista viri captent (si jam captanda putabunt)
  Quos faciunt justos ignis et unda viros.

lacrymas. Nequeunt operuisse faciem suam, non denique apposuisse manus partibus turpibus. Aliquis illos irridens inquit, Mars invicte, transfer retia in me, si tibi sunt gravia. Vix expedirit corpora captiva tuis precibus, o Neptune. Mars in Thraciam contendit; illa Paphon. Istud consecutus es, Vulcane; faciunt audacius quod ante velabant, postquam omnis pudor recessit. Sæpe tamen agnoscis inepte fecisse, insane: et aiunt te pœnituisse iræ tuæ. Hoc prohibui: ecce Venus correpta vos prohibet pati illos dolos, quibus ipsa fuit capta. Nec vos retia tendite rivali; nec vos captate verba signata manu secreta. Ista quærant viri (si jam credent quærenda) quos ignis et aqua faciunt justos viros. Ecce iterum moneo; nihil

---

suisse: quatuor *imposuisse.*—585 Tres Heins. *Hos aliquis:* plures *Hinc.*—588 Pat. unus *Thracem occupat:* vulgo *Creten.*—589 *Profectum* unus V. vulgo *profecit:* R. *perfecto:* ceteri plerique *profecto:* Fr. et septem al. *pro facto.*—592 Fr. et duo R. *artis pœnit.*—594 Al. *ipsa, dare:* V. unus *ipsa, peti.* Ba. *Insidias ulli, q. t. i. dare.*—597 Quidam præferunt *si tam capt.*—598 Al. *Quos*

NOTÆ

585 *Mavors*] *Mavors*, quasi magna vertens, Mars quoque dicitur a Poëtis.

587 *Neptune*] Hujus fingunt precibus irretitos Vulcanum dimisisse.

588 *Threcen*] Quia populi bellicosissimi Thraces.

Paphon] Urbs est Cypri Veneri sacra.

593 *Dione*] Nympha fuit, Oceani et Tethyos filia, Veneris mater, a qua *Dionæa* dicta est, nonnunquam etiam *Dione.*

598 *Quos faciunt*] Solebant in solennibus nuptiis vir et fœmina ignem et aquam adhibita elementa utrinque contingere; ut ita ceteras quoque res necessarias communes esse discerent; atque hoc ritu legitimi dicuntur mariti.

En iterum testor: nihil hic, nisi lege remissum,
Luditur: in nostris iustita nulla jocis.
Quis Cereris ritus ausit vulgare profanis,
Magnaque Threicia sacra reperta Samo?
Exigua est virtus, præstare silentia rebus:
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.
O bene; quod, frustra captatis arbore pomis,
Garrulus in media Tantalus aret aqua!
Præcipue Cytherea jubet sua sacra taceri.
Admoneo, veniat ne quis ad illa loquax.
Condita si non sunt Veneris mysteria cistis;
Nec cava vesanis ictibus æra sonant:

hic, nisi lege, concessum. Nulla institia decipitur nostris jocis. Quis audeat in vulgus profanum propalare mysteria Cereris, et magna sacra inventa in *Samo Thracia? parva est virtus, res silentio condere: at contra magnum est crimen dicere tacenda. O bene; quod loquax Tantalus sitit in media aqua, pomis frustra petitis ex arbore! Cytherea præsertim monet sua sacra silentio involvi. Hortor, ne quis garrulus accedat ad illa. Arcana Veneris si non sunt clausa cistis; nec*

faciet.—599 Fr. *nihil hic non lege.* L. *lege solutum.*—601 Vulgo *audet vulg. profanus.*—603 Al. *Eximia est*, vel *Eximia en.*—604 Unus Be. *tegenda loqui.*—605 Al. *Quam bene.*—610 Mor. et quinque al. *sonent.*—611 Alii *Sic tamen in-*

NOTÆ

599 *Remissum*] Jam in primo matronas secluserat.

600 *Institia*] Matronæ per fasciolas, quibus utebantur, simt intelligendæ.

601 *Cereris*] Hujus frugum Deæ tam secreta fuerunt sacra, ut commune mysterii nomen illis tanquam proprium auctores tribuerint.

602 *Threicia*] Samothrace est Ægæi maris insula ad Thraciam porrecta, ubi magnificum templum, et Cereris maxima religio.

Reperta] Cærimeniæ, quas Athenienses omnium celeberrimas in Eleusina faciunt, quæ in Samothracia atque in Thracia, unde eas Orpheus sumsisse traditur, fiunt, in Gnoso apud Cretam prisca lege statutoque tempore celebrantur: quo palam est ejusmodi cærimonias ab eis ad alias gentes fuisse traductas. Diodorus.

606 *Garrulus*] Deorum arcana, quæ in eorum admissus convivium didicerat, mortalibus Tantalus, Jovis ex Plote nympha filius, evulgaverat: qui impietatis snæ apud inferos huic pœnæ est addictus, ut inter epulas æterna fame, aquis labrorum tenus affluentibus, siti ardentissima torqueatur.

607 *Cytherea*] Venus est a Cytheris insula, quo primum concha maris advecta.

609 *Cistis*] Cistæ in sacris Cereris inter symbola habebantur, quibus clausa atque arcana omnia esse debere significabatur.

610 *Nec cava*] Ad Cybeles sacra alludit, quæ plurimo tympanizantium Corybantum strepitu, quo olim etiam Jovis pueri vagitus celaverant, celebrabantur: monetque sine multo strepitu sacra Veneris esse peragenda.

Attamen inter nos medio versantur in usu:
Sed sic, inter nos ut latuisse velint.
Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit,
Protegitur læva semireducta manu.
In medio passimque coit pecus: hoc quoque viso,
Avertit vultus sæpe puella suos.
Conveniunt thalami furtis et janua nostris:
Parsque sub injecta veste pudenda latet.
Et si non tenebras, at quiddam nubis opacæ
Quærimus; atque aliquid luce patente minus.
Tunc quoque, cum solem nondum prohibebat et imbrem
Tegula, sed quercus tecta cibumque dabat;
In nemore atque antris, non sub Jove, juncta voluptas.
Tanta rudi populo cura pudoris erat.
At nunc nocturnis titulos imponimus actis:
Atque emitur magno nil, nisi posse loqui.
Scilicet excuties omnes ubicumque puellas,
Cuilibet ut dicas, Hæc quoque nostra fuit:

æra cava resonant ictibus insanis; attamen sunt in usu medio inter nos; sic tamen, ut velint celata esse inter nos. Ipsa Venus, quoties exuit vestes, velatur pubem manu sinistra semireflexa. Bruta junguntur palam et passim; et hoc viso puella deflectit sæpe oculos suos. Cubicula et janua apta sunt secretis nostris: et verenda teguntur veste imposita. Et si non expetimus tenebras, at aliquid umbræ obscuræ, atque aliquid minus luce aperta. Tunc quoque, cum tegula nondum tuebatur a sole et nimbis, sed quercus præbebat domos et escam; voluptas inita in sylva et speluncis, non in aperto: tanta cura pudoris erat crasso populo. At jam lauti ducimus fucta nocturna: et nihil comparatur magno, nisi posse loqui. Nempe investigabis omnes ubicumque puellas, ut dicas unicuique, Hæc quoque fuit nostra: ne defi-

---

ter: unus Heins. *Sed sic inter vos.*—616 R. unus *Avertis.*—618 Duo Heins. *superjecta veste.*—619 Duo libri *noctis opacæ.*—620 V. et pr. Ed. *atque aliud luce.*—622 Pat. et Fr.$_1$ *dabant.*—627 *Ubicumque puellas* C. et quatuor alii: prima Ed. et multi scripti *ubicumque puella est:* ed. Gryph. ann. 1554. *ubi*

NOTÆ

614 *Semireducta*] Id est, Ad mediam usque corporis partem, dextram versus, adducta.

622 *Sed quercus*] De primis loquitur temporibus, quibus glande vixisse homines, et in sylvis habitasse voluerunt.

623 *Jove*] Id est, cœlo aperto.

625 *Titulos*] Eos damnat, qui, quod nocte egerunt, die, ut inde gloriam consequantur, proferunt.

626 *Posse loqui*] Vix linguam contineri posse dicit.

627 *Scilicet*] Vim habet prohibendi

Ne desint, quas tu digitis ostendere possis;
Ut quamque attigeris, fabula turpis erit.
Parva queror: fingunt quidam, quæ vera negarent,
Et nulli non se concubuisse ferunt.
Corpora si nequeunt, quæ possunt nomina tractant:
Famaque, non tacto corpore, crimen habet.
I nunc, claude fores, custos odiose, puellæ;
Et centum duris postibus adde seras.
Quid tuti superest, cum nominis extat adulter;
Et credi, quod non contigit esse, cupit?
Nos etiam veros parce profitemur amores:
Tectaque sunt solida mystica furta fide.
Parcite præcipue vitia exprobrare puellæ,
Utile quæ multis dissimulasse fuit.
Nec suus Andromedæ color est objectus ab illo,
Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo:
Unus, qui modicam diceret, Hector erat.

ciant, quas tu possis digitis indicare. Ut singulas tetigeris, erunt fabula infamis. Conqueror parva: quidam simulant, quæ negarent si essent *vera; et cum nulla non dicunt se corpus commiscuisse. Si non possunt* tangere *corpora, tangunt nomina, quæ possunt; et fama habet vitium, corpore intacto. Abi jam, oppone januam, custos invise, puellæ; et appone centum seras duris postibus. Quid certi restat, siquidem adulter invenitur nominis; et optat credi, quod non contigit esse? Nos raro proferimus etiam veros amores; et furta mystica celata sunt fide firma. Nolite præsertim objicere puellæ mendas, quas multos juvit texisse. Nec color suus exprobratus Andromedæ ab illo, cui ala fuit agitabilis in utroque pede. Andromache visa est major justo omnibus: Hector erat solus, qui prædicaret modi-*

---

quæque puella est.—629 Alii *Nec desint:* Marg. Bersm. *Neu.*—630 Al. *Nec quamquam attigeris.*—631 A. *quædam.* Voss. *etiam.*—633 *Tractant* unus A. et optimus R. vulgo *tangunt.* Quatuor Mss. et edd. priores, Ald. Mycill. et Bersm. *quod p. nomine tangunt.*—634 Al. *Famaque non facto crimine.*—636 R. Exc. Scal. et al. nonnulli *obde seras.*—637 Scripti multi *ubi nominis.*—641 Multi edd. *Parcite prætera.* Vulg. *exprob. puellis.*—642 R. *nam multis:* alii *quod:*

NOTÆ

hoc in loco hæc particula. Negat Poëta singulas esse quæ in urbe sunt recensendas puellas, ut quæ cum illis acta sint seu vere seu falso dicatur.

643 *Andromedæ*] Cephei Æthiopum regis filia Andromeda fusca fuisse dicitur; quam ob Cassiopeæ matris superbiam Perseus Jovis et Danaës filius ceto, marino monstro, expositam liberavit.

644 *Mobilis*] De Perseo loquitur, qui talaribus seu alatis calceamentis a Mercurio, cui ille carus fuit, donatus est.

Quod male fers, assuesce; feres bene. Multa vetustas
Lenit: at incipiens omnia sentit amor.
Dum novus in viridi coalescit cortice ramus,
Concutiat tenerum quælibet aura, cadet.
Mox eadem ventis, spatio durata, resistet,
Firmaque adoptivas arbor habebit opes.
Eximit ipsa dies omnes e corpore mendas:
Quodque fuit vitium, desinit esse mora.
Ferre novæ nares taurorum terga recusant:
Assiduo domitas tempore fallit odor.
Nominibus mollire licet mala: fusca vocetur,
Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit.
Si pæta est, Veneri similis: si flava, Minervæ.
Sit gracilis, macie quæ male viva sua est.
Dic habilem, quæcumque brevis; quæ turgida, plenam:
Et lateat vitium proximitate boni.

cam. Quod male toleras, assuesce; facile tolerabis: tempus multa delinit: at amor novus advertit omnia. Dum tener ramus adnascitur cortici virenti, quilibet ventus agitet tenerum, proteretur. Mox arbor eadem, confirmata tempore, contra ventos stabit, et valida habebit divitias adoptivas. Tempus ipsum tollit omnia vitia e corpore: et quod fuit vitium, cessat esse mora. Nares non assuetæ fugiunt tolerare coria taurorum: odor latet victas tempore continuo. Potes lenire mala nominibus: dicatur fusca, cui sanguis erit obscurior pice Illyrica. Si pæta est, Veneri similis: si cæsia, Minervæ: gracilis sit, quæ male viva est macie sua. Dic agilem, quæcumque est *parva; bene habitam, quæ turgida: et vitium tegatur*

---

pr. Ed. et decem scripti *quam.*—647 Li. *cuncta vetustas.*—648 Al. *Leniet: incipiens.* Al. *Lenit, et.*—649 Pal. *pubescit cortice:* tredecim *callescit:* Apr. *calescit:* unus Heins. *durescit:* alius *candescit.*—651 *Eadem* R. pro div. lect. et quatuor al. vulgo *ctiam.* Alii *resistit.*—653 Duo Heins. *Exuit ipsa:* alius *Auferat illa dies.* Alii *de corpore.*—661 Alii *Dic agilem.*—666 Al. *ligat*

NOTÆ

645 *Andromache*] Æetionis Thebarum regis fuit filia, Hectoris Priami filii uxor, qui illi staturæ proceritatem, utut ab omnibus cerneretur, non objiciebat, immo modicam dicebat.

649 *Novus in viridi*] De arborum insitione loquitur.

652 *Adopticas*] De fructibus loquitur, quorum succus ex arbore agresti equidem, bonitas ex insito surculo est tamen.

655 *Novæ nares*] Homines dicit non assuetos vix primo corii, quo calceamenta fiunt, odorem ferre.

658 *Illyrica*] Pro quavis pice. Est autem Illyris, Illyricum, seu Illyria regio in ora maris Adriatici, Italiæ opposita.

Sanguis] Qui cutem colorat, scil. et per eam videtur.

Nec quotus annus eat, nec, quo sit nata, require,
Consule : quæ rigidus munera Censor habet.
Præcipue, si flore caret, meliusque peractum
Tempus ; et albentes jam legit illa comas.
Utilis, o juvenes ! aut hæc, aut serior ætas.
Iste feret segetes ; iste serendus ager.
Dum vires annique sinunt, tolerate labores :
Jam veniet tacito curva senecta pede.
Aut mare remigiis, aut vomere findite terras ;
Aut fera belligeras addite in arma manus :
Aut latus, et vires, operamque afferte puellis.
Hoc quoque militiæ est : hoc quoque quærit opes.
Adde, quod est illis operum prudentia major :
Solus et, artifices qui facit, usus adest.
Illæ munditiis annorum damna rependunt :
Et faciunt cura, ne videantur anus.
Utque velis, Venerem jungunt per mille figuras.
Inveniat plures nulla tabella modos.
Illis sentitur non irritata voluptas :
Quod juvet, ex æquo fœmina virque ferant.

vicinitate boni. Nec pete, quotus annus currat, nec quo consule sit nata : quam provinciam censor severus habet. Præsertim, si flos excidit, et anni festiviores exacti ; et illa jam habet capillos canentes. Aut hæc, aut ætas provectior est apta, o juvenes : iste ager proferet segetes ; iste est *serendus. Dum vires et anni concedunt, ferte labores : senectus curva jam aderit pede tacito. Aut sulcate mare remigiis, aut humum vomere ; aut conferte manus belligeras in arma sæva : aut adhibete latus et vires et operam puellis. Hoc quoque est militiæ ; hoc quoque postulat vires. Adjice, quod illis adest scientia major operum : et experientia, quæ sola facit artifices. Illæ compensant damna annorum munditiis ; et efficiunt cura, ne credantur anus.* * *

illa: R. cum potior. *leget:* al. *legat*, vel *liget*.—671 Al. *mare navigiis ;* et *terram*.—672 R. et duo al. *vertite in arma*.—674 *Militiæ* Exc. I. vulgo *militia*. Al. *fecit opes*.—677 Al. *damna sequuntur:* C. *repellunt*.—680 *Inveniat* unus Heins. al. *Inveniet*, vel *Invenit*.—681 Al. *tractu irritata ;* et *tactu irr.* duo Heins. *tactu nutrita*.—682 Al. *juvat*, et *ferunt:* R. vero *lubet* pro *ju-*

NOTÆ

664 *Consule*] Per Consulum seriem solebant Romani annos numerare.

Censor] Cui in aliorum inspicere vitam et mores lege concessum, immo et officio præscriptum.

666 *Legit*] Quas evellat, scilicet.

675 *Illis*] Adultioribus puellis, scil.

Odi concubitus, qui non utrumque resolvunt:
Hoc est, cur pueri tangar amore minus.
Odi quæ præbet, quia sit præbere necesse;
Siccaque de lana cogitat ipsa sua.
Quæ datur officio, non est mihi grata voluptas.
Officium faciat nulla puella mihi.
Me voces audire juvat sua gaudia fassas:
Utque morer memet, sustineamque, roget.
Aspiciam dominæ victos amentis ocellos.
Langueat; et tangi se vetet illa diu.
Hæc bona non primæ tribuit natura juventæ,
Quæ cito post septem lustra venire solent.
Qui properant, nova musta bibant: mihi fundat avitum
Consulibus priscis condita testa merum.
Nec platanus, nisi sera, potest obsistere Phœbo:
Et lædunt nudos prata novella pedes.
Scilicet Hermionen Helenæ præponere posses?
Et melior Gorge, quam sua mater, erat?
Ad Venerem quicumque voles attingere seram,
Si modo duraris, præmia digna feres.
Conscius ecce duos accepit lectus amantes:
Ad thalami clausas, Musa, resiste fores.
Sponte sua, sine te, celeberrima verba loquentur:
Nec manus in lecto læva jacebit iners.
Invenient digiti, quod agant in partibus illis,
In quibus occulte spicula figit Amor.
Fecit in Andromache prius hoc fortissimus Hector;
Non solum bellis utilis ille fuit.
Fecit et in capta Lyrneside magnus Achilles,
Cum premeret mollem lassus ab hoste torum.

---

vat.—683 Al. *utrimque.*—686 Pal. *Hic quoque de lana:* Fr. *Sic quoque de.*—690 Vulg. *meme sustin.* Deinde R. et quinque alii *sustin. atque.* Heins. sic versum refingit: *Quæque morer memet sustineamque rogent:* ut ad *voces* referatur.—697 *Phœbo* R. et decem alii: vulgo *vento,* vel *ventis.*—698 Sex Heins. *lædunt teneros.*—701 Al. *At Ven.*—705 Fr. et Mor. et pr. Ed. *sine me.*—707 Vulgo *quid agant.*—708 *Figit* Exc. I. et quinque al. vulgo *tingit*: multi *tangit.*—710 Alii *Non solum.*—711 Apr. et duo al. *fortis Achilles.*—

Illis te tangi manibus, Brisei, sinebas,
Imbutæ Phrygia quæ nece semper erant.
An fuit hoc ipsum, quod te, lasciva, juvaret,
Ad tua victrices membra venire manus?
Crede mihi, non est Veneris properanda voluptas;
Sed sensim tarda prolicienda mora.
Cum loca repereris, quæ tangi fœmina gaudet;
Non obstet, tangas quo minus illa, pudor.
Aspicies oculos tremulo fulgore micantes,
Ut sol a liquida sæpe refulget aqua.
Accedent questus, accedet amabile murmur,
Et dulces gemitus, aptaque verba loco.
Sed neque tu dominam velis majoribus usus
Desine; nec cursus anteat illa tuos.
Ad metam properate simul: tum plena voluptas;
Cum pariter victi fœmina virque jacent.
Hic tibi servandus tenor est, cum libera dantur
Otia; furtivum nec timor urget opus.
Cum mora non tuta est; totis incumbere remis
Utile, et admisso subdere calcar equo.
Finis adest operi: palmam date, grata juventus;
Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.
Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi;
Æacides dextra; pectore Nestor erat:

* * * *Finis appropinquat operis: date palmam, grata juventus; et exhibete corollas myrteas capillis unctis. Quantus Podalirius erat arte medica apud Græcos, Æacides dextra, Nestor eloquentia; quantus Calchas visceribus,*

712 Multi pro *lassus* habent *lapsus*.—715 Be. *Nam fuit. Ha fuit* unus Heins. —718 *Prolicienda* unus Pat. al. *perficienda, projicienda, proficienda, prospicienda*.—722 Al. *in liquida*: R. *ad liquidas aquas*: Pal. *a liquidis aquis*.—723 Al. *acccdant, acccdat*.—724 Al. *joco. Loco* Be. et quinque alii.—726 Al. *Desere; nec*. —729 Scripti potiores et pr. Ed. *versandus tenor*.—731 A. et Fr. *incumbere velis*. —733 N. et sex al. *læta juventus*: unus *tota*: Voss. *Graia*.—735 V. *Epidau-*

NOTÆ

734 *Myrtea*] Qua qui Amatoria scriberent Poëtæ coronabantur, quia Veneri myrtus sacra.

735 *Danaos*] Græcos intellige, a Danao Argivorum rege sic dictos.

Podalirius] Æsculapii fuit filius, Machaonis frater, de quo antea.

736 *Pectore*] Ex quo melle dulcior Nestoris fluebat oratio.

Nestor] Nelei fuit filius, summa

Quantus erat Calchas extis, Telamonius armis,
Automedon curru, tantus amator ego.
Me vatem celebrate, viri, mihi dicite laudes:
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi vobis: dederat Vulcanus Achilli.
Vincite muneribus, vicit ut ille, datis.
Sed quicumque meo superarit Amazona ferro,
Inscribat spoliis, Naso magister erat.
Ecce rogant teneræ, sibi dem præcepta, puellæ.
Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

Telamonius armis, Automedon curru, ego tantus amator. Viri, canite me vatem; laudibus me efferte: nomen meum celebretur in toto orbe. Præbui vobis arma: Vulcanus præbuerat Achilli. Victores estote donis exhibitis, ut ille fuit victor. Sed quicumque vicerit Amazona meis telis, insculpat spoliis, Naso erat magister. Ecce puellæ molles orant, sibi præbeam documenta. Vos eritis cura proxima chartæ meæ.

---

rius arte.—744 Unus Heins. *Inscribant*. Plurimi scripti *Inscribat foliis.*

NOTÆ

prudentia et eloquentia celeberrimus, qui etiam 50. navibus in Trojam cum aliis Græcis principibus navigavit.

737 *Calchas*] Thestoris fuit filius, qui etiam cum Græcis ad Trojam profectus est, longe omnium ariolandi peritia, quam ab Apolline didicerat, præstantissimus.

Telamonius] Ajax est Telamonis filius, qui Græcis sua virtute in expugnanda Troja multum profuit.

738 *Automedon*] Achillis fuit auriga, Dioræ filius.

741 *Vulcanus*] Mortuo Patroclo, qui ab Hectore armis Achillis spoliatus, Thetis Achillis mater a Vulcano petiit, ut in ejus gratiam arma filio fabricaret.

743 *Amazona*] Dicuntur Amazones fœminas fuisse, quæ Mæotim et Tanaim incoluerunt, etiam fortissime bellum gesserunt, nisi pleraque fabulosa sunt. Pro quibusvis posuit puellis aut fœminis quæ Amoris castra sequantur.

P. OVIDII NASONIS

ARTIS AMATORIÆ

LIBER III.

Arma dedi Danais in Amazonas. Arma supersunt,
  Quæ tibi dem, et turmæ, Penthesilea, tuæ.
Ite in bella pares: vincant, quibus alma Dione
  Faverit, et, toto qui volat orbe, Puer.
Non erat armatis æquum concurrere nudas:
  Sic etiam vobis vincere turpe, viri.
Dixerit e multis aliquis, Quid virus in anguem
  Adjicis? et rabidæ tradis ovile lupæ?

Præbui arma Græcis adversus Amazonas: arma restant, quæ tibi exhibeam et turmæ tuæ, o Penthesilea. Descendite pares ad militiam; superiores discedant, quibus alma Dione favorit, et puer, qui volat per omnes terras. Non erat justum inermes descendere adversus armatos: sic etiam victoria potiri vobis indecorum, o viri. Aliquis e multis dixerit, Quamobrem addis venenum serpenti? et credis ovile

1 Al. *Prima dedi*, ita ut interpungatur post *arma*.—2 Al. *et turbæ*.—7 Alii

NOTÆ

1 *Danais*] Id est, Viris adversus puellas militantibus, illisque insidiantibus.

2 *Penthesilea*] Amazonum fuit regina, quæ etiam Trojanis in auxilium venit, et post multa præclara belli facinora ab Achille interfecta est.

3 *Dione*] Nympham diximus antea Veneris matrem, quæ tamen pro ipsa Venere sæpius ponitur.

4 *Puer*] Cupido est.

7 *Quid virus*] Quasi dicat sua ne-

Parcite paucarum diffundere crimen in omnes.
  Spectetur meritis quæque puella suis.
Si minor Atrides Helenen, Helenesque sororem
  Quo premat Atrides crimine major habet;
Si scelere Œclides Talaionidæ Eriphyles
  Vivus et in vivis ad Styga venit equis;
Est pia Penelope, lustris errante duobus,
  Et totidem lustris bella gerente viro.
Respice Phyllaciden: et quæ comes isse marito
  Fertur; et ante annos occubuisse suos.
Fata Pheretiadæ conjux Pagasæa redemit:
  Proque sui est uxor funere lata viri.

lupæ furenti? Nolite spargere vitium paucarum in omnes. Quælibet puella pendatur meritis suis. Si junior Atrides habet crimen quo urgeat Helenen, et major Atrides crimen quo urgeat *sororem Helenes; si Œclides descendit vivus, et in equis vivis ad Stygem crimine Eriphyles Talaioniæ; est pia Penelope, marito decem annis vagante, et totidem annis bella gerente. Aspice Phyllaciden, et quæ dicitur descendisse comes marito; et interiisse ante annos suos. Conjux Pagasæa redemit fata Pheretiadæ: et uxor est elata pro funere mariti sui. Excipe me,*

---

virus in angues.—8 Al. *rapidis,* vel *rabidis lupis.* Be. *credis orile.*—9 Unus Heins. *dispergere crimen.*—13 Vulgo *Talaonidæ:* ed. Gryph. ann. 1554. *Talaoniæ.*—15 *At pia* duo libri; tres *ast.*—20 Quidam *Proque viro:* al. *Proque viro est uxor funere lætu mori;* vel *passa mori;* vel *lecta mori.* Fr. *Proque suo est uxor*

NOTÆ

quitia et calliditate satis armatas mulieres.

11 *Minor*] Menelaus est Atrei minor natu filius, sicuti Agamemnon major fuit.

Helenesque sororem] Clytæmnestra est, quæ Ægysthi adulteri ope Agamemnonem maritum, ut ante vidimus, trucidavit.

13 *Œclides*] Amphiaraus est Œclei filius, augurandi arte peritissimus, quem latitantem Eriphyle uxor, aureo monili corrupta, prodidit, et ad bellum Thebanum, ubi se periturum sciebat, compulit: quo factum, ut hiatu terræ, primo quo ad Thebas venit die, absorptus sit.

Talaioniæ] Talaionis Argivorum regis filiæ.

14 *Styga*] Ad inferos; Styx enim inferorum fluvius, aut palus.

15 *Lustris errante*] Decem annos errasse Ulyssem, antequam ad uxorem, prostrato Ilio, pervenire posset, voluerunt Poëtæ: ex quo piam Penelopen pias esse et honestas alias mulieres, quædam si malæ sunt, Naso noster contendit.

17 *Phyllaciden*] Protesilaus est Iphicli filius, a Phylace, quæ sub ejus imperio fuit, sic dictus.

Quæ comes] Protesilaum primum e navi descendentem Hector, ut in Laodamiæ uxoris ejus epistola vidimus, mactavit. Quod cum intellexisset fœmina fidissima, ut mortui umbram saltem posset intueri a Diis solatium optavit: qua re impetrata in

Accipe me, Capaneu; cineres miscebimur, inquit
  Iphias, in medios desiluitque rogos.
Ipsa quoque et cultu est et nomine fœmina Virtus.
  Non mirum, populo si favet illa suo.
Nec tamen hæ mentes nostra poscuntur ab arte.
  Conveniunt cymbæ vela minora meæ.
Nil, nisi lascivi per me discuntur amores:
  Fœmina præcipiam quo sit amanda modo.
Fœmina nec flammas, nec sævos discutit arcus.
  Parcius hæc video tela nocere viris.
Sæpe viri fallunt; teneræ non sæpe puellæ:
  Paucaque, si quæras, crimina fraudis habent.

Capaneu, inquit Iphias, confundemus cineres: et se dedit in medios rogos. Ipsa quoque virtus est fœmina habitu et nomine. Non mirum, si illa favet populo suo. Nec tamen ejusmodi ingenia expetuntur ab arte nostra. Vela minora competunt navigio meo. Nihil, nisi amores lascivi cognoscuntur per me: docebo, quomodo puella sit amanda. Puella neque excutit flammas, neque arcus feros. Video hæc tela minus obesse viris. Viri sæpe decipiunt, puellæ molles non sæpe: et, si inqui-

---

funera passa viro.—21 *Miscebimur* conj. Heins. vulgo *miscebimus.*—24 Vulgo *Nec mirum;* et *favet ipsa.* Alii *placet illa.*—25 Alii *pascuntur:* unus *nascuntur.* —28 Al. *præcipio.*—29 Al. *excutit arcus:* R. pro div. lect. et multi al. *effugit:* Apr. *defugit.*—30 Heins. *videas.*—32 Sa. *Parcaque.* Unus Pal. *habet.*—33 *Pha-*

NOTÆ

illius amplexibus expiravit. Sed fabula est.

19 *Pheretiadæ*] Admetus est Pheretis filius Thessalus, qui Alcestin Peliæ filiam uxorem duxit, quæ maritum tanto amore dilexit, ut, parentibus ejus, mortem pro ipso oppetere renuentibus, illam ipsa ultro amplexa fuerit.

Pagasæa] Alceste est, quæ a Pagasis Thessaliæ urbe sic dicta est.

21 *Capaneu*] Fuit Capaneus nobilis Argivus, qui una cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, cum scalas muris admovere vellet, lapidibus a Thebanis fuit obrutus.

22 *Iphias*] Evadne est, Iphidis filia, quæ cum mariti funus celebraretur, se, nequicquam a tam præclaro amoris facinore patre dehortante, in rogum projecit.

23 *Cultu*] Habitu muliebri Romæ colebatur Virtus.

25 *Hæ mentes*] Quæ, scilicet, virtute præditæ. Optime vero quod, fatente ipso nefariæ artis magistro, virtutem deturbare sit amoribus indulgenti necesse.

26 *Vela minora*] Metaph. est, cujus sensum si penitius inspicias, non tam fœminas per vela, quam earum mentem, intelligas.

27 *Nil, nisi*] Multum illi profuerint profecto Nasonis nequitiæ, quicumque nequitias confitenti credere voluerit. Tela prævisa minus nocent; nec minimum confert ad vitam virus omne cognoscere.

Phasida, jam matrem, fallax dimisit Iason:
  Venit in Æsonios altera nupta sinus.
Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas
  Pavit, in ignoto sola relicta loco.
Quære, novem cur isse vias dicatur; et audi
  Depositis sylvas Phyllida flesse comis.
At famam pietatis habet; tamen hospes et ensem
  Præbuit, et causam mortis, Elissa, tuæ.
Quid vos perdiderit, dicam? nescistis amare.
  Defuit ars vobis: arte perennat amor.

ras, arguuntur paucis criminibus fraudis. Jason deceptor repudiavit Phasida jam matrem: altera conjux venit in sinus Æsonios. Theseu, Ariadna destituta in loco solo prædæ fuit avibus marinis, quantum in te fuit. *Pete, cur* Phyllis *perhibeatur novem vias trivisse; et disce sylvas deplorasse Phyllida comis amissis. At laude pictatis celebratur; tamen, o Dido,* tibi *hospes exhibuit et gladium, et causam necis tuæ. Docebo, quid vos occiderit? nescivistis amare. Ars vos destituit: amor*

sida jam pr. Ed. et tres scripti: vulgo *Phasiadem:* R. et multi al. *Phasideam.* Pol. *decepit Iason.*—34 R. *nupta toros.*—35 Olim editi *ad te:* duo *ad Theseum.* —37 Al. *cur isse vices:* ed. Gryph. ann. 1554. *ipse vices:* R. *cur una vices dicantur;* et a manu sec. *cur una vices iter isset,* quomodo plurimi ex scriptis. Tres *cur una vices iterasset:* unus *cur una vices sic isset.* Prima Ed. et sex scripti *Quære novem vicibus cur una feratur:* unus *cur una vices feratur:* alius *Quære novem vices cur una ter isset.* Heins. e vestigiis R. conj. *Quære novem cur una viæ dicatur,* vel *dicantur.*—39 Alii *Et famam.*—42 Post hunc versum in pr. Ed. addebatur hoc distichon: *Quid tibi divitiæ prosunt? quid forma, quid ætas?*

NOTÆ

29 *Nec discutit*] Constanter amat.

33 *Phasida*] Medea est, de qua jam sæpius, a Phasi Colchorum fluvio.

34 *Æsonios*] Jasonis Æsonis filii.

Altera] Creusa, scil. Creontis Corinthiorum regis filia.

36 *Pavit*] Quia per Theseum, qui in littore deserto Ariadnen reliquit, quo minus ea moreretur et avibus præda esset, non stetit.

37 *Novem*] Hanc fabulam explicat Hyginus his verbis fabula 59. ‘ Demophoon Thesei filius in Thraciam ad Phyllidem in hospitium dicitur venisse, et ab ea esse amatus. Qui cum in patriam veliet redire, fidem ei dedit se ad eam rediturum. Qui die constituta cum non venisset, illa eo die dicitur novies ad littus cucurrisse, quod ex ea *Enneados* Græce appellatur. Phyllis autem ob desiderium Demophoontis spiritum emisit. Cui parentes cum sepulcrum constituissent, arbores ibi sunt natæ, quæ certo tempore Phyllidis mortem lugent, quo folia arescunt et diffluunt. Cujus ex nomine folia Græce *phylla* sunt appellata.’

39 *At famam*] De Ænea loquitur, cujus decantatam pietatem oblique arguens Poëta cum Elissam fraudaverit, quoslibet fallaces esse viros probasse intendit.

40 *Elissa*] Didonis nomen est proprium, de qua antea in epistolis vidimus.

Nunc quoque nescirent: sed me Cytherea docere
Jussit: et ante oculos constitit ipsa meos.
Tum mihi, Quid miseræ, dixit, meruere puellæ?
Traditur armatis vulgus inerme viris.
Illos artifices gemini fecere libelli:
Hæc quoque pars monitis erudienda tuis.
Probra Therapnææ qui dixerat ante maritæ,
Mox cecinit laudes prosperiore lyra.
Si bene te novi, cultas ne læde puellas;
Gratia, dum vives, ista petenda tibi.
Dixit: et e myrto (myrto nam vincta capillos
Constiterat) folium granaque pauca dedit.
Sensimus acceptis numen quoque: purior æther
Fulsit, et e toto pectore cessit onus.
Dum facit ingenium; petite hinc præcepta, puellæ,
Quas pudor, et leges, et sua jura sinunt.

durat arte. Nunc etiam ignorarent: sed Venus imperavit, ut docerem: et ipsa se ante oculos meos exhibuit. Tum dixit mihi, Quid admiserunt miseræ puellæ? vulgus nudum proditur viris armatis. Duo libelli præstiterunt illos artifices; hæc quoque pars instituenda præceptis tuis. Qui maledicta objecerat conjugi Therapnææ, mox prædicavit laudes lyra lætiore. Si bene te novi, ne offende puellas ornatas. Hæc gratia tibi quærenda, quoad vixeris. Dixit; et porrexit folium et grana pauca e myrto: (nam sese obtulerat religata comam myrto.) Experti sumus quoque numen donis sumtis: purior æther micuit, et pondus discussum toto pectore. Dum valet ingenium; hinc sumite documenta, puellæ, quas pudor, et leges, et sua

Rustica si nescis tale movere latus.—44 V. *astitit ipsa.*—51 Al. *te nosti:* R. *te monui.* Be. et unus Heins. *teneras ne læde:* Apr. *cultas mihi redde:* Mor. et al. *cultas ne lude.*—53 V. *nam nexa:* Pal. *jam nexa:* tres *cincta cap.*—55 Al. *acceptum:* et unus Heins. *clarior æther.*—57 Apr. *Dum valet*, et pro var. lect. *favet.*—58 R. *sua vita sinit.* Heins. versum refingit: *Qua pudor et leges et sua vitta*

NOTÆ

43 *Cytherea*] Venus est, de qua jam toties.

47 *Libelli*] Nasoniani, quos ante vidimus.

48 *Hæc*] Puellæ, scilicet.

49 *Therapnææ*] Helena est, cui *Therapnæ*, oppidum Laconiæ, ubi nata dicitur, hoc dedit nominis.

Qui] Stesichorus est Poëta Lyricus, Siculus, qui carmen in Helenam Trojani excidii facem scripsit; qua re a Castore et Polluce Helenæ fratribus occæcatus est; deinde somnio monitus, cum palinodiam cecinisset, visum recepit.

54 *Granaque*] Paucas myrti baccas.

55 *Purior*] Aptissima profecto metaphora a cœlo, quo nubibus et nebulis vacuo facilius omnia videntur; ut Veneris donis Poëtæ mentem solutam et illuminatam fuisse intelligas.

56 *Onus*] Quod incumbebat in tra-

Venturæ memores jam nunc estote senectæ:
  Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet, et veros etiam nunc editis annos,
  Ludite: eunt anni more fluentis aquæ.
Nec, quæ præteriit, iterum revocabitur unda:
  Nec, quæ præteriit, hora redire potest.
Utendum est ætate; cito pede labitur ætas:
  Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.
Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi:
  Hac mihi de spina grata corona data est.
Tempus erit, quo tu, quæ nunc excludis amantem,
  Frigida deserta nocte jacebis anus:
Nec tua nocturna frangetur janua rixa:
  Sparsa nec invenies limina mane rosa.
Quam cito (me miserum!) laxantur corpora rugis,
  Et perit, in nitido qui fuit ore, color!
Quasque fuisse tibi canas a virgine jures,
  Spargentur subitæ per caput omne comæ.

jura non prohibent. Memineritis jam nunc senectutis futuræ; sic nullum tempus vobis effluet vacuum. Ludite, dum licet, et agitis etiam nunc annos florentes: anni effluunt sicut aqua liquida: nec unda, quæ effluxit, iterum revocabitur: nec hora, quæ effluxit, potest recurrere. Utendum est ætate: ætas currit pede celeri: nec tam bona sequitur, quam prima fuit bona. Ego vidi violaria, hos frutices, qui albicant: jucundum sertum oblatum est mihi de hac spina. Tempus veniet, quo tu, quæ nunc propellis amantem, cubabis anus gelida nocte destituta: nec fores tuæ rumpentur jurgio nocturno: nec comperies mane limina conspersa rosa. Quam cito (me infelicem) corpora marcescunt rugis, et effluit nitor, qui floruit in facie splendida! et comæ, quas jures fuisse tibi candidas a puerili ætate, diffluent statim per

---

sinit.—61 R. *etiamnum reciditis.* Ar. *teneros annos:* Jacobus Gronovius corrigebat *veros inceditis annos.*—63 Al. *rursum revoc.*—65 Voss. *volvitur ætas:* Pal. et al. *labitur hora.*—72 Unus cod. *limina operta rosa.*—74 Nonnulli *in niveo.*—75 Pat. *ab origine jures.*—76 Vulg. *Sparguntur subito.*—79 Al. *Vestra sine.*—

NOTÆ

dendis de Amore præceptis mulieribus.

57 *Facit*] Ad Venerem retulit clar. Heinsius. Potius videtur tamen ut ad puellas referam, quarum ingenium ad amorem propendeat.

58 *Quas*] Matronas ab his nequitiis in primo ipse Poëta sejunxerat.

67 *Canent*] Ariditate, scil.

71 *Nec tua*] Sic Horat. Od. I. 25. ad Lydiam: ' Parcius junctas quatiunt fenestras Ictibus crebris juvenes protervi, Nec tibi somnos adimunt; amatque Janua limen.'

72 *Sparsa*] Amantium tangit vesaniam, qui nocte coronati ante amicæ limen stabant, et exclusi coronas relinquebant.

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas;
Nec faciunt cervos cornua jacta senes.
Nostra sine auxilio fugiunt bona: carpite florem;
Qui, nisi carptus erit, turpiter ipse cadet.
Adde, quod et partus faciunt breviora juventæ
Tempora: continua messe senescit ager.
Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori;
Nec Cephalus roseæ præda pudenda Deæ.
Ut Veneri, quem luget adhuc, donetur Adonis;
Unde habet Ænean Harmonienque suos?

omne caput. Serpentes deponunt senectutem cum pelle subtili; nec cornua amissa efficiunt cervos senes. Nostra bona dilabuntur sine remedio: deripite florem, qui nisi dereptus fuerit, ipse male defluet. Adde, quod partus etiam faciunt tempora juventutis breviora: ager senescit messe assidua. Endymion Latmius non est tibi pudori, o Luna, nec Cephalus præda erubescenda Deæ roseæ. Quanquam Adonis condonetur Veneri, quem flet adhuc; unde habet suos Ænean et Harmonien? O

81 R. Exc. Pol. Be. et quinque al. cum pr. ed. *seniora juventæ.*—85. 86 Lectionem hujus distichi exhibuit cod. R. nisi quod Heins. *donetur* reposuit pro *ponetur.* Vulgo *Ut taceam de te, quem nunc quoque luget, Adoni, Unde habet*

NOTÆ

77 *Anguibus*] Singulis annis pellem et senectutem exuere angues scripsit Plinius: immo et ejusmodi quæ nostrates *Indusia* vocant ipsemet vidi, et etiam in agris inveni.

78 *Nec faciunt*] Quotannis sua cornua amittere cervos procul dubio verum est; quanquam haud scio annon aliqui, præsertim quibus tanta succrescunt, per plures annos ea retineant. Cornibus aut eorum ramis ætas usque ad annum sextum cognoscitur, deinde similia reviviscunt, ex quibus nihil certi de ætate cognoscas, uti quidem veteribus visum. Quæ melius venatores sciunt, hac de re consulendi. Longam agunt ætatem cervi, atque etiam centesimum annum excedunt.

83 *Latmius*] Dearum exemplo puellas ad amores inducit.

Endymion] Pastor quidam fuit, cujus amore Luna capta, cœlo deturbatum et perpetuo somno damnatum in Latmi Cariæ montis specu, a quo Latmius dictus, occultavit.

84 *Cephalus*] De eo Deionei, aut, ut alii volunt, Mercurii filio, quem Aurora rapuit, neque a dilectissima Procri ad sui amorem potuit perduci, antea vidimus, et postea in Metam. VI. videbimus.

Rosea] Aurora est, quæ a colore cœli, quem ipsa ante Solis exortum induit, rosea dicitur.

85 *Adonis*] Filius fuit Cynaræ, Cypriorum regis, quem Venus unice amavit, et apri dente occisum ad desperationem usque flevit.

86 *Ænean*] Ex Anchise Ænean Venus procreavit; unde et illam viris indulsisse probatur.

Harmonienque] Hanc Venus ex Marte suscepit.

Ite per exemplum, genus o mortale, Dearum ;
  Gaudia nec cupidis vestra negate viris.
Ut jam decipiant, quid perditis ? omnia constant.
  Mille licet sumant ; deperit inde nihil.
Conteritur ferrum, silices tenuantur ab usu.
  Sufficit, et damni pars caret illa metu.
Quid vetet apposito lumen de lumine sumi,
  Quisve cavo vastas in mare servet aquas ?
Det tamen ulla viro mulier, non expedit, inquis.
  Quid, nisi quam sumes, dic mihi, perdis aquam ?
Nec vos prostituit mea vox ; sed vana timere
  Damna vetat : damnis munera vestra carent.
Sed me flaminibus venti majoris iturum,
  Dum sumus in portu, provehat aura levis.
Ordior a cultu : cultis bene Liber ab uvis
  Provenit ; et culto stat seges alta solo.
Forma Dei munus : forma quota quæque superbit ?
  Pars vestrum tali munere magna caret.

gens mortalis, imitemini exemplum Dearum ; nec denegate gaudia vestra viris cupidis. Quid amittitis, quamvis etiam fallant ? omnia permanent. Quamvis mille capiant ; nihil inde absumitur. Ferrum exteritur, saxa minuuntur attritu. Illa pars perstat, et caret periculo detrimenti. Quid prohibeat lumen accendi de lumine admoto, quisve custodiat aquas latas in æquore cavo ! Attamen, inquis, non jurat ulla fœmina det viro. Dic mihi, quid amittis, nisi aquam, quam capies ? nec mea verba vos pervulgant ; sed prohibent reformidare vana damna : dona vestra sunt sine detrimento. Sed ventus lenis me impellat, dum navigo in portu, me, inquam, *navigaturum flatibus venti vehementioris. Incipio a cultu : Bacchus bene nascitur ex uvis cultis ; et seges procera crescit in agro exculto. Forma donum Dei : quota quæque inflatur forma ? pars multa vestrum destituitur tali dono. Cura finget*

Ænean Harmonienque (al. *Hermionenque*) *Venus.*—93 *Quid vetet* conj. Heins. Jun. *Quid vetat :* vulgo *Quis vetet.*—94 Vulg. *Quisque cavum.*—95 *Det tamen*, et *inquis* a conj. Heins. vulgo *Et tamen*, et *inquit.*—98 Voss. Be. et quinque al. *munera nostra.*—101 R. *Ordior ;* vulg. *Ordiar.*—102 A. *Seges ampla.* Idem cum al. *culto loco.*—103 Heins. *Forma Deum.*—104 Fr. et tres Codd. *multa*

NOTÆ

95 *Det*] Id est, sui faciat copiam : quomodo non semel locuti sunt et alii.

96 *Quid, nisi*] Quanquam honestissimis verbis, scelera tamen docet, quæ detestandi causa non erasi. Optimum esset longissime a malo cogitare : verum mentem cum subit, id unum superest aversari.

100 *Portu*] Metaphora est a re nautica : *portus* pro rei initio positus.

101 *Liber*] Bacchus est, pro vino, cui præest.

Cura dabit faciem: facies neglecta peribit;
  Idaliæ similis sit licet illa Deæ.
Corpora si veteres non sic coluere puellæ;
  Nec veteres cultos sic habuere viros.
Si fuit Andromache tunicas induta valentes;
  Quid mirum? duri militis uxor erat.
Scilicet Ajaci conjux ornata venires,
  Cui tegimen septem terga fuere boum.
Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma
  Edomiti magnas possidet orbis opes.
Aspice, quæ nunc sunt Capitolia, quæque fuerunt;
  Alterius dicas illa fuisse Jovis.
Curia, concilio quæ nunc dignissima tanto est,
  De stipula, Tatio regna tenente, fuit.
Quæ nunc sub Phœbo ducibusque Palatia fulgent,
  Quid, nisi araturis pascua bubus, erant?

formam: forma neglecta evanescet; quamvis illa sit par Deæ Idaliæ. Si veteres puellæ non sic curarunt corpora; nec veteres habuerunt viros sic expolitos. Si Andromache fuit vestita vestibus crassis; quid mirum? erat conjux asperi militis. Nempe uxor comta adires Ajacem, cui terga septem boum fuerunt tegumentum? Olim crassa rusticitas viguit: nunc Roma potens habet magnas divitias orbis perdomiti. Vide Capitolia, quæ nunc stant, et quæ steterunt; dicas illa fuisse alterius Jovis. Curia, quæ est nunc spectatissima tanto consessu, fuit de stipula, Tatio regnante. Palatia, quæ nunc sunt splendida sub Phœbo et ducibus; quid

---

caret: Heins. vult *carent.*—108 Vulg. *Non veteres. Cultos viros* R. N. et duo alii: vulgo *cultus sic h. viri.*—109 Unus R. et edd. vetustæ *induta vagantes:* unus Pal. *volantes:* Ha. *squalentes:* Mor. et unus Heins. *volentes.*—111 Vulgo *veniret.*—113-114 Voss. *illa fuit. Edomiti* L. Plerique veteres *aurea Roma est Et domiti magnas, &c.*—116 Li. *dicas;* vulg. *dices.*—117 *Concilio* C. et quinque

NOTÆ

106 *Idaliæ*] Venus est ab Idalio Cypri monte.

109 *Valentes*] Crassas et densas fuisse, non quales tum Romæ gestabant bombycinas et pellucidas, innuit.

111 *Conjux*] Tecmessam ancillam dicit, quam Ajax Telamonius amavit. ‘ Movit Ajacem Telamone natum Forma captivæ dominum Tecmessæ.’ Horat.

116 *Alterius*] Miseri, scil. alicujus, non Deum atque hominum patris.

117 *Curia*] Curiam duorum generum fuisse scribit Varro, ubi curarent Sacerdotes res divinas, et ubi Senatus humanas.

118 *Tatio*] Fuit Tatius Sabinorum dux acerrimus, quem etiam post atrocissimam pugnam in regni partem Romulus accepit.

119 *Phœbo*] Apollinis Palatini templum intelligit, quod in Palatio Augustus ædificavit.

Prisca juvent alios: ego me nunc denique natum
  Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.
Non quia nunc terræ lentum subducitur aurum;
  Lectaque diverso littore concha venit.
Nec quia decrescunt effosso marmore montes:
  Nec quia cœruleæ mole fugantur aquæ.
Sed quia cultus adest; nec nostros mansit in annos
  Rusticitas, priscis illa superstes avis.
Vos quoque non caris aures onerate lapillis,
  Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
Nec prodite graves insuto vestibus auro:
  Per quas nos petitis, sæpe fugatis, opes.
Munditiis capimur: non sint sine lege capilli.
  Admotæ formam dantque negantque manus.
Nec genus ornatus unum est: quod quamque decebit,
  Eligat; et speculum consulat ante suum.
Longa probat facies capitis discrimina puri:
  Sic erat ornatis Laodamia comis.

erant, nisi pascua bobus terram versaturis? Antiqua delectent alios: ego mihi plaudo esse *nunc denique natum: hæc ætas conveniens moribus meis. Non quia aurum ductile effoditur nunc terra; et concha lecta mittitur littore remoto. Nec quia montes minuuntur marmore rcciso: nec quia aquæ cæruleæ removentur cæmentis. Sed quia cultus adest; nec mores agrestes vigentes apud avos antiquos duraverunt ad nostrum sæculum. Vos quoque non gravate aures pretiosis lapillis, quos fuscus Indus petit ex glauca aqua. Nec venite in conspectum tardæ auro intexto vestimentis:* nos *sæpe abigitis per divitias, per quas nobis insidiamini. Ducimur munditiis: coma non sit neglecta. Manus adhibitæ conciliant et destruunt formam. Nec genus cultus est unum:* Unaquæque *sibi assumat, quo unaquæque ornabitur; et ante consulat speculum suum. Longa facies expetit discrimina capitis nudi:*

alii: vulgo *consilio.* Tres scripti et edd. nonnullæ *consilii tanti.*—123 Al. *terra.* Tres libri *lætum subducitur:* Ba. *tectum.*—124 Tres Heins. *bacca venit.*—127 Unus Heins. *crevit in annos.*—129 Al. *ornate lapillis.*—130 V. et Pol. *discolor.*—131 V. et Apr. pro var. lect. *inserto vestibus.*—133 Vulg. *nec sint:*

NOTÆ

Ducibusque] Augustum præcipue et Tiberium intelligit, quorum ille in palatio habitavit, hic ibidem natus est.

123 *Lentum*] Quod in tenuissimas laminas duci potest.

124 *Concha*] Pro baccis seu margaritis, quæ in conchis nascuntur, et ex rubro aut Indico mari petuntur, usurpavit. Laudatissimæ sunt, quæ magnæ, rotundæ, ponderosæ, læves, candidæ.

126 *Fugantur*] In mari voluptatis causa immensis sumtibus ædificabant luxuria diffluentes Romani: quod non uno loco queritur Horatius.

Exiguum summa nodum sibi fronte relinqui,
Ut pateant aures, ora rotunda volunt.
Alterius crines humero jactentur utroque.
Talis es assumta, Phœbe canore, lyra.
Altera succinctæ religetur more Dianæ,
Ut solet, attonitas cum petit illa feras.
Huic decet inflatos laxe jacuisse capillos:
Illa sit astrictis impedienda comis.
Hanc placet ornari testudine Cyllenea:
Sustineat similes fluctibus illa sinus.
Sed neque ramosa numerabis in ilice glandes;
Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe feræ;
Nec mihi tot positus numero comprendere fas est:
Adjicit ornatus proxima quæque dies.

Laodamia sic erat capillis comtis. Ora rotunda postulant parvum nodum sibi reliuqui suprema fronte, ut aures appareant. Capilli alterius spargantur humero utroque. Talis es, Phœbe sonore, lyra capta. Altera nectatur in modum Dianæ expeditæ: ut solet, cum illa insequitur feras timore perculsas. Hanc decorat coma tumens et fluctuans: illa sit implicanda capillis religatis. Gratum est hanc ornari testudine Cyllenea: illa gerat cincinnos similes fluctibus. Sed neque comprehendes numero glandes in ilice ramosa; nec quot apes in Hyble, nec quot feræ in Alpibus; nec possum numerare tot genera *cultus. Quælibet dies exoriens in-*

Heins. vult *ne sint*.—138 Unus Heins. *Deidamia*.—139 Sch. *sub fronte*.—140 Ed. Mycilli et margo Bersm. *Ne pateant*.—145 *Huic* R. et duo al.—147 Al. *Huic placet*. Ed. Gryph. ann. 1554. *Hanc decet*.—148 Jun. et Sch. *illa comas*.—149 Heins. vult *numeraris*. Al. *in ilice frondes*.—150 Edd. priores *Hyblæ*.—151 R. *posito:* prima Ed. et scripti nonnulli *positos:* al. *cultus*.—

NOTÆ

130 *Decolor*] Quia Sole fuscus.

137 *Discrimina*] Divisionem dicit capillorum.

Puri] Id est, quod sine velamine est.

139 *Nodum*] Crines dicit in orbem coactos, quos Juvenalis cincinnum, Martialis annulum appellat.

143 *Religetur*] Colligi et ad cervicem astringi cupit, ita tamen ut defluant.

147 *Testudine*] Reticulo curvo in modum testudinis, quo utebantur mulieres ad ornatum capitis.

Cyllenea] Quia ad testudinis similitudinem Mercurius, a Cyllene Arcadiæ monte, ubi is natus, sic dictus, lyram invenit.

148 *Sinus*] Capillorum, scil. aut quos faciant fluctuantes.

150 *Hyble*] Mons est Siciliæ, de quo supra.

Alpe] Sunt Alpes montes altissimi Galliam ab Italia dividentes.

151 *Positus*] Quibus in mille figuras flectuntur capilli.

152 *Adjicit ornatus*] *La mode trouve tous les jours quelque ajustement nouveau.*

Et neglecta decet multas coma : sæpe jacere
  Hesternam credas ; illa repexa modo est.
Ars casum simulet. Sic capta vidit ut urbe
  Alcides Iolen, Hanc ego, dixit, amo.
Talem te Bacchus, Satyris clamantibus Euœ,
  Sustulit in currus, Gnosi relicta, suos.
O quantum indulget vestro Natura decori,
  Quarum sunt multis damna pianda modis !
Nos male detegimur, raptique ætate capilli,
  Ut Borea frondes excutiente, cadunt.
Fœmina canitiem Germanis inficit herbis ;
  Et melior vero quæritur arte color.
Fœmina procedit densissima crinibus emtis ;
  Proque suis alios efficit ære suos.
Nec rubor est emisse palam : venire videmus
  Herculis ante oculos, Virgineumque chorum.

venit ornatus. Capilli neglecti conveniunt etiam multis : sæpe putes hesternos neglectos ; illi modo fuerunt ordinati. Ars imitetur casum. Sic statim atque Alcides aspexit Iolen in urbe expugnata, dixit, Ego hanc amo. Bacchus evexit te similem in currus suos, Gnossi destituta, Satyris rociferantibus Evoe. O quantum natura faret vestro honori, quarum vitia sunt tegenda multis modis ! Nos infeliciter nudamur, et coma sublata ætate defluit, tanquam folia Aquilone prosternente. Fœmina imbuit canos succis Germanis ; et color jucundior nativo captatur arte. Fœmina ambulat spississima capillis emtis ; et facit alios suos nummis suorum loco. Nec pudet comparasse palam : cernimus vendi coram Hercule et choro

---

155 R. *Ars casus similis.* R. et duo al. *ut urbe :* ceteri fere omnes *in urbe.* Al. *capta ut vidit in urbe.*—160 Th. *damna pudenda.*—167 Al. *Nec pudor.* Multi scripti et edd. Myc. et Bersm. *venisse palam :* V. et Be. interpungunt post

NOTÆ

153 *Sæpe jacere*] Ea arte nonnunquam ornatas fuisse dicit puellas, ut non esse viderentur : qua re eo modo ornandas esse nonnullas, sicuti et aliis secus opus est facere, innuit.

155 *Casum*] Ne sentiant viri arte quæsitam negligentiam.

Sic] Haud stulte sapiit Poëta.

156 *Alcides*] Hercules est, primum a parentibus ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, a robore immenso, sic dictus ; vel ab Alcæo avo ut placet Herodoto.

Iolen] Euryti Œchaliæ regis fuit filia, quam pater Herculi uxorem dare cum denegaret, vi, direpta urbe, et interfecto Euryto, abduxit.

158 *Gnosi*] Ariadnen dicit ; de qua vide quæ supra in epistolis.

163 *Germanis*] Germania allatis, aut quas a Germanis didicerint : nam quænam sint nescio, nec quibus utuntur hodie in Germania, quod quidem audiverim, canitiem arcent.

165 *Densissima*] Crinibus densis.

168 *Herculis*] Plures Romæ Herculi sacras ædes fuisse constat. Hic

Quid de veste loquar? nec vos, segmenta, requiro;
  Nec quæ bis Tyrio murice lana rubes.
Cum tot prodierint pretio leviore colores;
  Quis furor est, census corpore ferre suo?
Aëris ecce color, tum cum sine nubibus aër,
  Nec tepidus pluvias concitat Auster aquas.
Ecce tibi similis, qui quondam Phryxon et Hellen
  Diceris Inois eripuisse dolis.
Hic undas imitatus, habet quoque nomen ab undis:
  Crediderim Nymphas hac ego veste tegi.
Ille crocum simulat: croceo velatur amictu,
  Roscida luciferos cum Dea jungit equos.
Hic Paphias myrtos: hic purpureas amethystos,
  Albentesve rosas, Threiciamve gruem.

virgineo. Quid dicam de vestimentis? Nec vos expeto, segmenta; nec te, lana, quæ fulges bis Tyrio murice. Cum tot sint inventi colores pretio minore; quis furor est bajulare census corpore suo? Ecce color aëris, tum cum aër est *sine nubibus, nec Notus tepidus vehit aquas pluvias. Ecce* color *tibi similis, qui jactaris abstulisse olim Phryxon et Hellen fraudibus Inois. Hic undis similis, habet quoque nomen ab undis: arbitratus fuero Nymphas hac veste velari. Ille imitatur crocum: Dea roscida tegitur veste crocea, cum copulat equos luciferos. Hic* simulat *myrtos Paphias: hic amethystos purpureas, vel rosas albicantes, vel gruem Thraciam. Nec*

emisse.—168 Unus Heins. *Virgin. caput:* Be. et Pal. *virg. thorum.*—169 Al. *nec nunc, nec enim, nec jam, non vos.*—170 Plurimi scripti et edd. *de Tyrio.* Vulgo *rubet.*—172 *Suo* tres Heins. vulgo *suos.*—173 Quinque libri *nubibus æther:* unus *imber.* L. Jun. et duo al. *sine nubibus extat.*—174 Duo *incitat Auster:* duo al. *concipit.*—177 *Imitatus* unus V. et Exc. Pol. vulgo *imitatur.*—180 Jun. *Roscida purpureos.* Pal. *Lucida rorifluos.* R. *movit equos:* L. *movet:*

NOTÆ

de illa agitur, quam apud Circum Flaminium Herculi et Musis Fulvius Nobilior ædificavit.

169 *Segmenta*] Vestes intelligit auro, vel aureis segmentis, aut etiam fasciolis distinctas.

170 *Bis*] *Dibaphum* appellabant lanam bis tinctam murice.

173 *Aëris*] Cæsius appellatur, nonnullis hyacinthinus.

175 *Tibi similis*] Referendum est ad aureum arietis Phrixei colorem.

Phryxon] Fuit Phryxus Athamantis regis Thebarum filius, qui novercæ Inus insidias declinans, una cum sorore Helle ex Græcia in Colchida profugit; nisi quod puellam, aureo ariete mare cum fratre transfretantem, in Hellespontum, cui nomen dedit, ferunt delapsam.

176 *Inois*] Inus novercæ, Cadmi filiæ.

177 *Hic undas*] Glaucum designat, ni fallor; quanquam de undulatis vestibus exponit Mycillus.

180 *Roscida*] Auroram dicit, quæ, mane quia surgit, rore perfusa est.

181 *Paphias*] Veneri sacra myrtus,

Nec glandes, Amarylli, tuæ, nec amygdala desunt:
Et sua velleribus nomina cera dedit.
Quot nova terra parit flores, cum vere tepenti
Vitis agit gemmas; pigraque cedit hyems:
Lana tot, aut plures succos bibit. Elige certos:
Nam non conveniens omnibus omnis erit.
Pulla decent niveas: Briseida pulla decebant.
Cum rapta est, pulla tum quoque veste fuit.
Alba decent fuscas: albis, Cephei, placebas,
Sic tibi vestitæ pressa Seriphos erat.
Quam pæne admonui, ne trux caper iret in alas;
Neve forent duris aspera crura pilis!
Sed non Caucasea doceo de rupe puellas,
Quæque bibant undas, Myse Caice, tuas.

glandes tuæ, Amarylli, nec amygdala desiderantur. Cera etiam imposuit suum nomen lanis. Quot flores terra nova gignit, cum vitis protrudit gemmas vere tepido, et hyems segnis fugit; lana imbuitur tot, aut pluribus succis. Dispice decentes: nam non omnis erit congruens omnibus. Nigra decent candidas: nigra decebant Briseida. Induta erat quoque nigro amictu tum, cum capta est. Candida decent fuscas: grata eras in candidis, Cephei. Seriphos erat calcata a te sic velata. Quam prope jussi, ne truculentus hircus cubaret in axillis; neve crura essent scabrosa pilis asperis! Sed non instituo puellas de saxo Caucaseo, et quæ potent

---

Pal. unus *mergit.*—181 R. Sa. et duo alii *purpureas:* vulgo *purpureos.*—186 Multi scripti et pr. Ed. *fugit hyems:* Fr. *surgit.*—188 *Omnis erit* meliores cum pr. Ed. vulgo *unus erit.*—189 Al. *decet*, et *decebat.*—190 Heins. *capta est.*—193 *Pæne* R. Exc. Pol. *bene:* unus Pal. *Quod pæne:* vulgo *Quam sæpe.*—

NOTÆ

quæ a Papho Cypri, Veneri urbe sacra, Paphia dicitur. Coloris autem est viridis nigricantis.

Amethystos] Violaceum colorem intelligit ab Amethysto gemma appellatum.

182 *Gruem*] Avis est nota, qua hoc in loco ejus colorem cineraceum intelligit Poëta.

183 *Glandes*] Castaneas dicit, quas Maronis Amaryllis amabat.

187 *Plures*] Id est, varii coloris.

Certos] Decentes, scil.

190 *Rapta*] Vel ab Achille, ejus diruta patria; vel ab Agamemnone, qui eandem Achilli, Talthybio et Eurybate ad eam rem missis præconibus, mœstam et recusantem eripuit.

191 *Cephei*] Andromeda est, Cephei Æthiopum regis filia.

192 *Seriphos*] Parva est insula, Cycladum una, in Ægæo, ubi educatum Perseum tradunt.

193 *Caper*] Alarum fœtorem dicit, qui capri odorem refert; unde in illis cubare jocose dicitur.

195 *Sed non*] Romanas puellas per se satis cautas et curiosas dicit, ut minutas mundicitias eas docere non sit necesse.

Quid ? si præcipiam, ne fuscet inertia dentes ;
  Oraque suscepta mane laventur aqua ?
Scitis et inducta candorem quærere cera.
  Sanguine quæ vero non rubet ; arte rubet.
Arte supercilii confinia nuda repletis,
  Parvaque sinceras velat aluta genas.
Nec pudor est oculos tenui signare favilla ;
  Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.
Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ,
  Parvus, sed cura grande libellus opus.
Hinc quoque præsidium læsæ petitote figuræ :
  Non est pro vestris ars mea rebus iners.
Non tamen expositas mensa deprendat amator
  Pyxidas : ars faciem dissimulata juvat.
Quem non offendat toto fæx illita vultu,
  Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus ?

aquas tuas, Caice Myse. Quid, si moneam, ne pigritia denigret dentes, et ora abluantur mane aqua sumta? Nostis etiam captare alborem cera illita. Quæ non rubet sanguine sincero ; rubet artificio. Artificio repletis confinia vacua supercilii, et tenuis aluta tegit veras genas. Nec pudet circumlinire oculos tenui favilla ; vel croco juxta te nato, clare Cydne. Est mihi libellus parvus, sed opus magnum cura, quo scripsi medicamina vestræ formæ. Sumite quoque hinc auxilium formæ imminutæ : ars mea non est segnis pro vestris rebus. Attamen amator ne corripiat pyxidas explicitas mensa : ars latens formam adjuvet. Quem non lædat fæx sparsa tota facie, cum fluit in sinus tepidos decidens pondere ? Œsypa, succus extractus

196 *Bibant* R. et quinque alii : vulgo *bibunt*.—197 Mor. *Quid tibi*.—205 Be. et alii *Est mihi qui dicit :* quatuor *qui dixit :* Ed. prima *quo duxi*.—207 F. *consilium læsæ*. Prima Ed. *figuræ ;* et sic quatuor scripti ; vulgo *puellæ*.—209 C. *tamen et positas :* Heins. conj. *ut positas*.—210 Al. *juvet :* Voss. *facit*.—213 *Œsy-*

NOTÆ

Caucasea] Est Caucasus mons Scythiam ab India dirimens usque ad Taurum porrectus ; ubi ferocissimi et durissimi vivunt homines.

196 *Myse*] Caicus fluvius est Phrygiæ et Lydiæ, a Mysia veniens.

199 *Inducta*] Quam nostræ vocant *pommade*.

201 *Nuda*] Fœminæ calamistro et coloribus superciliorum raritatem emendabant. Juvenalis : ‘ Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu.’

202 *Aluta*] Pellis est mollissima.

204 *Cydne*] Fluvius est Ciliciæ, unde optimus crocus afferebatur ; quo etiam, sicuti et cineribus, aut ejusmodi pigmentis, in venustandis oculis utebantur.

206 *Libellus*] De eo Ovidii libello, quem de medicamine facici scripsit, postea videbimus.

210 *Pyxidas*] Quibus sua pigmenta puellæ asservant.

Œsypa quid redolent, quamvis mittatur Athenis
Demtus ab immundo vellere succus ovis?
Nec coram mixtas cervæ sumsisse medullas,
Nec coram dentes defricuisse probem.
Ista dabunt faciem; sed erunt deformia visu:
Multaque, dum fiunt turpia, facta placent.
Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,
Pondus iners quondam, duraque massa fuit.
Annulus ut fiat, primo colliditur aurum:
Quas geritis vestes, sordida lana fuit.
Cum fieret, lapis asper erat; nunc nobile signum
Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.
Tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus;
Aptius a summa conspiciare manu.
Cur mihi nota tuo causa est candoris in ore?
Claude forem thalami, quid rude prodis opus?

ab impuro vellere ovis quid olent, quamvis asportentur Athenis? Nec laudem coram cepisse medullas confusas cervæ; nec purgasse coram dentes. Ista formam præstabunt; sed erunt visu turpia: et multa, indecora dum fiunt, facta placent. Signa, quæ nunc celebrantur accurati Myronis, fuerunt olim pondus grave et moles dura. Ut annulus fiat, aurum primo tunditur. Vestimenta, quibus tegimini, fuit lana obscœna. Cum fieret, erat saxum durum; nunc præstans signum Venus nuda siccat capillos humidos aqua. Tu etiam dum ornaris, nos credamus te dormire; melius spectaris a manu ultima. Quamobrem causa alboris in facie tua sit mihi perspecta? Obde ostium cubiculi; quare ostendis opus infectum? Decet viros igno-

---

pa R. et unus V. vulgo *Œsopa*. Alii *mittantur*: R. *imitatur*. Scaliger reponebat *quamvis mutantur ahenis*.—214 Al. *immundæ*.—215 Unus V. *suisse medullas*, unde Heins. conj. *suxisse*.—216 Al. *perfricuisse*.—217 Duo scripti *dabunt formam*: R. et quinque al. *curam*: unus *speciem*.—221 Fr. Li. Jun. et Voss. *contunditur aurum*: unus *colliquitur*.—224 Francius malebat *Sola Venus*.—225 Al. *Tu faciem cura, dum te dorm. put.*—226 Vulg. *conspiciere*.—227 *Tuo* tres Heins. vulgo *tui*. Cod. Med. et edd. nonnullæ *splendoris in ore*.—228 Al. *forem*. Non-

NOTÆ

213 *Œsypa*] Medicamentum aut pigmentum dicit, quod ex sordibus ovillæ lanæ, illius præsertim, quæ natibus adhærescit, extrahitur: cujus extrahendi modum Plinius, et ante ipsum Dioscorides, docuit.

217 *Faciem*] Aut ejus pulchritudinem.

219 *Myronis*] Statuarius fuit insignis Ageladis discipulus, quem Petronius pæne hominum animas ferarumque ære comprehendisse dicit: quanquam alius fuit Polycleti discipulus.

224 *Venus*] De illa licet intelligere decantatissimaVenere Praxitelica nuda, quæ fuit in templo Bruti Callaici, una cum Martis colosso, apud Circum

Multa viros nescire decet. Pars maxima rerum
Offendat, si non interiora tegas.
Aurea quæ pendent ornato signa theatro;
Inspice, quam tenuis bractea ligna tegat.
Sed neque ad illa licet populo, nisi facta, venire:
Nec nisi submotis forma paranda viris.
At non pectendos coram præbere capillos,
Ut jaceant fusi per tua terga, vetem.
Illo præcipue, ne sis morosa, caveto
Tempore: nec lapsas sæpe resolve comas.
Tuta sit ornatrix. Odi, quæ sauciat ora
Unguibus, et rapta brachia figit acu.
Devovet, et dominæ tangit caput illa: simulque
Plorat ad invisas sanguinolenta comas.

rare multa: pars maxima rerum lædat, si non veles interiora. Signa aurea intuere, quæ pendent culto theatro; quam tenuis lamella ligna operiat. Sed neque datur populo accedere ad illa, nisi absoluta; nec forma quærenda, nisi viris dimissis. At comam coram ornandam non prohibeam tradere; ut jaceat sparsa per tua terga. Vide præsertim, ne sis difficilis illo tempore: nec sæpe diffinge comas lapsas. Secura sit ornatrix: odi, quæ vulnerat faciem unguibus, et fodit brachia acu correpta. Illa male precatur et tractat caput dominæ; et simul cruenta lacrymatur

---

nulli *quæ rude cogis opus:* R. *quid rude cogis:* quatuor al. *quæ rude prodis;* unus *quod prodis.*—230 Vulg. *offendit:* pr. Ed. aliæque *offendet.*—231 Burm. conj. *splendent* pro *pendent.*—232 F. *ligna ligat:* Heins. *linat.*—234 Ha. *forma pianda.*—236 Fr. pro var. lect. *sua terga:* al. *tua colla.* Unus Heins. *vetem:* vulgo *veto.*—238 Prima ed. et quinque scripti *nec laxas:* tres *nexas.*—241 Heins.

NOTÆ

Flaminium: quanquam et plures aliæ fuerunt Veneris statuæ.

Exprimit] Talem plurimi artifices e mari exeuntem Venerem sculpserant et pinxerant.

226 *A summa*] Id est, Postquam suo cultui ultimam manum puella posuit.

227 *Nota*] Non vult Poëta, qua causa candido sit vultu puella cognoscere, sed nativum esse ejus colorem credere.

232 *Tenuis*] Vix credibilis est tenuitas, in quam aurum deduci potest.

234 *Forma*] Faciem sibi, viris remotis, fingendam esse docet puellas.

238 *Lapsas*] Forte per *lapsas* comas intelligit, quas non satis apte ornatrix astrinxit; quamobrem morosa domina totum opus destruat, et de novo fingendos et pectendos capillos jubeat.

239 *Tuta sit*] Ornatricem pulsare, aut alia injuria afficere vetat.

240 *Brachia figit*] Ornatricis, scil. quam domina imperitam aut malam clamitet. Quod præcedenti nostræ expositioni non parum favere videtur.

242 *Sanguinolenta*] Si domina, sci-

Quæ male crinita est, custodem in limine ponat;
Orneturve Bonæ semper in æde Deæ.
Dictus eram cuidam subito venisse puellæ; 245
Turbida perversas induit illa comas.
Hostibus eveniat tam fœdi causa pudoris;
Inque nurus Parthas dedecus illud eat.
Turpe pecus mutilum: turpe est sine gramine campus:
Et sine fronde frutex; et sine crine caput. 250
Non mihi venistis, Semele, Ledeve, docendæ;
Perque fretum falso, Sidoni, vecta bove.
Aut Helene, quam non stulte, Menelaë, reposcis;
Tu quoque non stulte, Troie raptor, habes.

ad comas odiosas. Quæ male comata est, custodem statuat in limine; vel comatur semper in templo Bonæ Deæ. Nuntiatum fuerat me intervenire repente cuidam puellæ; illa turbata sumit comas ascititias. Causa tam turpis pudoris accidat hostibus; et illud dedecus cadat in nurus Parthas. Indecorum est pecus mutilatum: indecorum campus sine herba; et frutex sine foliis, et caput sine capillis. Non mihi oblatæ cstis instituendæ, Semele, vel Leda; et, Sidoni, rapta ficto tauro per mare; vel Helene, quam non imperite repetis, o Menelaë; tu quoque non imperite

---

Devovet, ut dom.—242 *Et invisas* scripti plerique cum pr. Ed.—248 Sexdecim Codd. *nurus Pharias:* tres *Phasias:* Fr. et Be. *Farias:* unus Heins. *Phareas.*—249 *Turpe est sine* Pat. 1. vulgo *turpis sine.*—252 Pal. *fretum flavo.*—254 Sch. *Troie:* vulgo *Troice.* Unus *Troice pastor:* N. *victor,* pro *vector,* ut Heins. cre-

NOTÆ

licet, ipsam verberaverit.

244 *Bonæ Deæ*] Cybele est Deorum mater, Bona Dea, Fauna et Fatua dicta, ut nonnullis placet. Tantæ autem pudicitiæ hæc Fauna seu Bona Dea fertur fuisse, ut dum vixit, illam, nisi maritus Faunus, mas nullus viderit; quam ille propter ebrietatem virgis myrteis occidit: unde illi in operto sacrificandi et viros excludendi mos fluxit. Tibullus, ‘ Sacra Bonæ, maribus non adeunda, Deæ.’

In æde] Id est, Ubi nulli sint viri.

246 *Perversas*] Capillos ascititios.

248 *Parthas*] Pro quibusvis posuit hostium puellis, quia ex Crassiana et Antoniana clade Romanis formidabiles Parthi.

251 *Semele*] Cadmi Thebarum regis fuit filia, Bacchi mater, quam Jupiter amavit. Hic vero una cum sequentibus pro pulcherrima ponitur fœmina; quod genus docere se tantum, negat Poëta.

Ledeve] Fuit Leda Tyndari uxor, Castoris et Pollucis mater, cujus fuit captus forma Jupiter.

252 *Falso*] De Jove loquitur bovis formam induto, cum Europen in Cretam portavit.

Sidoni] Europa est, Agenoris Phœnicum regis filia, quæ a Sidone urbe Phœniciæ maxima et antiquissima illo nomine appellata est.

253 *Menelaë*] Jam sæpius hunc Atrei filium Helenæ maritum fuisse vidimus.

254 *Troie*] Paris est, qui Helenam

Turba docenda venit, pulchræ turpesque puellæ,
  Pluraque sunt semper deteriora bonis.
Formosæ minus artis opem præceptaque curant:
  Est illis sua dos, forma sine arte potens.
Cum mare compositum est, securus navita cessat,
  Cum tumet, auxiliis assidet ille suis.
Rara tamen mendo facies caret. Occule mendas:
  Quamque potes, vitium corporis abde tui.
Si brevis es, sedeas; ne stans videare sedere:
  Inque tuo jaceas quantulacumque toro.
Hic quoque, ne possit fieri mensura cubantis,
  Injecta lateant fac tibi veste pedes.
Quæ nimium gracilis, pleno velamina filo
  Sumat: et ex humeris laxus amictus eat.
Pallida purpureis tingat sua corpora virgis:
  Nigrior ad Pharii confuge piscis opem.
Pes malus in nivea semper celetur aluta:
  Arida nec vinclis crura resolve suis.

rctines, o raptor Trojane. Formosæ et deformes puellæ oblata est turba instituenda: et plura sunt semper pejora bonis. Quæ *pulchræ* sunt, *minus laborant de auxilio et præceptis artis: dos sua est illis, pulchritudo valens sine arte. Cum mare est tranquillum, nauta tutus quiescit: cum inflatur, ille adest et confert suam operam. Interim non multa forma caret nævo: tege nævos: et occulta, quantum potes, deformitatem corporis tui. Si parva es, sedeas; ne stans videaris sedere: et pusilla jaceas in tuo lecto. Hic etiam, ne sumi possit mensura jacentis; fac pedes occultentur, vestibus tibi superstratis. Quæ* est *nimis tenuis, induat vestes crasso filo; et vestitus defluat laxus ex humeris. Pallens illinat sua corpora virgis purpureis: fusca, pete auxilium a pisce Phario. Pes turpis tegatur semper aluta candida: nec spolia crura macilenta vinculis suis. Parvæ analectrides sunt aptæ hu-*

debat.—256 Al. *Pulchraque sunt:* Exc. I. *Plurima.*—257 *Curant* Exc. I. Sa. et duo alii cum pr. Ed. vulgo *quærunt:* unus Pal. *poscunt.*—258 Octo libri *sine arte decens:* Be. et duo alii *placens:* unus *patens.*—259 Apr. et sex alii cum edd. nonnullis *navita transit.*—262 Vulg. *Quaque potes.*—265 Heins. *Sic quoque.*—267 Alii *Quæ nimis est gracilis.*—269 Alii *tangat sua.* Quidam *corpora*

NOTÆ

Trojani excidii facem rapuit.

267 *Pleno*] Ut vestis beneficio plenior et succulentior videatur.

269 *Purpureis*] Purpureo colore infectis.

270 *Pharii*] Pharum insulam fuisse ad ostia Nili fluvii, qui crocodilos alit, satis compertum est: anne vero crocodilum, cujus intestina et stercus ad sua pigmenta et fucos puellæ quærebant, quem Plinius minorem et in terra tantum vivere scripsit, bene piscem appellaverit Poëta, aut qui de crocodilo hunc locum expo-

Conveniunt tenues scapulis analectrides altis:
Inflatum circa fascia pectus eat.
Exiguo signet gestu quodcumque loquetur;
Cui digiti pingues, et scaber unguis erunt.
Cui gravis oris odor, nunquam jejuna loquatur;
Et semper spatio distet ab ore viri.
Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus
Dens tibi, ridendo maxima damna feres.
Quis credat? discunt etiam ridere puellæ:
Quæritur atque illis hac quoque parte decor.
Sint modici rictus, sint parvæ utrimque lacunæ;
Et summos dentes ima labella tegant.
Nec sua perpetuo contendant ilia risu:
Sed leve nescio quid fœmineumque sonent.
Est, quæ perverso distorqueat ora cachinno:
Cum risu læta est altera, flere putes.
Illa sonat raucum, quiddamque inamabile stridet;
Ut rudit ad scabram turpis asella molam.

meris prominentibus: fascia vinciat pectus obesum. Cui digiti erunt crassi, et unguis asper, indicet rarissimo gestu, quodcumque dicet. Cui spiritus grave olens, nunquam loquatur jejuna; et sejungatur semper spatio ab ore viri. Si dens fuerit tibi ater, aut nimius, aut male ordinatus; maximo detrimento erit ridere. Quis fidem adhibeat? puellæ discunt etiam ridere: et species petitur quoque hac parte ab *illis. Hiatus sint parvi, lacunæ sint exiguæ ex utraque parte; et extrema labia operiant dentium radices. Nec inflent sua latera risu continuo: sed reddant nescio quid leve et fœmineum. Est, quæ pervertat ora pravo cachinno: altera cum risu effusa est, credas plorare. Illa vocem reddit raucam, et stridet quiddam odio dignum; ut obscœna asella rudit ad molam asperam. Quo urs non pervenit? dis-*

---

guttis; alii *succis.*—272 Vulgo *resolve tuis.*—273 *Analectrides* vel *analeptrides* conj. Heins. e cod. R. qui habet *analeptrides,* et in marg. *analetrides:* vulgo *analectides.* Codices diversas lectiones exhibent.—274 R. 2. *Inflatum:* vulgo *angustum.*—275 Unus V. *signes* et *loqueris:* duo *signi;* Jun. *signat.* Heins. *Exig. signa gest. qu. loqueris.*—276 Vulg. *unguis erit.*—283 Scripti plerique et pr. Ed. *rictus, parvæque utr.* R. *parieque.*—286 Multi libri *sonet.*—287 Put. *quæ disparso.*—288 R. *risu usa est,* vel *lata:* duo al. *risuque usa est.*—289 *Quid-*

NOTÆ

suerunt, ipsi viderint: me equidem hac in parte cæcutire plane fateor.

273 *Analectrides*] Pulvilli erant aut ejusmodi aliquid ex gossipio, quo prominentium scapularum vitium puellæ emendare conabantur.

274 *Inflatum*] Vide, si placet, clar. Heinsii notam, qua nihil melius ad hunc locum possim comminisci.

283 *Rictus*] Os apertum, quale ridentis est hominis, aut canis ringentis, *rictus* dicitur.

Quo non ars penetrat? discunt lacrymare decenter:
  Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.
Quid? cum legitima fraudatur litera voce,
  Blæsaque fit jusso lingua coacta sono:
In vitio decor est, quædam male reddere verba,
  Discunt posse minus, quam potuere, loqui.
Omnibus his, quoniam prosunt, impendite curam.
  Discite fœmineo corpora ferre gradu.
Est et in incessu pars non temnenda decoris.
  Allicit ignotos ille, fugatque viros.
Hæc movet arte latus, tunicisque fluentibus auras
  Excipit; extensos fertque superba pedes.
Illa, velut conjux Umbri rubicunda mariti,
  Ambulat; ingentes varica fertque gradus.
Sed sit, ut in multis, modus hic quoque: rusticus alter
  Motus; in incessu mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti
  Nuda sit, a læva conspicienda manu.

cunt flere condecore; et flent, quando et quomodo volunt. Quid, cum literæ negatur sonus debitus, et lingua fit blæsa coacta sono accersito? Venustas invenitur in vitio, male efferre quædam verba. Discunt posse minus loqui, quam potuerunt. Curate hæc omnia, quandoquidem juvant. Discite gerere corpora passu fœmineo. Est etiam pars non spernenda venustatis in gressu. Ille conciliat et proturbat viros incognitos. Hæc agitat arte latus, et excipit auras vestibus fluitantibus; et superbiens movet pedes porrectos. Illa incedit, sicut uxor rubicunda viri Umbri: et varica progreditur amplis gressibus. Sed modus adsit hic quoque, sicut in multis: alter incessus crassus; alter erit lascivus in motu. Pars tamen ultima tui humeri, pars ultima brachii sit exerta, inspicienda a manu sinistra. Hoc vobis decorum

damque inamabile tres libri cum Exc. I. vulgo *raucum quiddam, atque inam.* Heins. conj. *stridet:* vulgo *videt.*—290 Al. *et scabra t. a. mola.*—291 Voss. et quinque alii *discant:* et 292 *volent.* Me. *plorent.*—294 Unus Heins. *subdola lingua sono.*—295 Unus Pat. et Arg. *male verba recidere quædam:* Arund. pro div. lect. *quædam rescindere.*—297 Al. *quando prosunt:* Jun. *his magnam prodest impendere curam:* Me. 1. *magnum (prodest) impendite curam.*—300 Prima Ed. et multi scripti *Alligat ign.* Reposuit Heins. *ille* pro *illa.*—302 Al. *Accipit; ext.* R. *extentos.*—303 Unus Pat. *rubicunda Catonis:* Heins. conj. *coloni.*—

NOTÆ

303 *Umbri*] Populi fuerunt Italiæ fortissimi, Apennini accolæ, quorum uxores tanquam agrestiores hic damnat Poëta.

304 *Varica*] Varicus dicitur ille qui cruribus distortis et pedibus introrsum retortis ambulat: cui *valgus* opponitur.

Hoc vos præcipue, nivcæ, decet: hoc ubi vidi,
Oscula ferre humero, qua patet, usque libet.
Monstra maris Sirenes erant: quæ voce canora
Quamlibet admissas detinuere rates.
His sua Sisyphides auditis pæne resolvit
Corpora: nam sociis illita cera fuit.
Res est blanda canor: discant cantare puellæ.
Pro facie multis vox sua lena fuit.
Et modo marmoreis referant audita theatris;
Et modo Niliacis carmina lusa modis.
Nec plectrum dextra, citharam tenuisse sinistra
Nesciat arbitrio fœmina docta meo.
Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus,
Tartareosque lacus, tergeminumque canem.

præsertim, candidæ: hoc ubi aspexi, subit usque, qua patet, dare oscula humero. Sirenes erant monstra maris; quæ retinuerunt voce sonora naves quamvis festinantes. Sisyphides his auditis propemodum dissolvit corpora: nam cera fuit adhibita sociis. Cantus est res suavis: puellæ discant canere. Vox sua fuit conciliatrix multis loco formæ; et interdum recinant audita theatris marmoreis; et interdum versus modulatos modis Niliacis. Nec fœmina docta nesciat, judicio meo, tractasse plectrum dextra, citharam sinistra. Orpheus Rhodopeius demulsit lyra silices, et feras, et stagna Tartarea, et canem tergeminum. Ultor æquissime matris, saxa

305 Heins. putat scribendum *Sed sit ut in cultu.*—312 R. *Quamlibet:* vulgo

NOTÆ

311 *Sirenes*] Monstra numero tria, nomine apud alios alio fuerunt, specie oris fœminea, reliquo corpore, secundum aliquos, volucres, aut pisces, juxta Pelorum Siciliæ promontorium habitantes, quæ cantus suavitate præternavigantes allicere, allectos devorare solebant: quas Ulysses sociorum auribus cera obturatis, cum se malo alligari jussisset, cautus vitavit.

312 *Detinuere*] Sirenum meminit Poëta, ut puellas, cantare discant, admoneat.

313 *Sisyphides*] Ulysses est Sisyphi filius, qui Autolycam, Laërtæ desponsatam violavit, ex quo Ulyssem peperit.

Resolvit] Diximus jam: sese malo navis Ulysses alligaverat. Atque ex eo, quod sese propemodum resolverit, cantus illecebræ intelliguntur.

318 *Niliacis*] Fuit Nilus fluvius Ægypti, qua ex regione cantilenæ, ob lasciviam, maxime placebant.

319 *Plectrum*] Instrumentum est, quo pulsatur cithara.

321 *Rhodopeius*] Thracius, a Rhodope Thraciæ monte. Thrax enim fuit Orpheus, Apollinis et Calliopes filius, qui a patre accepta lyra tantum valuisse dicitur, ut feras cicuraret, fluvios sisteret, aliaque incredibilia cantus suavitate ludens efficeret.

322 *Tergeminum*] Cerberum dicit

Saxa tuo cantu, vindex justissime matris,
  Fecerunt muros officiosa novos.
Quamvis mutus erat, voci favisse putatur
  Piscis, Arioniæ fabula nota lyræ.
Disce etiam duplici genialia naulia palma
  Verrere: conveniunt dulcibus illa jocis.
Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poëtæ,
  Sit quoque vinosi Teia Musa senis.
Nota sit et Sappho: quid enim lascivius illa?
  Cuive pater vafri luditur arte Getæ.

obsequiosa tuo cantu struxerunt nova mœnia. Piscis, fabula vulgata lyræ Arioniæ, creditur motus fuisse cantu, quamquam esset mutus. Disce etiam pulsare utraque manu naulia delectantia: illa apta sunt suavibus lusibus. Musa Callimachi sit tibi perspecta, sit poëtæ Coi, sit quoque Teia senis potoris. Cognita sit etium Sappho; quid enim mollius illa? et a quo pater decipitur dolis Getæ callidi. Possis etiam

quaslibet.—317 Pat. et Arg. *resonent.*—324 Pal. unus *offic. duos;* unde Heins. conj. *tuos.*—327 Al. *nablia palma:* Pal. *lamina:* alius *nubila.*—328 R. et Arund.

NOTÆ

tricipitem, quem atras aures demittere cantus suavitate coëgit, cum ad Inferos Eurydicen uxorem a Plutone ivit repetitum.

323 *Vindex*] De Amphione loquitur, Jovis et Antiopes filio, qui lyræ a Mercurio acceptæ sono, hoc ab Horatio habuit elogium; 'Dictus et Amphion, Thebanæ conditor urbis, Saxa movere sono testudinis, et prece blanda Ducere quo vellet.' Dictus autem est *vindex,* ideo quod una cum fratre Letho Lycum matris maritum, Dircenque superinductam pellicem, interfecerunt.

326 *Arioniæ*] Fuit Arion Poëta Lyricus, patria Methymneus e Lesbo insula, qui artis beneficio, quam profitebatur, cum multam pecuniam collegisset, patriamque repetens, propter opes, sibi paratas insidias mortemque cognovisset, nautas orasse fertur, ut carmen aliquod prius sibi concinere liceret, quam moreretur; quo impetrato, sumta cithara suavissime carmen modulans, in mare sese dejecit: sed a delphino, quem cantu exciverat, dorso exceptus ad Tænarum deportatus est.

327 *Naulia*] *Nablium* sive *naulium* nomen est barbarum instrumenti musici, quod Græci vocant *psaltcrium.*

329 *Callimachi*] Callimachus Poëta fuit insignis, Batti filius, cui primas in Elegia Quintilianus tribuit, cujusque nonnulla opera supersunt.

Coi] Philetas est Poëta Elegiographus, ex Co Ægæi maris insula orundus, qui Philippi et Alexandri magni temporibus floruit.

330 *Teia*] De Anacreontis Lyrici Poëtæ et supra modum lascivi Musa loquitur, cujus Patria Teios fuit, Ioniæ civitas.

331 *Sappho*] Poëtria fuit Mitylenea, quæ cum Alcæo claruit, usque adeo insignis, ut Musarum choro ascribi meruerit. Ab ea Sapphicum carmen nomen invenit.

332 *Cuive*] Terentium dicit, apud

Et teneri possis carmen legisse Properti :
  Sive aliquid Galli, sive, Tibulle, tuum.
Dictaque Varroni fulvis insignia villis
  Vellera, germanæ, Phryxe, querenda tuæ.
Et profugum Ænean, altæ primordia Romæ ;
  Quo nullum Latio clarius extat opus.
Forsitan et nostrum nomen miscebitur istis ;
  Nec mea Lethæis scripta dabuntur aquis.
Atque aliquis dicet, Nostri lege culta magistri
  Carmina, quis partes instruit ille duas.
Deve tribus libris, titulus quos signat Amorum,
  Elige, quod docili molliter ore legas.

legisse carmen mollis Propertii : sive aliquid Galli, sive tuum, o Tibulle: possis *etiam* legisse *vellera flenda sororis tuæ, Phryxe, spectabilia villis aureis, celebrata a Varrone : et Æneam profugum, initium excelsæ Romæ ; quo* opere *nullum datur illustrius apud Latinos. Forsitan nomen etiam nostrum apponetur istis ; nec scripta mea mittentur in aquas Lethæas. Atque aliquis dicet, Inspice elegantes versus nostri magistri, quibus ille instituit partes duas. Vel elige de tribus libris, quos titulus indicat Amorum, quod amatorie legas ore facili. Vel cantetur a te*

Verrere: vulgo *Vertere.*—332 Unus Heins. *pater vasti.*—334 Francius, *Tibulle, tui.*—343 Vulg. *Deque tribus:* in uno Pal. *De velerum.* Ba. *amores:* Pat.

NOTÆ

quem Getam herum suum simul et ejus fratrem fallere invenias.

334 *Galli*] Jam aliquid antea de isto Cornelio Gallo insigni Poëta diximus. Augusto fuit amicitia conjunctissimus, a quo Ægypti præses constitutus; quanquam adversus eum conjurasse non obscure indicat Suetonius, quamobrem et sibi violentas manus intulisse creditus est.

335 *Varroni*] Non de illo omnium Romanorum eruditissimo loquitur, philosopho pariter et poëta, tantopere laudato; sed de Varrone alio Attacino; ab Attace Narbonensis provinciæ vico, sic dicto, qui Argonautica scripsit.

336 *Phryxe*] Fuit Phryxus Athamantis et Nepheles filius, qui una cum sorore Helle, conscenso aurei velleris aricte, Inus novercæ insidias fugiens, pontum transfretare aggressus est; quo incepto Helle periit, quæ aquæ strepitu territa in mare decidit.

337 *Æncan*] Per Æneam Virgilii Æneiden intellige, qua illius herois virtus celebratur.

Primordia] Quomodo in Latium Trojani excidii reliquias Æneas deduxerit, a quibus orti qui Romæ posuerunt fundamenta, ex Virgilio cognoscimus.

340 *Lethæis*] Fuit Lethe fluvius inferorum, cujus aquam quicumque gustasset, præteritorum omnium obliviscebatur.

342 *Duas*] Viros et fœminas, scil.

Vel tibi composita cantetur Epistola voce;
  Ignotum hoc aliis ille novavit opus.
O ita, Phœbe, velis; ita vos, pia numina vatum,
  Insignis cornu Bacche, novemque Deæ!
Quis dubitet, quin scire velim saltare puellam;
  Ut moveat posito brachia jussa mero?
Artifices lateris, scenæ spectacula, amantur:
  Tantum mobilitas illa decoris habet.
Parva monere pudet: talorum ducere jactus
  Ut sciat, et vires, tessera missa, tuas.
Et modo tres jactet numeros: modo cogitet, apte
  Quam subeat partem callida, quamque vocet.

Epistola voce accommodata; ille invenit hoc opus incognitum aliis. O ita faveas, Phœbe; ita vos, Bacche spectabilis cornu, et Deæ novem, pia Numina poëtarum! Quis in dubium revocet, quin cupiam puellam posse saltare; ut agitet lacertos provocatos, vino remoto. Histriones, spectacula scenæ amantur; tantum illa mobilitas habet venustatis. Pudet monere parva; ut didicerit jactare talos, et vires tuas, tessera jacta. Et modo jactet tres numeros; modo reputet, quam partem utiliter cauta

---

et duo al. *amoris*.—350 Sch. *brachia passa:* duo *missa:* unus Be. *brachia sæpe*.—351 Pro *amantur* Heins. vult *emuntur*.—353 *Ducere* Jun. et Pat. 1. alii *dicere:* multi *discere*.—355 Duo codd. et edd. quidam *numero*.—In Mor. et

NOTÆ

345 *Epistola*] De epistolis loquitur, quas nomine conscripsit Heroidum, ubi plurima amatoria reperias.

346 *Novavit*] Epistolarum scribendarum laudem aucupatur Poëta, quia aliis ante ipsum non usitatum illud scribendi genus.

348 *Novemque*] De Musis loquitur. Bacchum quod attinet, illum jam antea vidimus Poëtis amicum. Plura qui cupit Horat. adeat, et Od. II. 19. legat, qua Bacchum carmina docentem audiet.

351 *Artifices lateris*] Histriones sunt, qui in lateribus coërcendis et concinne movendis non levem ponunt operam.

353 *Talorum*] Tali quatuor tantum, tesseræ quibus et hodie utimur, sex habebant latera.

354 *Missa*] Notum est hodie, quomodo in pyrgo aut turricula tesseræ agitentur, et ex eo in alveum seu tabulam lusoriam emittantur. Notæ etiam variæ leges quibus vincunt aut vincuntur qui aleæ student; ut nihil opus sit pluribus rem apertam patefacere.

355 *Tres*] Quamobrem *tres*, me nescire plane fateor: quod ut quisque explicet, veterum perspectam ludendi rationem habeat, necesse arbitror: tanti ego non duxi.

356 *Quam subeat partem*] Cui sit periculo subjecta, inquit Merula. Ego per *partem*, numerum intelligo, quo ad vincendum opus sit: nam conjectura omnino opus est in his levibus culis, quæ, ludendi modus quia varius est, haud scio an quisquam satis

Cautaque non stulte latronum prælia ludat:
  Unus cum gemino calculus hoste perit.
Bellatorque sua prensus sine compare bellat:
  Æmulus et cœptum sæpe recurrit iter.
Reticuloque pilæ leves fundantur aperto:
  Nec, nisi quam tolles, ulla movenda pila est.
Est genus in totidem tenui ratione redactum
  Scriptula, quot menses lubricus annus habet.
Parva tabella capit ternos utrimque lapillos;
  In qua vicisse est, continuasse suos.
Mille facesse jocos. Turpe est nescire puellam
  Ludere: ludendo sæpe paratur amor.
Sed minimus labor est, sapienter jactibus uti.
  Majus opus, mores composuisse suos.

ineat, et quam petat. Et callida non ludat inepte certamina latronum: cum calculus unus perit hoste gemino. Et bellator correptus sine sua compare certat; et æmulus sæpe pedem refert promotum. Et pilæ expolitæ spargantur, reticulo aperto: nec pila ulla movenda, nisi quam rapies. Est genus lusus facile distributum in totidem scrupos, quot annus celer habet menses. Parva tabella habet ternos calculos utrimque; in qua continuasse suos est superasse. Finge mille ludos; indecorum est puellam nescire ludere; amor conciliatur sæpe ludendo. Sed labor est minimus uti perite jactibus: majus opus temperasse mores suos. Dum minus cavemus, et dete-

---

quibusdam aliis post v. 357. hi duo inserti legebantur: *Prælia laudantur, quo capiatur amans. Prælia laudantur latronum imitantia pugnas, Unus, &c.*—358 Apr. et unus Heins. *Unus et in gem.*—359 Multi codd. *pressus sine conjuge:* Apr. *præsens.* Prima Ed. cum R. Sa. et al. quibusdam *sua et bellat.* Plures *bellet:* al. *pugnet:* N. *ludat.*—360 Edd. Mycill. Bersm. et una Ven. *recurrat opus.*—361 Pal. unus *Lecticuloque quidem lenes.*—363 Quidam codd. *ratione reductum.*—364 Al. *Spicula, quot.*—366 Leid. et quatuor al. *continuisse suos:* tres libri *cont. duos.*—367 *Fucesse* R. et quatuor alii: vulgo *fac esse,* vel

NOTÆ

certo possit probare.

357 *Latronum*] Ante monui hunc esse ludum quem nostri dicunt *des échecs.*

359 *Compare*] De Regina intelligit, quam eo nomine in calculorum ludo vocitant. Sed hæc omnia frustra peritis juxta et imperitis quisquam exponat, quæ solo usu cognoscuntur.

361 *Reticuloque*] Ludum describit, cujusmodi nos nullum, quod quidem sciam, hodie habemus; nisi forte illum aliquatenus imitantur pueri, dum sulfurata aut bacillos manu comprehensos in mensam spargunt, quos singulos immotis aliis oporteat colligere.

364 *Scriptula*] Scrupos dicit, quibus etiam hodie utimur in eo ludo quem vocamus *les dames.*

Quot menses] Duodecim vero scrupis collusor uterque utitur.

365 *Ternos*] Ludum describit, quem dicimus *aux merelles.*

369 *Jactibus*] Id est, numero qui ex tesseratum jactu oritur.

Dum sumus incauti, studioque aperimur in ipso;
  Nudaque per lusus pectora nostra patent;
Ira subit, deformc malum, lucrique cupido;
  Jurgiaque, et rixæ, solicitusque dolor.
Crimina dicuntur: resonat clamoribus æther:
  Invocat iratos et sibi quisque Deos.
Nulla fides: tabulæque novæ per vota petuntur:
  Et lacrymis vidi sæpe madere genas.
Jupiter a vobis tam turpia crimina pellat,
  In quibus est ulli cura placere viro.
Hos ignava jocos tribuit Natura puellis:
  Materia ludunt uberiore viri.
Sunt illis celeresque pilæ, jaculumque, trochique,
  Armaque, et in gyros ire coactus equus.
Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo;
  Nec Thuscus placida devehit amnis aqua.

gimur in studio ipso, et mens nostra patet nuda per ludos; ira malum turpe, et cupiditas lucri irrepit; et jurgia, et rixæ, et dolor anxius. Probra objiciuntur; aër personat clamoribus; et quisque sibi implorat Deos iratos. Nulla fides tabulis, quæ non petuntur per vota: et vidi sæpe genas humidas esse lacrymis. Jupiter amoliatur a vobis, quæ curatis placere ulli viro, crimina tam indecora. Natura imbellis dedit hos ludos fœminis: viri ludunt materia ampliore. Sunt illis pilæ veloces, et jaculum, et trochi, et arma, et equus jussus moveri in orbes. Nec Campus vos accipit, nec Virgo gelidissima; nec fluvius Thuscus aufert aqua levi. At licet, et

---

face esse.—371 *Dum sumus* pr. Ed. et quatuor scripti; vulgo *Tunc sumus.* Alii *ab ipso.*—377 Lectionem nostram unus Heins. exhibet: vulgo *Nulla fides tabulis, quæ non per.* R. 1. et quatuor al. *tabulæ:* R. 3. pro div. lect. *talis, quæ non per.*—380 Heins. conj. *si quibus est.*—383 R. 3. pro div. lect. *teretesque*

NOTÆ

371 *Studio*] Ludendi, scil. aut vincendi.

373 *Deforme*] Quod vultum et oculos deformat.

376 *Iratos*] Qui iræ nostræ participes facti, illatam, nostro judicio, injuriam ulciscantur.

377 *Tabulæque novæ per vota petuntur*] Lego, *Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur.* Quid sibi alii in expositione hujus versus voluerint, non satis assecutus sum; sic tamen intelligo: videtur dicere Poëta male lusori fidendum esse, cujus votis, neque ludus, neque alea, neque Dii favent: quippe qui in collusorem, damni impatientia, sæpissime insurgat.

381 *Ignava*] Ut puellis non liceat tanquam armatis pugnare.

385 *Campus*] Campum Martium dicit, ubi ludorum et omni genere certaminum sese Romana juventus exercebat.

Virgo] Aqua fuit in Campum Martium derivata, qua sudorem et pulverem abluebant qui sese in eo exercebant. Illam autem a virgine, quæ

At licet, et prodest, Pompeias ire per umbras;
  Virginis æthereis cum caput ardet equis.
Visite laurigero sacrata Palatia Phœbo:
  Ille Parætonias mersit in alta rates.
Quæque soror conjuxque Ducis monumenta pararunt:
  Navalique gener cinctus honore caput.
Visite thuricremas vaccæ Memphitidos aras:
  Visite conspicuis terna theatra locis.
Spectentur tepido maculosæ sanguine arenæ;
  Metaque ferventi circueunda rota.

juvat ambulare per porticus Pompeias; cum caput æstuat equis æthereis Virginis. Celebrate Palatia dicata Phœbo laurifero: ille detrusit naves Paratonias in profundum. Visite *etiam monumenta, quæ soror et uxor Imperatoris struxerunt; et gener redimitus caput corona navali. Frequentate altaria thuricrema juvencæ Memphiticæ: adite terna theatra locis conspicuis. Arenæ tinctæ sanguine tepido spec-*

---

pilæ.—386 Me. *liquidis devehit amnis aquis.*—387 Tres libri *sub umbras.*—390 R. 1. et duo alii *Parætonicas.*—391 Francius *in ima.*—392 L. et duo al. *vinctus hon.*—394 Unus Pat. *trina theatra.*—395 Al. *maculatæ.*—399 Al. *atque Orphea*

NOTÆ

ejus aquæ fontem indicavit, ut Frontinus docet; vel potius, ut Plinius scribit, id nominis ex eo sortitam volunt, quod ad Herculaneum rivum ubi pervenit, eum refugit, quasi Herculis congressum metuat.

386 *Thuscus*] De Tiberi loquitur, qui ab Apennino monte defluens per Thusciam Romam defertur; quem fluvium Romani, exercitii causa, natando superare consueverant.

387 *Pompeias*] De porticu loquitur Pompeii, de qua antea, quæ in Campo Martio fuit.

388 *Virginis*] Æstatem designat, qua docente Hygino per Cancrum, Leonem, et Virginem Sol transit.

389 *Palatia*] De porticu loquitur, de qua etiam supra I. 73. quam in Palatino Augustus una cum templo Apollini sacram fecit.

390 *Ille*] Apollo, qui in pugna Actiaca Augusto affuisse dictus est: qua de re Virgilius, itemque Plutarchus.

Parætonias] Ægyptias dicit, quibus usus est Antonius adversus Augustum, a Parætonio Ægypti urbe maritima.

391 *Soror*] Octaviam dicit Augusti sororem, cujus nomine ædificata fuit porticus, juxta Marcelli filii theatrum.

Conjux] Livia est, Augusti uxor, quæ etiam suo nomine porticum habuit.

392 *Cinctus*] Agrippam dicit, Augusti generum, quem ille post debellatum Pompeium in Sicilia, ut Plinius scribit, navali corona decoravit; a quo etiam porticus una nomen accepit.

393 *Memphitidos*] De templo Isidis intelligit, cujus supra, I. 77. meminit Poëta.

394 *Terna*] Ea in campi Martii vicinitate fuisse docet Strabo.

395 *Sanguine*] Gladiatorum, scil. qui illic suum sanguinem profundebant.

Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido.
Fructus abest, facies cum bona teste caret.
Tu licet et Thamyran superes, et Amœbea cantu ;
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
Si Venerem Cous nusquam posuisset Apelles ;
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.
Quid petitur sacris, nisi tantum fama, poëtis ?
Hoc votum nostri summa laboris habet.
Cura Ducum fuerunt olim Regumque poëtæ :
Præmiaque antiqui magna tulere chori.
Sanctaque majestas, et erat venerabile nomen
Vatibus : et largæ sæpe dabantur opes.
Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

tentur ; et meta ambienda rota fervida. Quod latitat est incognitum ; nullum desiderium rei incognitæ. Utilitas nulla est, cum pulchra facies caret teste. Licet tu vincas cantu et Thamyran et Amœbea ; non erit magnus favor lyræ ignotæ. Si Apelles Cous nusquam pinxisset Venerem ; illa lateret submersa aquis marinis. Quid quæritur a sacris vatibus, nisi fama tantum ? summa nostri laboris habet hoc votum. Poëtæ fuerunt olim cura Deorum et regum : et chori antiqui reportaverunt ingentia præmia. Erat etiam majestas sancta et nomen reverendum poëtis : et amplæ divitiæ sæpe offerebantur. Ennius natus in montibus Calabris emeruit erigi

---

cantu.—400 Quidam *gloria magna.*—401 Duo Bersm. unus Heins. et ed. Gryph. ann. 1554. *Cois nunquam.* Alii *nunquam pinxisset.*—404 Sa. *fama laboris.*—405 R. et quatuor al. *Cura Deum.* Exc. I. *fuerunt :* vulgo *fuerant.*—406 Tres libri *multa tulere.*—409. 410 Hosce versus emendavit Parrhasius in

NOTÆ

396 *Metaque*] Per metam Circum intellige, aut ludos in Circo celebrari solitos.

397 *Quod latet*] Ea gratia puellas docet loca publica frequentare, ut a viris videantur, deinde amentur.

399 *Thamyran*] Fuit Thamyras poëta Thracius, qui Musas etiam lyra provocare ausus, victus ab iis, oculis et lyra privatus est.

Amœbea] Fuit Amœbeus citharœdus Atheniensis magni nominis, de quo Athenæus, Plutarchus, et alii.

401 *Venerem*] Eam Anadyomenen e mari egredientem pinxerat Apelles, quam in delubro patris Cæsaris Augustus dedicavit.

Apelles] Pictor fuit, cujus etiamnum hodie fama præstantissimum prædicat, qui tempore floruit Alexandri magni. Patriam eandem cum Hippocrate medico habuit Coon, Ægæi maris insulam, et urbem.

404 *Votum*] Ut, scilicet, fama nostra præclara sit, et plurimis fausto nomine innotescamus.

406 *Chori*] Proprie *chorus* multitudo est canentium aut saltantium ; sed hic pro Poëtis ponitur.

409 *Ennius*] Poëta fuit ingenio

Nunc hederæ sine honore jacent: operataque doctis
Cura vigil Musis nomen inertis habet.
Sed famæ vigilare juvet: quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus?
Quis Danaën nosset, si semper clausa fuisset;
Inque sua turri perlatuisset anus?
Utilis est vobis, formosæ, turba, puellæ.
Sæpe vagos ultra limina ferte pedes.
Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam:
Et Jovis in multas devolat ales aves.
Se quoque det populo mulier speciosa videndam:
Quem trahat, e multis forsitan unus erit.
Omnibus illa locis maneat studiosa placendi:
Et curam tota mente decoris agat.
Casus ubique valet: semper tibi pendeat hamus.
Quo minime credas gurgite, piscis erit.
Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant:
Inque plagam nullo cervus agente cadit.

tibi proximus, Scipio magne. Nunc hederæ neglectæ jacent: et cura vigil addicta doctis Musis habet famam ignavæ. Verum placeat famæ studere: cui cognitus esset Homerus, si Ilias opus æternum latuisset! Cui cognita esset Danaë, si fuisset semper inclusa; et usque delituisset anus in sua turri? O pulchræ puellæ; cœtus vobis prodest. Efferte sæpe pedes incertos domibus. Lupa it ad multas oves, ut unam surripiat: et avis Jovis devolat in multas aves. Fœmina formosa præbeat se quoque aspiciendam populo: forsitan unus erit e multis, quem capiat. Illa studeat placere omnibus locis: et toto animo curam gerat venustatis. Fors ubique valet; hamus semper tibi pendeat. Piscis invenietur in gurgite, quo minime arbitreris. Sæpe canes vagantur frustra in montibus nemorosis: et cervus ruit in retia nullo

---

comment. ad Claudiani Raptum Proserpinæ, lib. I. 42. cum in scriptis omnibus sit *in montibus hortos* (vel *ortos*) *Contiguos pæne tibi*, vel *tuis*. R. *pœnis*.—411 Unus Heins. *honore manent*. Idem cum sex al. *operosaque doctis*.—413 Al. *invigilare juvat*.—416 Al. *si latuisset*: tres *delatuisset*: Arg. *delituisset*: Fr. et duo al. *prælatuisset*.—417 *Turba* R. V. unus et pr. Ed. vulgo *cura*.—418 Al. *extra lim.* Heins. *ferte* reposuit pro *ferre*.—419 Al. *In multas*. Arg. *In multas lupus exit oves*.—421 Al. *formosa videndam*.—426 *Credas* unus V. Jun. *credes*: vulg. *credis*.—427 Mor. et duo alii *canis...errat*.—428 Vulg. *Inque plagas*. Be.

NOTÆ

maximus, arte rudis, qui Rudias Calabriæ oppidum patriam habuit, Scipioni Africano majori adeo charus, ut e marmore in Scipionum sepulcro constitutus, ne eo quidem divelli voluerit.

411 *Hederæ*] Id est, Poëtæ, qui hedera coronantur.

414 *Ilias*] Alterum est Homeri opus, quo Ilii seu Trojæ describitur excidium.

416 *Anus*] Id est, quæ in sua turri

Quid minus Andromedæ fuerat sperare revinctæ,
Quam lacrymas ulli posse placere suas?
Funere sæpe viri vir quæritur. Isse solutis
Crinibus, et fletus non tenuisse, decet.
Sed vitate viros cultum formamque professos;
Quique suas ponunt in statione comas.
Quæ vobis dicunt, dixerunt mille puellis.
Errat, et in nulla sede moratur amor.
Fœmina quid faciat, cum sit vir levior ipsa;
Forsitan et plures possit habere viros?
Vix mihi credetis; sed credite: Troja maneret,
Præceptis Priami si foret usa sui.
Sunt qui mendaci specie grassentur amoris,
Perque aditus tales lucra pudenda petant.
Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo:
Nec brevis in rugas cingula pressa suas.
Nec toga decipiat filo tenuissima: nec si
Annulus in digitis alter et alter erit.

insequente. Quid minus fuit expectandum Andromedæ constrictæ, quam lacrymas suas posse cuiquam placere? Vir captatur sæpe in *excquiis viri: decet incedere capillis passis, et non cohibuisse ejulatus. Sed fugite viros profitentes ornatus et speciem, et qui ordinant suos capillos. Dixerunt mille puellis, quæ dicunt vobis. Amor* eorum *vagatur, et in nullo loco permanet. Quid faciat puella, cum vir sit ipsa expolitior, et forte possit habere plures viros? Vix mihi fidem habebitis, sed habete: Troja staret, si paruisset monitis sui Priami. Sunt qui mendaci amoris titulo prædabundi oberrent, et quærant erubescendum questum per ejusmodi accessus. Nec capilli splendidissimi nardo liquida vos decipiant: nec brevis fascia astricta in sinus suos. Nec toga filo subtilissima fallat: nec si multus annulus erit in digitis:*

---

et quatuor al. *agente venit*.—429 Nonnulli codd. *sperare relictæ*, et *revictæ*. Al. *Andromede potuit sperare revincta*.—431 Vulg. *Ire solutis*.—437 Multi *faciet;* et *vir sit*.—440 Al. *usu senis:* alii *Priame, si f. u. tuis*.—441 Leid. et tres alii *mendacis*. Vulg. *grassantur*.—443 Al. *liquido:* quatuor *nitido liquidissima nardo*.—444 R. et al. nonnulli *lingula pressa:* alii *ligula*. Cod. Gruteri

NOTÆ

fuisset anus facta.

420 *Jovis ales*] Aquila.

440 *Priami si*] Quia ille Helenam, belli causam, reddendam censebat.

442 *Aditus*] Amoris speciem, scil.

443 *Nardo*] Nardus, vel Nardum, planta est seu frutex, ex India aut Syria; ex quo unguentum pretiosissimum parabatur.

444 *Rugas*] Quas faciunt vestes fascia collectæ.

Cingula] Fasciam dicit, qua cingebatur toga.

Forsitan ex horum numero cultissimus ille
Fur sit; et uratur vestis amore tuæ.
Redde meum, clamant spoliatæ sæpe puellæ:
Redde meum, toto voce boante foro.
Has, Venus, e templis, multo radiantibus auro,
Lenta vides lites, Appiadesque Deæ.
Sunt quoque non dubia quædam mala nomina fama:
Deceptæ a multis crimen amantis habent.
Discite ab alterius vestris timuisse querelis:
Janua fallaci nec sit aperta viro.
Parcite, Cecropides, juranti credere Theseo;
Quos faciet testes, fecit et ante, Deos.
Et tibi, Demophoon, Thesei criminis hæres,
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittant, totidem promittite verbis:
Si dederint, et vos gaudia pacta date.

forsitan ille ornatissimus ex horum numero fur sit; et flagret desiderio vestis tuæ. Pone meum, vociferantur sæpe puellæ nudatæ: toto foro voce remugiente, Pone meum. Venus mollis, et tuæ Appiades, cernis has rixas e templis fulgentibus multo auro. Sunt quoque rumore certo nonnulla famosa nomina: delusæ a multis habent crimen amantis. Discite ex querimoniis alterius metuisse vestris: fores ne pateant viro fraudulento. Cecropides, nolite fidem habere Theseo juranti; Deos, quos adhibebit testes, prius adhibuit. Nec ulla tibi superest fides, Demophoon, hæres perfidiæ Theseæ, Phyllide elusa. Si multum polliceantur, polliceamini totidem verbis: si dederint, vos etiam præbete voluptatem promissam. Illa potest opprimere flammas

---

impexas lingula nexa comas.—446 Octo libri *unus et alter.*—452 *Lenta* R. vulgo *Læta.* Alii *videt.* R. 1. et al. *Appiadesque tuæ.* Aruud. et unus Be. *Læta videt l. App. suæ.*—453 R. 2. *dubiæ famæ.*—454 Fr. *crimen amoris.* Burm. vult totum distichon sic legi: *Sunt quoque non dubia quidam mala nomina fama, Deceptæ et multi crimen amantis amant.*—455 To. *vobis timuisse:* Jun. *remuisse:* sex *tenuisse:* N. et Be. *caruisse:* Burm. conj. *vobis cavisse.*—461 *Promittant* meliores:

NOTÆ

452 *Appiadesque*] Meretriculas dicit, quæ extra urbem, via Appia, circaque templum illic Veneri dicatum, habitabant.

453 *Mala nomina*] Plane hunc locum commentator non intellexit, siquidem ego aliquid video. Per nomina viros intelligo, nequitia sua et dolis factos celebres, quos fugitare debere puellas, ne ipsæ eorum in se crimen derivent, docet Poëta.

457 *Cecropides*] Athenienses puellas, a Cecrope rege sic dictas, Poëta compellat, quas perfido Theseo, qui Ariadnen destituit, minus credere debere, admonet; quo exemplo quaslibet ab omnibus protritæ famæ hominibus abstinere jubet.

459 *Hæres*] Quia patris Thesei exemplo qui Ariadnen descruerat, De-

Illa potest vigiles flammas extinguere Vestæ;
Et rapere e templis, Inachi, sacra tuis;
Et dare mixta viro tritis aconita cicutis;
Accepto Venerem munere si qua negat.
Fert animus propius consistere, supprime habenas,
Musa; nec admissis excutiare rotis.
Verba vadum tentent abiegnis scripta tabellis.
Accipiat missas apta ministra notas.
Inspice: quodque leges, ex ipsis collige verbis,
Fingat, an ex animo, solicitusque roget.

Vestæ inextinctæ; et tollere sacra e templis tuis, o Inachi; et viro porrigere aconita intrita tusis cicutis; si aliqua negat Venerem dono accepto. Mens est propius accedere; corripe lora, o Musa; nec proturberis rotis ferventibus. Si *verba exarata tabellis abiegnis tentent vadum: famula idonea accipiat literas missas. Inspice, et ex verbis ipsis cognosce, an simulet quod leges, an petat anxius et sin-*

---

vulg. *promittent:* alii *promittunt.*—463 In uno Pat. *vigili;* unde Heins. vult *vigilis.*—469 Vulg. *tentant.* Prima Ed. R. et al. nonnulli *alienis scripta:* unde

NOTÆ

mophoon Phyllida destituit, ut in epistolis vidimus.

463 *Vestæ*] Ignis ipse est, quem Vestam virginem incorruptam voluerunt, Vestæ antiquæ Deum matris, quæ Terra est, filiam; cujus nulla fuit effigies, sed ejus loco, in templo ignis sempiternus magna solicitudine a virginibus vestalibus custodiebatur.

464 *Inachi*] Isis est, vel Io, Inachi filia, de qua jam toties.

465 *Aconita*] Aconitum, sicut et cicuta plantæ sunt seu herbæ venenosæ.

467 *Propius*] Metaphora sumta est a curulibus certaminibus, in quibus, ut jam sæpe monuimus, artis erat currus rotam interiorem, ut compendiosissimum circulum describeret, quam proxime metam admovere. Sensum vero non assecutus videtur Merula; tacuerunt alii, quos quidem ego vidi. Hunc autem esse arbitror. In eo est Poëta, ut quæ fœminas spectant, magis quam quæ viros moneat; qui nihilominus proxime præcedentibus versibus quædam viris depromsit aptissima, cum puellas tanquam scelestissimas damnavit, quæ Venerem accepto munere denegaverint. Ad scopum jam, quasi aberrasset, revertitur Naso, atque Musam hortatur propius metam accedat, puellisque non viris consulat.

469 *Verba vadum*] Metaphora est, qua amantium aut amare simulantium virorum in capiendis puellis ratio cognoscitur; quam quomodo deludant, eas postmodum docebit. Perinde verbum *tentent* expone ac si esset, Cum tentant, aut Si tentent.

471 *Quodque*] Acute profecto ex ipsis verbis legendum aut colligendum esse monet Poëta, fingatne, an ex animo roget, qui ad puellam scribit; vix enim qui nec solicitus, nec amans, soliciti et amantis verba facile et ut fert rei natura expresserit.

Postque brevem rescribe moram: mora semper amantes
Incitat, exiguum si modo tempus habet.
Sed neque te facilem juveni promitte roganti:
Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.
Fac timeat speretque simul: quotiesque remittes,
Spesque magis veniat certa, minorque metus.
Munda, sed e medio, consuetaque verba, puellæ,
Scribite: sermonis publica forma placet.
Ah quoties dubius scriptis exarsit amator;
Et nocuit formæ barbara lingua bonæ!
Sed quoniam, quamvis vittæ careatis honore,
Est vobis vestros fallere cura viros;
Ancillæ puerive manus ferat apta tabellas:
Pignora nec juveni credite vestra novo.

cere: et rescribe post exiguum spatium: dilatio semper inflammat amantes, si modo exigua est mora. Sed neque te præbe facilem adolescenti oranti: nec tamen recusa ore pertinaci, quod cupit. Fac metuat et speret simul: et quoties remittes, et spes magis tuta accedat, et minor metus. Puellæ, scribite verba culta, sed usitata, et e medio petita: forma orationis usu approbata arridet. Ah quoties amator fluctuans scriptis insanivit; et lingua barbara obfuit laudatæ formæ! Sed quoniam, utcumque absit laus vittæ, solicitæ estis decipere viros vestros; manus idonea famulæ vel pueri portet tabellas; nec committite vestra pignora ignoto juveni. Ego vidi

---

Heins. conj. *acernis.*—471 Al. *dumque leges.*—475 Heins. vult *permitte roganti.*—476 Al. *edure:* quidam *e toto,* vel *ex toto.* R. 3. et unus V. *ore nega:* vulgo *ille, nega.*—478 Al. *Spes magis hinc veniat:* Heins. *Spes magis huic veniat.*—479 Unus V. *Blanda, sed.*—480 Al. *verba placent.*—481 *Dubius* pr. Ed. R. et tres alii: vulgo *dubiis.*—485 *Apta* Arg. Pat. unus et V. vulgo *arte.* Quidam *ante, apte, arta.* Vetus cod. Scalig. *premat arte tabellas.*—486 Al. *pucro novo.*

NOTÆ

473 *Brevem moram*] Duo dicit, mora ut detur, deinde brevis sit.

474 *Incitat*] Quia inter spem metumque fluctuans animus accenditur, et acuuntur spiritus; qui tamen mora, si nimia est, residunt. Inde fit, ut gratiam qui maximam cupit inire cujusquam, non prius vota ejus implere debeat, quam multum ferbuerint. Qui autem a semetipso veram laudem expetierit, etiam aliorum vota prævertat: nam evenit sæpissime, ut illum callidum sua spes frustretur; hunc generosum et fortem sua nec laus nec merces unquam destituat.

481 *Dubius*] Ob puellæ verba ambigua.

483 *Vittæ*] Vittas castitatis et pudicitiæ symbolum antea diximus: adeoque non nisi ad infames meretriculas scribit poëta; quæ quomodo, quove animo legamus nostrum est internoscere. Malis omnia mala, etiam bona; bonis omnia bona, etiam mala: mentem humanam tentant omnia; quid quisque amplectatur ipse curet. Quanquam nequidem cogitando tetigisse quæ nos suaviter solicitant, et

Vidi ego, pallentes isto terrore puellas,
  Servitium miseras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem, qui talia pignora servat:
  Sed tamen Ætnæi fulminis instar habet.
Judice me fraus est concessa, repellere fraudem:
  Armaque in armatos sumere jura sinunt.
Ducere consuescat multas manus una figuras.
  Ah pereant, per quos ista monenda mihi!
Nec nisi deletis tutum rescribere ceris:
  Ne teneat geminas una tabella manus.
Fœmina dicatur scribenti semper amator;
  Illa sit in vestris, qui fuit ille, notis.
Sed libet a parvis animum ad majora referre,
  Plenaque curvato pandere vela sinu.

puellas infelices pallidas isto pavore premi servitio in omne tempus. Ille quidem perfidus, qui retinet talia munera: sed tamen habet potestatem fulminis Ætnæi. Per me licet artem arte deludere: nec jura prohibent capere arma adversus armatos. Una manus discat pingere diverso charactere. Ah pereant, per quos ista a me inculcanda! Nec tutum rescribere nisi ceris abstersis: ne una tabella duas habeat manus. Fœmina dicatur semper amator scribenti. Illa sit in vestris literis, qui fuit ille. Sed animum placet a parvis ad majora retrahere, et plena carbasa expli-

Jun. *vestra rudi.* R. *credita nostra.*—487 L. *fallentes ipso latore puellas.* Jun. *deceptos isto latore:* Apr. et tres al. *deflentes isto terrore:* multi *fallentes.*—489 Al. *munera servat:* L. *captat.*—493 Voss. *varias manus.*—494 Arg. *Di pereant.*—496 Vulg. *Nec teneat.*—497 *Scribenti* quatuor codices: vulg. *scribentis.*—499 *Sed libet* alter Me. al. *Si licet;* meliores *Sed licet:* Mor. *Si libet:* Arund.

NOTÆ

statim convellunt, nullus credo non dixerit tutissimum, nisi quærit proteri, qui jam sua sponte victus est.

486 *Credite*] Tabellas ab ancilla referendas esse innuit, ne eas novus amator pignora habeat, quibus puellam quovis tempore accusare possit et arguere.

487 *Terrore*] Qui ex creditis tabellis oritur; quia, scilicet, metuit semper fœmina sese ne quando iratus amator apud maritum accuset.

488 *Servitium*] Cogitur nempe fœmina, tabellarum pignore devincta, ne accusetur utcumque perfido amatori collibitum fuerit, omnia facere.

490 *Ætnæi*] In Ætna monte Jovis fulmina fabricare etiam Cyclopas voluerunt poëtæ.

493 *Multas*] Ut sua manu exaratam epistolam negare, si opus sit, puella audeat.

494 *Per quos*] Perfidus dicit, qui epistolas a fœminis acceptas maritis tradere minitantur.

496 *Geminas*] Amantis, scil. viri, et puellæ.

497 *Fœmina*] Hujus distichi sensus est, ut, mutatis partibus, cum ad puellam scribit amator, perinde scribat,

Pertinet ad faciem rabidos compescere mores.
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira; nigrescunt sanguine venæ;
Lumina Gorgoneo sævius igne micant.
I procul hinc, dixit, non es mihi, tibia, tanti;
Ut vidit vultus Pallas in amne suos.
Vos quoque si media speculum spectetis in ira;
Cognoscat faciem vix satis ulla suam.
Nec minus in vultu damnosa superbia vestro:
Comibus est oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos (expertæ credite) fastus.
Sæpe tacens odii semina vultus habet.
Spectantem specta: ridenti mollia ride.
Innuet; acceptas tu quoque redde notas.

care sinu inflato. Conducit ad vultum frænare mores furiosos. Pax lata decet homines, ira truculenta feras. Facies inflatur ira; venæ obscurantur sanguine; oculi coruscant truculentius oculis Gorgoneis. Procul hinc, tibia, inquit Pallas, non es mihi tanti, cum faciem suam intuita est in aqua. Vos quoque si aspiciatis speculum in media ira; vix ulla cognoscat satis vultus suos. Nec turgeat superbia perniciosa per vestram faciem. Amor est conciliandus oculis blandis. Odimus fastus immoderatos; (expertæ credite;) sæpe vultus silens habet causas odii. Aspice aspicientem: arride suaviter ridenti. Innuet; tu quoque remitte signa accepta.

Sed placet.—500 Multi *tendere vela:* unus *reddere:* Be. *prendere.*—501 Al. *rapidos.* V. *componere mores.*—503 Arg. *concrescunt sanguine.*—504 Al. *sævius angue.*—508 Vulg. *Cognoscet.*—509 Plures scripti et prima Ed. *Nec tumeat vultu.*—510 Quidam *Dulcibus est:* Mor. Jun. et duo al. *Mollibus.* Unus Heins. *eliciendus.*—511 Unus V. *Odimus indomitos.* R. N. et V. unus *expertæ:* vulgo

NOTÆ

ac si ipse puella foret, puella vero tanquam vir esset. Atque ex ea methodo eveniret potissimum, ut neque perfidus amans, neque maritus fœminam coarguere posset.

501 *Pertinet*] Forma nempe morum feritate, quæ in oculos et vultum erumpit, multum minuitur, vel etiam extinguitur.

504 *Gorgonea*] Tres fuerunt Gorgones Phorci filiæ, monstra, quibus caput non capillis, sed anguibus horrida, aspectu usque adeo terribili, ut in lapides illico intuentes illas rigescerent.

Igne] Ex oculis erumpente, scil.

506 *Vidit vultus*] Minervam volunt tibiam abjecisse, ejus inflatu quod vultus vidisset deformari.

512 *Tacens*] Quæcumque bona sunt, sibi quisque expetit; nec nisi aliquo fine aut bono, quo homo moveatur, quisquam alium quærit. Annon igitur illi male erit, quempiam qui quærit, videt, et amat, a quo negligitur aut spernitur? Si male erit, annon et illud, per quod sibi male est, oderit? Vultum itaque, statum, verba, omnia sua denique ad aliorum arbitrium aut commodum saltem etiam fingere dis-

Sic ubi prolusit, rudibus puer ille relictis
Spicula de pharetra promit acuta sua.
Odimus et mœstas. Tecmessam diligat Ajax:
Nos, hilarem populum, fœmina læta capit.
Nunquam ego te, Andromache, nec te, Tecmessa, rogarem,
Ut mea de vobis altera amica foret.
Credere vix videor, cum cogar credere partu,
Vos ego cum vestris concubuisse viris.
Scilicet Ajaci mulier mœstissima dixit,
Lux mea; quæque solent verba juvare viros;
Quid vetat a magnis ad res exempla minores
Sumere, nec nomen pertimuisse ducis?
Dux bonus huic centum commisit vite regendos;
Huic equites; illi signa tuenda dedit.
Vos quoque, de nobis quem quisque sit aptus ad usum,
Inspicite: et certo ponite quemque loco.
Munera det dives: jus qui profitebitur, adsit:
Facundus causam sæpe clientis agat.

Ubi puer ita prælusit, ille omissis rudibus profert sagittas acutas ex pharetra sua. Odimus etiam tristes. Ajax amet Tecmessam: fœmina festiva movet nos populum alacrem. Ego, Andromache, nunquam te orarem, nec te, Tecmessa, ut altera de vobis esset mea amica. Ego vix videor credere, cum cogar credere partu, vos consuevisse cum vestris viris. Enimvero fœmina tristissima dixerit Ajaci, Sol mi; et verba, quæ solent prodesse viris? quid prohibet petere exempla a magnis ad res minores, nec expavisse nomen ducis? Dux peritus credidit hnic centum milites *moderandos vite; huic equites; illi signa tradidit defendenda. Vos quoque videte, ad quem usum unusquisque de nobis sit idoneus: et unumquemque in certum locum referte. Dives præbeat dona: qui profitebitur jus, adsit: disertus dicat sæpe causam cli-*

experto. Unus Heins. *fatus* pro *fastus;* qui quidem conj. *flatus.*—515 Al. *prælusit.* Alii *ille sagittis.*—516 Apr. *legit acuta.*—518 Unus Heins. *læta rapit.*—520 Ba. *altera nupta.*—521 Li. *vix possum.* Pr. Ed. et duo scripti *nisi cogar credere partus;* Me. *partu.* Ed. Gryph. ann. 1554. *nisi cogat credere partus.*—525 Vulg. *Quis vetat.*—527 *Vite* R. V. unus et alii: vulgo *jure:* alter R.

NOTÆ

cant, qui sese amari, et sibi bene esse volunt.

515 *Rudibus*] Quibus non tam potenter infigitur, quodammodo tamen amor conciliatur.

517 *Tecmessam*] Ajacis captiva fuit, adeoque mœsta.

Ajax] Telamonis est filius, post Achillem Græcorum fortissimus.

519 *Andromache*] Fidissima fuit Hectoris uxor, mœstissima, quod, Troja deleta, in Pyrrhi manus venisset.

527 *Vite*] De vite loquitur, quam centurio gestabat.

Carmina qui facimus, mittamus carmina tantum.
Hic chorus ante alios aptus amare sumus.
Nos facimus placitæ late præconia formæ.
Nomen habet Nemesis : Cynthia nomen habet.
Vesper et Eoæ novere Lycorida terræ :
Et multi, quæ sit nostra Corinna, rogant.
Adde, quod insidiæ sacris a vatibus absunt :
Et facit ad mores ars quoque nostra suos.
Nec nos ambitio, nec amor nos tangit habendi :
Contemto colitur lectus et umbra foro.
Sed facile hæremus, validoque perurimur æstu ;
Et nimium certa scimus amare fide.
Scilicet ingenium placida mollimur ab arte :
Et studio mores convenienter eunt.
Vatibus Aoniis faciles estote, puellæ.
Numen inest illis ; Pieridesque favent.

entis. Qui versus struimus, mittamus tantum versus. Hæc turba sumus idonei præ ceteris ad amandum. Nos celebramus late formam quæ grata fuit. Nemesis habet famam : Cynthia habet famam. Hesperus, et terræ, quæ spectant ad Auroram, cognoscunt Lycorida : et multi exquirunt, quæ sit nostra Corinna. Adde, quod doli procul sunt a sacris poëtis : et ars nostra confert quoque ad mores suos. Nec ambitio, nec cupido habendi nos movet : lectus et umbra quæritur foro neglecto. Sed facile capimur, et æstuamus potenti amore ; et novimus amare fide nimium firma. Nempe miteseit ingenium ab arte dulci : et mores apte respondent studio. Puellæ, estote lubentes poëtis Aoniis. Numen adest illis ; et Pierides favent.

Marte : A. *turre.*—529 *Sit* N. et A. 1. vulgo *erit ;* et *in usum.*—534 Al. *Nam chorus:* unus R. *Nos chorus.*—535 Pro *late* in Arund. erat *læte:* Heins. conj. *læti.*—539 Duo libri *ab vatibus.*—540 Al. *nostra bonos.*—541 Al. *nos urget :* tres Heins. *nos urit.*—545 *Mollimur* Sa. et quatuor alii : vulgo *mollitur.* Fr. et

NOTÆ

536 *Nemesis*] Hanc Tibullus amavit, et celebravit.

Cynthia] Propertii fuit amica.

537 *Vesper*] Plaga occidentalis per vespertinam stellam intelligitur.

Lycorida] Galli Poëtæ carminibus cognita.

538 *Corinna*] Isthoc nomine amicam suam Naso celebravit.

542 *Lectus et umbra*] Amoribus res maxime aptæ.

543 *Hæremus*] Amore capimur.

545 *Ingenium mollimur*] Græcismus Poëtis familiaris.

547 *Aoniis*] Poëtas a Bœotiæ parte montana Musis sacra, quæ Aonia dicitur, Aonios nominat.

548 *Pieridesque*] Musas dicit, quæ a Pierio monte Thessaliæ, aut Pieri filiabus, quas victas in picas transformaverunt, illo nomine appellatæ sunt.

Est Deus in nobis ; et sunt commercia cœli.
  Sedibus æthereis spiritus ille venit.
A doctis pretium scelus est sperare poëtis.
  Me miserum ! scelus hoc nulla puella timet.
Dissimulate tamen, nec prima fronte rapaces
  Este. Novus viso casse resistet amans.
Sed neque vector equum, qui nuper sensit habenas,
  Comparibus frænis, artificemque regat.
Nec stabiles annis animos, viridemque juventam
  Ut capias, idem limes agendus erit.
Hic rudis, et castris nunc primum notus Amoris,
  Qui tetigit thalamos præda novella tuos ;
Te solam norit ; tibi semper inhæreat uni.
  Cingenda est altis sepibus ista seges :
Effuge rivalem : vinces, dum sola tenebis.
  Non bene cum sociis regna Venusque manent.
Ille vetus miles sensim et sapienter amabit :
  Multaque tironi non patienda feret.

Deus est in nobis ; et sunt consortia cæli. Ille spiritus mittitur sedibus cœlestibus. Nefas est expetere dona a doctis Poëtis. Me miserum ! nulla puella refugit hoc nefas. Dissimulate tamen, nec estote rapaces prima fronte : novus amans restabit viso laqueo. Sed neque eques equum moderabitur, cui nuper frœna imposita, et domitum habenis æqualibus. Nec ut capias mentes annis confirmatas, et juventutem virescentem, eadem via erit terenda. Hic inexpertus et nunc primum cognitus castris amoris, qui præda recens iniit thalamos tuos, cognoverit te solam, semper tibi uni adhœrescat. Ista seges est minienda altis sepibus. Vita rivalem : superabis, dum sola tenebis. Regna et Venus non bene stant cum sociis. Ille vetus miles amabit paulatim et sapienter : et patietur multa non ferenda novitio. Nec qua-

Pal. *nostra ab arte :* alii *blanda.*—549 Vulg. *sunt et comm.*—555 Al. *neque rector :* quidam *victor.* Jun. *qui nullas sensit.*—556 Al. *Cum paribus.* Alii *regit,* vel *reget.*—561 Mor. et septem al. *adhœreat :* N. *militet.*—562 Pal. *Texenda*

NOTÆ

550 *Spiritus*] Quo in poëmatibus pangendis opus, ut nihil vates moliantur inepte ; eorum omnia nescio quid magnum spirent.

551 *Casse*] Metaphora est a feris, quæ, cognitis insidiis, etiam esca, quam maxime appetunt, abstinere solent.

555 *Nuper sensit*] Nondum domitus est.

556 *Comparibus*] Duriori nempe fræno ad regendum equum indomitum opus est.

Artificemque] Equum dicit fræno assuetum.

558 *Limes*] Per limitem, viam intellige. Aptissima autem metaphora quomodo puellæ cum adolescentibus, quomodo cum adultioribus sit vivendum, indicat Poëta.

Nec franget postes, nec sævis ignibus uret;
Nec dominæ teneras appetet ungue genas.
Nec scindet tunicasve suas, tunicasve puellæ:
Nec raptus flendi causa capillus erit.
Ista decent pueros, ætate et amore calentes:
Hic fera composita vulnera mente feret.
Ignibus hic lentis uretur, ut humida tæda;
Ut modo montanis sylva recisa jugis.
Certior hic amor est: brevis et fœcundior ille.
Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu.
Omnia tradantur: portas reseravimus hosti;
Et sit in infida proditione fides.
Quod datur ex facili longum male nutrit amorem.
Miscenda est lætis rara repulsa jocis.
Ante fores jaceat: Crudelis janua, clamet:
Multaque submisse, multa minanter agat.
Dulcia non ferimus: succo renovemur amaro.
Sæpe perit ventis obruta cymba suis.

tiet januam, nec eam *accendet flammis furentibus; nec involabit unguibus in molles genas dominæ. Nec lacerabit vestes suas, vel vestes puellæ: nec coma dilaniata erit causa ejulandi. Ista conveniunt adolescentulis ætate et amore ardentibus: hic tolerabit plagas sævas mente pacifica. Hic ardebit moderatis ignibus, ut fax humida; ut lignum nuper desectum verticibus montanis. Hic amor est certior: ille brevis et uberior. Deripite manu propera poma quæ effluunt. Omnia doceantur: prodidimus portas hosti; et fides inveniatur in perfida proditione. Quod facile conceditur, male fovet longum amorem. Repulsa rara est jungenda festivis jocis. Sternatur ante januam: Sævæ fores, increpitet: et gerat multa modeste, multa minaciter. Non patimur dulcia: restituamur succo amaro. Navigium perit sæpe*

---

est. Duo Heins. *alta seges.*—564 Be. *Venusque juvant.*—571 Ba. *decent animos:* Jun. *juvenes.*—573 Sa. et multi al. *humida fœna:* R. *fræna:* multi *ligna.* Unus R. *Ignibus heu lentis torretur et humida tæda.*—575 Al. *gravis et fec.* Exc. I. *quamvis fœcundior:* R. *gravis et fœcundior: illa Quæ fugiunt.* Arund. *Certior huic amor est, gravis et fœcundior illi.* Edd. Mycill. et Bersm. *Certior hic amor est: brevis, at fœcundior, ille.*—577 Nonnulli *tradentur.* Alii *reserabimus.*—578 Al. *Ut sit.*—581 Vulg. *jaceant,* et *clament:* unus Pal. *cantet.*—583 *Renovemur* R.

NOTÆ

565 *Ille vetus*] De amatore loquitur qui jam diu amoris castra secutus est.

571 *Ista*] Amore insanire, januas frangere, vestes lacerare, &c.

572 *Fera*] Scilicet ferus Amor est, et fera vulnera impingit.

576 *Poma*] De juvenilibus amoribus loquitur.

577 *Hosti*] De puellis loquitur, quibus adversus viros arma tradit.

578 *In infida proditione*] Infidis puel-

Hoc est, uxores quod non patiatur amari:
Conveniunt illas, cum voluere, viri.
Obde forem; et duro dicat tibi janitor ore,
Non potes: exclusum te quoque tanget amor.
Ponite jam gladios hebetes; pugnetur acutis.
Nec dubito, telis quin petar ipse meis.
Dum cadit in laqueos captus quoque nuper amator;
Solum se thalamos speret habere tuos.
Postmodo rivalem, partitaque fœdera lecti
Sentiat. Has artes tolle; senescet amor.
Tum bene fortis equus reserato carcere currit;
Cum, quos prætereat, quosque sequatur, habet.
Quamlibet extinctos injuria suscitat ignes.
En ego (confiteor) non nisi læsus amo.
Causa tamen nimium non sit manifesta doloris;
Pluraque solicitus, quam sciat, esse putet.

pessumdatum ventis suis. Hoc est, quod non sinat conjuges amari; viri adeunt illas, cum cupiverunt. Claude januam; et janitor tibi dicat ore sævo, Non potes: amor movebit te quoque repulsum. Relinquite nunc enses obtusos; certetur acutis. Nec dubito, quin ipse appetar meis telis. Amator etiam nuper correptus speret, dum cadit in retia, se solum frui tuis cubiculis. Postmodo experiatur rivalem, et fœdera tori divisa. Remove hos dolos; amor languebit. Equus generosus tum bene currit carcere aperto, cum habet quos antevertat, et quos sequatur. Injuria accendit amores, quantumvis oppressos. En ego (agnosco) non amo nisi offensus. Causa tamen doloris non sit nimium aperta. Et anxius credat plura esse, quam

vulgo *renovamur:* tres al. *removemur.*—587 Al. *Claude fores: duro:* R. et tres al. *Adde forem, et duro:* Arund. *Obde forem, duro dicat sub janitor ære.*—588 A. 2. et unus Heins. *Sic quoque:* al. *se quoque.*—591 Al. *cadat.* Me. *captus modo nuper:* alius *factus quoque nuper.*—594 Vulg. *scnescit.*—597 *Quamlibet* R. Arund. et unus Pat. al. *Quoslibet,* et *Quælibet.* Exc. I. et duo al. *suscitet:* Voss. *susti-*

NOTÆ

lis sese tamen virum dicit, a suis partibus desciscentem, vera præcepta tradere, quibus illæ fidere debeant.

583 *Non ferimus*] Viris suam felicitatem tædia afferre confitetur.

Succo amaro] Repulsas dicit, et puellarum fastidia.

584 *Sæpe perit*] Metaphora a ventis, quibus nimium secundis, si tamen secundi dici debent, quandoque etiam navis obruitur.

585 *Hoc est*] Quod, scilicet, cum volunt viri, uxores suas conveniunt.

588 *Non potes*] Sensus est, quod si maritum janitor ab uxore excluderet, eam quoque maritus amaret.

589 *Ponite*] Hujus metaphoræ sensus est, ut amatoribus, amoris redintegrandi causa, difficiles sese præbeant puellæ.

590 *Petar*] Ut mihi quoque dura sit amica.

Incitet et ficti tristis custodia servi,
Et nimium duri cura molesta viri.
Quæ venit ex tuto, minus est accepta voluptas.
Ut sis liberior Thaide, finge metus.
Cum melius foribus possis, admitte fenestra:
Inque tuo vultu signa timentis habe.
Callida prosiliat, dicatque ancilla, Perîmus:
Tu juvenem trepidum quolibet abde loco.
Admiscenda tamen Venus est secura timori;
Ne tanti noctes non putet esse tuas.
Qua vafer eludi possit ratione maritus,
Quaque vigil custos, præteriturus eram.
Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ.
Hoc decet: hoc leges jusque pudorque jubent.
Te quoque servari, modo quam vindicta redemit,
Quis ferat? ut fallas, ad mea sacra veni.
Tot licet observent, (adsit modo certa voluntas,)
Quot fuerant Argo lumina, verba dabis.

noscat. Custodia molesta simulati servi etiam stimulet, et gravis cura mariti nimium asperi. Voluptas, quæ oritur ex certo, est minus grata. Quamvis sis liberior Thaide; simula timores. Introduce per fenestram, cum possis melius per januam: et præbe indicia metuentis in facie tua. Famula astuta irruat et dicat, Interiimus. Tu occulta juvenem trepidantem quolibet loco. Venus tamen tuta est admiscenda timori; ne credat noctes tuas non esse tanti. Omissurus eram, quomodo maritus astutus et sedulus custos possit falli. Nupta metuat maritum: custodia sit certa nuptæ. Hoc decet: leges, jus, et pudor hoc imperant. Quis patiatur te quoque servari, quam vindicta modo asseruit? ut decipias, veni ad mea sacra. Quamvis tot vigilent, (modo firma voluntas adsit,) quot oculi fuerant Argo; falles.

---

net.—603 V. *ex voto.* Sch. *ex tacito.*—605 Pal. *ut melius.*—606 Al. *verba timentis:* Pat. *signa timoris.*—607 Unus R. *Candida pros.* Burm. vult *Pallida.*—609 Al. *Sed miscenda.* Unus Heins. *secura timenti.*—611 V. *Qua ferus.*—614 R. Sa. et duo al. cum pr. Ed. *duxque pudorque.*—617 Al. *modo vestra; modo vera;*

NOTÆ

595 *Carcere*] Quibus carceribus, antequam certaminis signum datum fuerit, equi coërcentur.

601 *Ficti*] Quem sibi a marito custodiæ causa datum puella fingat.

604 *Thaide*] Quæ, apud Terentium, meretricula est planissime suo genio indulgens, nulli obnoxia.

Finge metus] Quasi custodem aut maritum haberet.

613 *Rata*] Certum habeat custodem, ne quis ad eam furtim veniat.

615 *Vindicta*] Virga erat, qua a Prætore imposita servi libertate donabantur.

616 *Mea sacra*] De præceptis suis amatoriis loquitur.

618 *Argo*] Fuit Argus vaccæ Io

Scilicet obstabit custos, ne scribere possis,
Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ?
Conscia cum possit scriptas portare tabellas,
Quas tegat in tepido fascia lata sinu?
Cum possit sura chartas celare ligatas;
Et vincto blandas sub pede ferre notas?
Caverit hæc custos: pro charta conscia tergum
Præbeat; inque suo corpore verba ferat.
Tuta quoque est, fallitque oculos e lacte recenti
Litera: carbonis pulvere tange; leges.
Fallet et humiduli quæ fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas.
Affuit Acrisio servandæ cura puellæ:
Hunc tamen illa suo crimine fecit avum.

Scilicet impediet custos, ne possis scribere, cum concedatur tibi tempus aquæ capiendæ? cum conscia possit ferre tabellas exaratas, quas fascia lata operiat in sinu tepido? cum possit occulere chartas alligatas cruribus; et deferre dulces literas, sub pede astricto? Custos hæc vitaverit: conscia exhibeat tergum loco chartæ; et deferat verba in suo corpore. Litera quoque est secura, et fugit oculos e lucte novo: asperge pulvere carbonis; legere poteris. Latebit quoque quæ exarabitur acumine lini humiduli, et tabella alba feret signa secreta. Cura puellæ custodiendæ non defuit Acrisio; illa tamen fecit hunc avum suo scelere. Quid agat custos, cum tot

---

modo grata. Pr. Ed. et scripti potiores *voluptas:* unus Be. *adsit modo sola voluptas.*—621 Heins. *Nuncia cum pos.*—622 Al. *in medio.* Pol. *fascia longa.*—623 Al. *possit solea.* Unus R. et pr. Ed. *ceras celare:* unus V. *ceram.*—624 Pat. *Et tenero.* Voss. *ferre preces.*—629 Duo codd. *Fallet et ex humili.* V. *liquefiet acumine lini:* Apr. *qua sit acumine;* vel, *a semine;* vel, *de semine:* Fr. et alius *acumine ligni:* Heins. conj. *alumine nitri;* Burm. *humiduli quæ fiet alumine limi.*—630 *Et ferat* multi ex scriptis.—631 Duo R. *At fuit Acrisio.*—633 Al. *fa-*

NOTÆ

custos centum oculis a Junone impositus, quem, fistulæ cantu sopitum, Mercurius obtruncavit.

619 *Scilicet*] Negandi vim habet hæc particula, non sine irrisione.

620 *Aquæ*] Corporis sordes abluendi causa.

625 *Caverit*] Custodem negat impedimento esse, quo minus puella in consciæ tergo ad amatorem scribat.

629 *Fallet*] Lini viridis calamo loco styli uti posse fœminas docet, ne scriptura, nisi addito pulvere, appareat. Sed potiora habemus nos, quibus chartas nostras inficimus, succum puta ceparum, citreorum, immo lotium, cujus nulla, nisi igne quasi ad chartæ nigredinem admoto, vestigia conspiciuntur.

631 *Acrisio*] Patrem jam sæpe diximus Danaës, quam turri conclusit ænea; Jupiter tamen in imbrem aureum conversus vitiavit.

632 *Fecit avum*] Quia nepotem A-

Quid faciat custos; cum sint tot in Urbe theatra?
Cum spectet junctos illa libenter equos?
Cum sedeat Phariæ sistris operata juvencæ;
Quoque sui comites ire vetentur, eat?
Cum fuget e templis oculos Bona Diva virorum,
Præterquam si quos illa venire jubet:
Cum, custode foris tunicas servante puellæ,
Celent furtivos balnea tuta viros:
Cum, quoties opus est, fallax ægrotet amica;
Et cedat lecto quamlibet ægra suo:
Nomine cum doceat, quid agamus, adultera clavis,
Quasque petas, non det janua sola, vias.
Fallitur et multo custodis cura Lyæo:
Illa vel Hispano lecta sit uva jugo.

theatra sint in urbe? cum illa spectet cupide equos junctos? cum sedeat operata sistris vaccæ Phariæ; et eat quo sui comites prohibeantur ire? cum Bona Dea proturbet e templis suis *oculos virorum, præterquam si illa imperat aliquos adesse; cum balnea secura tegant viros furtim receptos, custode servante foris amictus puellæ: cum amica dolosa ægra sit, quoties usus postulat; et moveatur lecto suo quantumvis ægra; cum clavis adulterina admoneat nomine quid agamus, et janua sola non præbeat ingressus quos petis? Vigilantia etiam custodis decipitur multo vino: quamvis illa uva sit collecta ex colle Hispano. Sunt quoque succi qui crecnt*

---

ciet; et *tot in orbe.*—635 Al. *sacris operosa juvencæ.*—636 Al. *Quoque suæ comites ire jubentur:* Be. unus *ire verentur.*—637 *Fuget e* tres Heinsii: vulg. *fugit a:* alii *fugat.*—639 Alii *tunicam.*—640 *Tuta* Exc. I. vulg. *multa.* Alii *tuta jocos.*—642 Ita R. 1. Apr. et Exc. Scal. nisi quod in Apr. est *quælibet.* Scripti et edd. nonnulli *Tollat et in lectum quemlibet illa s.* al. *Et celet lecto quemlibet ægra s.* F. *Et credat lecto cum libet ægra s.*—643 Al. *quid agatur.*—644 Al.

NOTÆ

crisio, cum filium peperit Perseum.

634 *Junctos*] In Circo, scil. quo confluebant puellæ.

635 *Phariæ*] Isidis sacra dicit, quæ ex Ægypto Romam fuerunt transvecta, *Pharia* a Pharo quondam insula Ægypto adjacente dicta. Ea autem a Romanis mulieribus multorum dierum castimonia, ficta saltem, celebrabantur.

Sistris] Instrumentum fuit sistrum, multis crepitaculis crebra agitatione circumsonantibus argutum.

Juvencæ] Juvenca dicitur Isis, quia prius Io in vaccam mutata est, quam numen apud Ægyptios obtinuerit.

636 *Vetentur*] Ab Isidis et Bonæ Deæ sacris mares arcebantur.

637 *Bona diva*] Cybele est, magna Deorum mater.

638 *Si quos*] De amantibus loquitur, quos admittere Cybelen fingit Poëta.

641 *Amica*] Ad quam eat puella, ubique amans latitet.

643 *Nomine*] Nempe adulteria loquuntur claves adulterinæ.

644 *Non sola*] Quia etiam per fenes-

Sunt quoque quæ faciant altos medicamina somnos;
  Victaque Lethæa lumina nocte premant.
Nec male deliciis odiosum conscia tardis
  Detinet; et longa jungitur ipsa mora.
Quid juvat ambages, præceptaque parva movere;
  Cum minimo custos munere possit emi?
Munera (crede mihi) capiunt hominesque Deosque:
  Placatur donis Jupiter ipse datis.
Quid sapiens faciat? stultus quoque munere gaudet.
  Ipse vir, accepto munere, mutus erit.
Sed semel est custos longum redimendus in annum:
  Sæpe dabit, dederit quas semel, ille manus.
Questus eram (memini) metuendos esse sodales:
  Non tangit solos ista querela viros.
Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent;
  Et lepus hic aliis exagitandus erit.

somnos profundos, et opprimant oculos victos nocte Lethæa. Nec conscia moratur imperite molestum lentis gaudiis; et ipsa connectitur longo spatio. Quid prodest docere ambages et præcepta minuta; cum custos possit emi minimo dono? Dona (crede mihi) movent homines et Deos: Jupiter ipse delinitur muneribus oblatis. Quid agat sapiens? Fatuus quoque lætatur dono. Vir ipse erit mutus, dono accepto. Sed custos est conciliandus semel in longum annum; ille commodabit sæpe manus, quas semel commodaverit. Conquestus eram (memini) socios esse timendos; ista querimonia non spectat ad solos viros. Si fueris credula, aliæ tua fruentur voluptate; et hic lepus erit premendus aliis. Hæc quoque, quæ officiosa exhibet

---

petes: Cod. Gruteri *Quasque potes non dat.* Dan. Heins. vult *Quasque petis;* vel *Quaque patet.*—650 Al. *jungitur illa:* edd. Bersm. et Myc. *ille:* R. *frangitur illa.*—651 Vulgo *parva monere.*—653 F. *captant hom.* al. *placant.*—654 Unus R. *Jupiter ille.*—655 Pal. 1. *Quid faciat stultus, sapiens si munere gaudet.* Margo Bersm. *Quid faciat melius.*—656 Al. *Ipse quoque.* Multi edd. et sex scripti *mitis erit:* Pal. *victus erit.*—657 *In annum* Exc. I. vulgo *in ævum.*—658 N.

NOTÆ

tras patet aditus.

645 *Cura*] Qua in servanda puella retinetur, scil.

Lyæo] Vino, quod a Lyæo, seu Libero patre, seu Baccho vini Deo, qui curas solvit, eo appellatur nomine.

646 *Vel Hispano*] Hispanum pro immiti aut minus generoso vino posuit, ut patet ex particula *vel:* quod vinum ex Laletana provincia petebatur. Quanquam optimo etiam abundat Hispania.

648 *Lethæa*] Id est, obliviosa: fuit enim Lethe Inferorum fluvius, cujus aquam si quis gustasset, præteritorum omnium obliviscebatur.

649 *Odiosum*] Custodem, scilicet.

Conscia] Ancillam intellige.

660 *Non tangit*] Puellas monet ab æqualibus suis etiam cavere, ne sibi

Hæc quoque, quæ præbet lectum studiosa locumque ;
Crede mihi, mecum non semel illa fuit.
Nec nimium vobis formosa ancilla ministret :
Sæpe vicem dominæ præstitit illa mihi.
Quo feror insanus ; quid aperto pectore in hostem
Nitor ; et indicio prodor ab ipse meo ?
Non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur :
Non docet infestas currere cerva canes.
Viderit utilitas ; præcepta fideliter edam.
Lemniasi gladios in mea fata dabo.
Efficite (et facile est) ut nos credamus amari :
Prona venit cupidis in sua vota fides.
Spectet amabilius juvenem ; suspiret ab imo
Fœmina ; tum sero cur veniatque roget.
Accedant lacrymæ, dolor et de pellice fictus :
Et laniet digitis illius ora suis.

torum et locum ; crede mihi, illa non fuit semel mecum. Nec ancilla nimis pulchra serviat vobis : illa sæpe mihi præbuit vicem dominæ. Quo rapior stultus ? quam obrem in hostem contendo pectore nudo ; et ipse retegor indicio meo ? Avis non indicat aucupibus, qua parte appeti oporteat : cerva non instituit canes infestos ad currendum. Utilitas consuluerit ; tradam fideliter præcepta. Præbebo enses Lemniadibus in meam necem. Facite (et pronum est) ut arbitremur nos amari ; fides accedit facilis in sua desideria cupidis. Puella intueatur amabilius juvenem ; ducat suspiria ex imo pectore ; *et quærat cur accedat tam sero. Lacrymæ adjiciantur, et dolor simulatus de pellice ; et illius discerpat faciem digitis suis. Jamdudum*

Usque dabit.—662 Vulgo *exagitatus erit.* Sa. habet *eris.*—663 Heins. *cui præbes lectum st. loc. ;* vel *focumque.*—666 Multi *præbuit illa.* Be. et tres al. *illa suæ.*—668 *Nitor* Cav. et duo V. vulgo *Mittor.*—670 *Infestas* Fr. vulgo *infestos.*—671 *Præcepta* duo Heins. vulgo *ego cæpta.*—672 *Lemniasi* rescribit Heins. e vestigiis R. qui exhibet *Lemnias et :* vulgo *Lemnia dum :* quidam codd. *Lemnios et, Lemniades, Lemniadis, Lemniados, Lemniadi.* Scripti plerique *in mea damna.*—673 Alter Me. *Efficere et facile est :* inde Heins. conj. *Efficere in facili est.* Pr. Ed. et unus V. et Be. *credamur amanti.*—675 Be. unus *ama-*

NOTÆ

amatores suos præripiant.

662 *Lepus*] Pro præda, seu amatore posuit.

667 *Aperto pectore*] Istud dicit, quia puellis omnia virorum consilia aperit.

671 *Viderit utilitas*] Perinde est ac si diceret, Viris scio non utilia fore, quæ ego dico ; sed minus curo : satis nunc mihi fuerit puellas fideliter docere. Ceterum in ista sui proditione maxima fuit Poëtæ cautio.

672 *Lemniasi*] Dativus est Græcus, pro *Lemniadibus.* Pro quibusvis vero posuit fœminis in viros sævis Lemniades, quas omnes viros suos una nocte

Jamdudum persuasus erit, miserebitur ultro:
Et dicet, Cura carpitur ista mei.
Præcipue, si cultus erit, speculoque placebit,
Posse suo tangi credet amore Deas.
Sed te, quæcumque es, moderate injuria turbet;
Neu sis audita pellice mentis inops.
Nec cito credideris: quantum cito credere lædat,
Exemplum vobis non leve Procris erit.
Est prope purpureos colles florentis Hymetti
Fons sacer, et viridi cespite mollis humus.
Sylva nemus non alta facit: tegit arbutus herbam:
Ros maris, et lauri, nigraque myrtus olent.
Nec densæ foliis buxi, fragilesque myricæ,
Nec tenues cytisi, cultaque pinus abest.
Lenibus impulsæ Zephyris, auraque salubri,
Tot generum frondes, herbaque summa tremunt.

erit victus; miserebitur sponte: et dicet, Ista tangitur mei amore. Præsertim, si erit ornatus, et se probabit speculo, arbitrabitur Deas posse carpi amore suo. Sed quæcumque es, injuria te parum movcat; neve sis exanimis audita pellice. Nec statim fidem adhibueris: Procris erit vobis exemplum non contemnendum, quantum obsit statim credere. Est juxta clivos purpureos Hymetti floridi fons sacer, et solum tenerum cespite virenti. Sylva non excelsa efficit nemus: arbutus occulit herbam: lybanotis, et lauri, et myrtus fusca odores emittunt. Nec buxi spissæ foliis, et myricæ fragiles, nec cytisi tenues, et pinus culta deest. Folia tot generum et herba ultima tremunt, agitata placidis Zephyris et aura salutifera. Jucunda

---

biliter: Ba. *amabilibus.*—677 Pal. et quatuor al. *de pellice quæstus.*—680 Vulg. *ipsa mei.*—683 Vulg. *quæcumque est.*—684 *Neu* unus Pal. vulgo *Nec*, vel *Ne.*—690 Pal. *Flos maris.*—691 Quatuor Heins. *Densæ foliis buxi:* vulgo *densum foliis buxum:* quatuor *densus fol. buxus:* unus Pat. *Densaque nec fol. buxus.* V. *viridesque myricæ:* N. et Pat. *humilesque:* Be. *fragilesque.*—694 Vulg. *summa*

NOTÆ

trucidasse antea vidimus.

675 *Imo*] Pectore, scil.

676 *Roget*] Ut sui desiderio amator teneri credat puellam.

677 *Pellice*] Id est, de aliqua puella, quam amica fingat suum amatorem retinere, qua re maxime ad credendum sese amari inducatur.

686 *Procris*] Erechthei Atheniensium regis fuit filia, quæ Cephalo nupsit, a quo inscio, cum ipsum in sylvas secuta esset, ubi cum cum quadam nympha congredi solitum audierat, interfecta est. Fabulam prolixe repetit Ovidius Metam. VII. 690. quam nunc ipse narrabit.

687 *Est prope*] Procridis fabulam narrare occipit.

Purpureos] Ex florum coloribus.

Hymetti] Mons est Atticæ, melle et marmoribus celebratus.

691 *Myricæ*] Virgulti genus est humilis, quod Gallice vocamus *bruyère.*

692 *Cytisi*] Est cytisus in re pe-

Grata quies Cephalo : famulis canibusque relictis
Lassus in hac juvenis sæpe resedit humo.
Quoque meos releves æstus, cantare solebat,
Accipienda sinu, mobilis Aura, veni.
Conjugis ad timidas aliquis male sedulus aures
Auditos memori detulit ore sonos.
Procris ut accepit nomen, quasi pellicis, Auræ,
Excidit : et subito muta dolore fuit.
Palluit, ut seræ, lectis de vite racemis,
Pallescunt frondes, quas nova læsit hyems.
Quæque suos curvant matura cydonia ramos ;
Cornaque adhuc nostris non satis apta cibis.
Ut rediit animus, tenues a pectore vestes
Rumpit, et indignas sauciat ungue genas.
Nec mora ; per medias sparsis furibunda capillis
Evolat, ut thyrso concita Baccha, vias.
Ut prope perventum ; comites in valle relinquit.
Ipsa nemus tacito clam pede fortis init.

quies Cephalo : juvenis defessus quievit sæpe in hac terra servis et canibus omissis. Solebat cancre, Accede, Aura levis, recipienda sinu meo, ut sedes meos ardores. Aliquis prave officiosus deportavit voces acceptas ore memori ad aures puellas uxoris. Ut Procris audivit nomen Auræ, tanquam pellicis, lapsa est ; et continuo obmutuit dolore. Expalluit, tanquam folia ultima, quæ hyems ingruens ussit, uvis vite recisis ; et tanquam *cydonia matura, quæ deprimunt suos ramos, et corna non satis adhuc idonea ad nostros cibos. Postquam animus rediit, lacerat subtiles amictus a pectore, et vulnerat genas immeritas ungue. Nec mora ; amens prorumpit per medias vias coma sparsa, ut Baccha tacta thyrso. Ut prope accessum ; deserit pedisequas in valle : ipsa strenua furtim suspenso gradu sylvam subit. Quid*

tremit.—696 N. *Labilis hac juvenis.* Unus Heins. *resedit humo :* alius *recumbit.* —697 *Quoque* duo V. vulgo *Quæque.*—698 Unus Heins. et edd. Mycill. et Bersm. *nobilis aura :* Apr. pro div. lect. *mollis amica.*—700 Multi codd. et Ed. pr. *retulit :* quidam *pertulit.*—702 Al. *mota dolore.*—703 Scripti plerique *ut sera lectus de vite racemus*, vel *lectis racemis :* alii *sectis racemis.* Arg. et duo al. *sacra lectus de v. racemus.*—707 Al. *Utque animus rediit.*—708 I. *appetit ungue.* —709 Al. *passis cap.*—711 Vulg. *valle reliquit :* R. *relinquit.*—712 Th. et qua-

NOTÆ

cuaria usus eximii frutex, lactis copiam inducens.

695 *Cephalo*] Procridis fuit maritus, quam Aurora amavit.

698 *Aura*] Ventum seu auram petebat, qua refocillaretur ; unde datus locus fabulæ et Procridis zelotypiæ.

706 *Non satis*] Subpallida enim sunt, et albescentia immatura corna.

710 *Thyrso*] Jam sæpius de hoc Bacchi gestamine, deque Bacchis ejus sacra celebrantibus, verba fecimus.

711 *Prope*] Ad locum, scilicet, ubi

Quid tibi mentis erat, cum sic male sana lateres,
Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?
Jam jam venturam, quæcumque erat Aura, putabas
Scilicet, atque oculis probra videnda tuis.
Nunc venisse piget; (neque enim deprendere velles)
Nunc juvat: incertus pectora versat amor.
Credere quæ jubeant, locus est, et nomen, et index;
Et quia amans semper, quod timet, esse putat.
Vidit ut oppressam, vestigia corporis, herbam;
Pulsantur trepidi corde micante sinus.
Jamque dies medius tenues contraxerat umbras;
Inque pari spatio vesper et ortus erant.
Ecce redit Cephalus sylvis, Cyllenia proles,
Oraque fontana fervida spargit aqua.
Anxia, Procri, lates. Solitas jacet ille per herbas;
Et, Zephyri molles, Auraque, dixit, ades.
Ut patuit miseræ jucundus nominis error;
Et mens et rediit verus in ora color.

tibi erat animi, Procri, cum sic amens latitares? quis erat impetus mentis perculsæ? Nempe arbitrabaris jam jam accessuram, quæcumque erat Aura; et flagitia aspicienda esse *oculis tuis. Nunc pigct accessisse; (neque enim cuperes* pellicem *corripere;) nunc placet: amor fluctuans agit mentem. Locus est, et nomen, et index, quæ suadeant fidem adhibere; et quia amans credit semper esse, quod reformidat. Postquam aspexit herbam protritam, signa corporis; sinus tremuli agitantur corde saliente. Et jam dies medius minuerat umbras leves; et occasus et ortus erant in æquali intervallo. Ecce Cephalus, progenies Cyllenia, revertitur sylvis, et abluit ora æstuantia aqua fontana. Procri solicita, latitas: ille sternitur per herbas notas; et, inquit, Zephyri lenes et Aura, accede. Ut gratus error nominis apertus miseræ; et animus et color nativus rediit in vultus. Exsilit; et conjux in*

---

tuor al. *fort. adit.*—713 Unus *mentis erit;* alius *eras:* Heins. vult *mentis, io?* Pol. *male sola.* N. *sana jaceres:* tres al. *timeres.*—716 Cod. unus Heins. *probra nitenda.* Pal. *ante oculos pr. v. tuos:* Bc. et Li. *oculis pr. v. tuis.*—720 *Et quia amans* conj. Heins. vulgo *Et quia mens semper:* quidam *Et quæ mens:* R. et quatuor al. *Et quod amans.*—721 Cod. Gruteri *Vidit ut in pressa v. c. herba:* al. *Vidit et in pressa:* quidam *ut oppressa.*—722 Tres codd. *tepidi sinus.* Mor. *veste micante:* multi *corde tremente.*—724 Fr. Mor. et sex al. *Jamque pari* —725 Scalig. emendabat *Hellenia proles.*—726 Scripti plerique *pulsat aqua:* duo *lavit.*—727 Voss. *tenuras jacet.*—729 Octo scripti *jucundi nominis.*—730 Duo

NOTÆ

Cephalus requiescebat.

719 *Locus*] Occultus, scilicet, et ab hominum ore remotus, cujusmodi quærunt amantes.

721 *Inque pari*] Medium diem describit.

725 *Cyllenia*] Cyllenium dicit Cephalum a Mercurio patre, qui vulgo a

Surgit; et appositas agitato corpore frondes
Movit, in amplexus uxor itura viri.
Ille féram sonuisse ratus, juveniliter arcum
Corripit: in dextra tela fuere manu.
Quid facis, infelix? non est fera: supprime tela.
Me miserum! jaculo fixa puella tuo est.
Hei mihi! conclamat, fixisti pectus amicum.
Hic locus a Cephalo vulnera semper habet.
Ante diem morior, sed nulla pellice læsa:
Hoc faciet positæ te mihi, terra, levem.
Nomine suspectas jam spiritus exit in auras:
Labor io! cara lumina conde manu.
Ille sinu dominæ morientia corpora mœsto
Sustinet; et lacrymis vulnera sæva lavat.
Exit, et, incauto paulatim pectore lapsus,
Excipitur miseri spiritus ore viri.

amplexus mariti ventura, frondes proximas agitavit corpore moto. Ille credens feram strepitum fecisse, arcus sumit alacriter: tela fuerunt in manu dextra. Quid agis, miser? non est fera: mitte sagittas. Me infelicem! puella transverberata est telo tuo. Hei mihi! exclamat, amicum pectus vulnerasti. Hic locus habet semper plagas a Cephalo. Fato fungor ante diem, sed nulla offensa pellice: hoc te mihi conditæ reddet levem, o terra. Jam anima erumpit in auras invisas nomine: io cado! claude oculos manu dilecta. Ille sinu tristi foret corpora cadentia dominæ; et abluit lacrymis crudeles plagas. Anima erumpit; et, soluta paulatim inconsulto pectore, excipitur ore mariti infelicis. Sed redeamus in viam, incumben-

---

libri *Ut mens et red.* duo alii *Ut mens ut red.* Pro *verus* duo scripti *versus;* Heins. conj. *virus.* Sexdecim, *in ore.*—731 Al. *oppositas.*—733 R. et sex al. *vidisse ratus:* Be. *sensisse.*—734 Tres scripti *Arripit.*—736 F. *Te miserum.* Unus Heins. *tua est.*—738 Mor. *ex Cephalo.*—739 Quidam *moriar.* Apr. *sed non a pellice:* Fr. *sed non jam pellice.*—740 Al. *positam.*—741 Edd. priscæ et Myc. et Bersm. *suspectam mihi spiritus ex. in auram.*—742 *Labor io* R. V. duo et pr. Ed. vulgo *Jam morior.* Quatuor libri *Labor jam.* Duo *Labor et o.* Sa. et octo al. *claude manu.*—743 Al. *mor. pectora.* Editiones quædam contra fidem scriptorum codicum huic disticho sequens præponunt, *Exit, et in cauto.*—

NOTÆ

monte ubi educatus Cyllenius appellatus est. Quanquam Deionei alii Cephalum volunt fuisse filium.

738 *Hic locus*] Procridis pectus, quod Cephali amore etiam vulneratum erat.

740 *Hoc*] Quod mihi nullam superinductam scivero pellicem.

Faciet levem] Id est, Solatio fuerit post mortem.

741 *Suspectas*] Quia pellicis vices in Procridis pectore Aura impleverat.

742 *Labor io*] Verba sunt Procridis morientis.

Conde] Quod fuit olim officium pro-

Sed repetamus iter: nudis mihi rebus agendum est,
  Ut tangat portus fessa carina suos.
Scilicet expectes, dum te in convivia ducam,
  Et quæras monitus hac quoque parte meos?
Sera veni; positaque decens incede lucerna.
  Grata mora est Veneri: maxima lena mora est.
Etsi turpis eris, formosa videbere potis:
  Et latebras vitiis nox dabit ipsa tuis.
Carpe cibos digitis; est quiddam gestus edendi:
  Ora nec immunda tota perunge manu.
Neve domi præsume dapes: et desine, citra
  Quam capies paulo, quam potes esse, minus.

dum est mihi, rebus apertis; ut navis lassa perveniat in portus suos. Nempe moraris, donec ducam te in convivia, et captas quoque mea præcepta in hac parte? Tarda accedito; et decora progredere lucerna adhibita. Cunctatio jucunda est Veneri: dilatio est lena maxima. Quamvis eris deformis, videbere pulchra ebriis; et nox ipsa præbebit vela mendis tuis. Sume escam digitis; gestus edendi est aliquid: nec obline totam faciem manu sordida. Neve ante cape cibos domi: et omitte comedere citra paulo minus quam expetes, et *quam potes* comedere. *Si*

745 *Exit* rescripsit Heins. pro *Dixit*.—747 Scripti plerique et pr. Ed. *repet. opus: mihi nudis rebus eundum est*.—749 Al. *expectus, ut te:* scripti plerique et pr. Ed. *Solicite expectes, dum te*.—752 *Est Veneri* N. et Cav. unus Heins. *est Veneris:* unus V. et pr. Ed. *Venus est:* vulg. *venies:* nonnulli *veniens*. Burm. hunc versum ita distinguere mallet: *Gr. mor. est. Veneri max. len. &c.*—753 Al. *videb. cunctis*.—755 *Quiddam* a conj. Heins. pro *quidam*.—756 A. aiter *nec indigna*. Be. *tacta perunge*.—757 Vetustæ edd. *Neve diu:* quidam *Nere nimis*. Heins. *et desine* reposuit pro *sed desine*.—758 *Capies* R. et quatuor al. vulgo *cupias:*

NOTÆ

pinquiorum.

745 *Exit*] Repetitio est verborum Procridis.

Incauto] Cauta etenim non fuit Procris, quæ Cephalo de improviso interveniens pro fera ab inscio interfecta est.

747 *Sed repetamus*] Hoc dicit, quia ipsum Procridis fabula longe ab instituto avocavit; et metaphora utitur petita a viatoribus.

Nudis] Apertis verbis, sine omni ambage, aut exemplo.

751 *Posita*] Nam per lucernæ lumen pulchriores videntur puellæ.

752 *Lena*] Amoris conciliatrix.

753 *Etsi turpis*] Alia ratio, quamobrem sero veniendum.

755 *Quiddam*] Non est nihil gestus edendi, sed habet quod etiam ad amorem alliciat.

757 *Nere domi*] Eas damnat domi quæ panem atrum vorant, deinde, cum amatore dum cœnant, liguriunt, quasi cibum attingere non auderent, aut vento viverent.

Et] Alii *sed:* quod licet clar. Heinsius mutandum censuerit, reponere vellem, utpote quæ ad scopum maxime faciat. Dixit Poëta, Ne domi

Priamides Helenen avide si spectet edentem,
  Oderit; et dicat, Stulta rapina mea est.
Aptius est, deceatque magis potare puellas.
  Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.
Hoc quoque, qua patiens caput est, animusque pedesque
  Constent: nec, quæ sint singula, bina vide.
Turpe jacens mulier, multo madefacta Lyæo:
  Dignaque concubitus quoslibet illa pati.
Nec somnis posita tutum succumbere mensa:
  Per somnos fieri multa pudenda solent.
Ulteriora pudet docuisse: sed alma Dione,
  Præcipue nostrum est, quod pudet, inquit, opus.
Nota sibi sint quæque: modos a corpore certos
  Sumite: non omnes una figura decet.
Quæ facie præsignis eris, resupina jaceto:
  Spectentur tergo, quis sua terga placent.
Milanion humeris Atalantes crura ferebat:
  Si bona sunt, hoc sunt accipienda modo.
Parva vehatur equo; quod erat longissima, nunquam
  Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

Priamides videat Helenen comedentem cupide, oderit; et dicat, Mea præda est inepta. Concinnius est, et magis deceat puellas bibere. Bacche, non male stas cum puero Veneris. Hoc quoque, quatenus fert caput: et mens et pedes suo fungantur officio: nec cerne gemina, quæ sint unica. Fœmina jacens delibuta multo vino est *res deformis: illa meretur ferre quoslibet congressus. Nec securum vinci somnis mensa apposita: multa erubescenda solent fieri per somnos. Pudet docuisse ulteriora.* * *

tres *capias.* Voss. *adde minus:* tres *ede minus.*—760 Vulg. *et dicet.*—763 Vulgo *quam patiens.* Pr. Ed. et quidam scripti *Hoc bibe, quam pat.* alius *Hoc bibe, quod facies:* Voss. *Sed bibe qua:* Me. *Sed bibe quod:* Burm. conj. *Obbibe, qua pat.*—765 Apr. et Me. 1. *jacet.*—767 Vulg. *Nec somno tutum est posita.*—771 Quatuor scripti et margo Bersm. *ad corpora.* Duo *modos cunctos:* unus *comtos.*—773 Al. *erit.*—774 Vulgo *Spectetur t. cui.*—776 *Accipienda* C. N. et

NOTÆ

edas, ut sobria videaris in convivio: nunc ab opposito vitio cavet; Sed vide, inquit, ne nimium absumas, aut vorax vociteris.

759 *Priamides*] Paris est Priami Trojanum regis filius, qui Helenam rapuit.

763 *Hoc*] Ut bibat puella, scil.

764 *Singula, bina*] Qualia ebriis videntur.

765 *Lyæo*] Vino, cui a Baccho vini Deo hoc nomen, ut paulo ante diximus.

Strata premat gĕnibus, paulum cervice reflexa,
Fœmina, per longum conspicienda latus.
Cui femur est juvenile, carent cui pectora menda,
Stet vir, in obliquo fusa sit ipsa toro.
Nec tibi turpe puta crinem, ut Phylleia mater,
Solvere : et effusis colla reflecte comis.
Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notavit,
Ut celer aversis utere Parthus equis.
Mille modi Veneris. Simplex minimique laboris,
Cum jacet in dextrum semisupina latus.
Sed neque Phœbei tripodes, nec corniger Ammon,
Vera magis vobis, quam mea Musa, canent.
Si qua fides arti, quam longo fecimus usu ;
Credite : præstabunt carmina nostra fidem.
Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis
Fœmina : et ex æquo res juvet illa duos.
Nec blandæ voces, jucundaque murmura cessent :
Nec taceant mediis improba verba jocis.
Tu quoque, cui Veneris sensum natura negavit,
Dulcia mendaci gaudia finge sono.
Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella es ;
Quo pariter debent fœmina virque frui.
Tantum, cum finges, ne sis manifesta caveto :
Effice per motum luminaque ipsa fidem.
Quod juvet : et voces et anhelitus arguat oris.
Ah pudet ! arcanas pars habet ista notas.
Gaudia post Veneris quæ poscet munus amantem,
Ipsa suas nolet pondus habere preces.

septem al. vulgo *aspicienda.*—778 Duo libri *nuda resedit.*—781 *Cui pectora* Me. 1. vulgo *quoque cetera :* al. *quoque pectora.*—782 Vulgo *Semper in o. f. s. illa t.*—783 Ed. Bersm. *ut Phylaceia.*—784 R. *et emissis.* Me. 1. *colla renecte :* Apr. *reflente :* Be. et alius *referre.*—787 R. Exc. Scal. et al. nonnulli *Mille joci.*—789 Be. *Phœbeæ.* R. et Pal. *neque, Phœbe, tui :* unus Heins. *neque jam Phœbi.*—790 Vulg. *canet :* unus *canat :* quatuor *canent.*—794 V. *ut ex æquo.* Quidam *una duos.*—798 Pal. et unus Me. *mentito sono.*—799 R. *puellæ :* sex aliæ cum pr. Ed. *puella est.*—801 Exc. I. *cum simulas :* nonnulli *Dum nimium simulas :* duo *Tute cum simulas :* Heins. vult *At tu dum simulas.*—803 Vulg. *Quod juvat.*—804 Unus R. et Be. *Et color et centum pars.* Pal. *illa* pro *ista.*—805 Vulg. *poscit.* R. et pr. Ed. *amantes.*—806 Vulg. *Illa suas nolit ;* R. multi-

Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris.
Aptius in vestro corpore multa latent.
Lusus habet finem : cycnis descendere tempus,
Duxerunt collo qui juga nostra suo.
Ut quondam juvenes, ita nunc, mea turba, puellæ
Inscribant spoliis, Naso magister erat.

* * *Lusus habet fidem : tempus est desilire cycnis, qui gesserunt juga nostra collo suo. Ut juvenes olim, sic nunc puellæ, mea turba, insculpunt exuviis, Naso erat magister.*

que alii *nollet*.—808 Fl. et Pal. *menda latent*.—809 Al. *discedere tempus*.—811 Quinque scripti *mea cura*.—812 Al. *inscribat foliis*.

NOTÆ

809 *Cycnis*] Non immerito Poëta, qui est in tutela Apollinis, et res Venereas cecinit, ab avibus utrique numini sacris se vectum fuisse dicit. *Descendere cycnis* pro Curru descendere, quem cycni traxerunt.

812 *Spoliis*] Quas adolescentibus detraxerunt.

P. OVIDII NASONIS

REMEDIORUM AMORIS

LIBER UNUS.

P. OVIDII NASONIS

REMEDIORUM

AMORIS

LIBER UNUS [1]

Legerat hujus Amor titulum nomenque libelli:
  Bella mihi, video, bella parantur, ait.
Parce tuum vatem sceleris damnare, Cupido;
  Tradita qui toties, te duce, signa tuli.
Non ego Tydides, a quo tua saucia Mater
  In liquidum rediit æthera Martis equis.
Sæpe tepent alii juvenes: ego semper amavi.
  Et si, quid faciam nunc quoque, quæris; amo.

Amor viderat titulum et nomen hujus libelli: Cerno, inquit, bella adversus me, bella parantur. Noli arguere flagitii tuum Poëtam, o Cupido; qui toties gestavi signa credita te imperatore. Ego non sum *Tydides, a quo mater tua vulnerata rediit in fluidum cœlum equis Martis. Alii juvenes sæpe frigent: ego semper*

[1] Codex Regius et alii nonnulli librum unum faciunt ex duobus. Noster

NOTÆ

5 *Tydides*] Diomedes est, Tydei filius, qui bello Trojano Veneris dextram vulnere violavit.

6 *Martis equis*] Quos una cum curru sibi orat Venus, Homeri Iliados lib. v.

Quin etiam docui, qua possis arte parari:
  Et quod nunc ratio est, impetus ante fuit.
Nec te, blande puer, nec nostras prodimus artes:
  Nec nova præteritum Musa retexit opus.
Si quis amat, quod amare juvat, feliciter ardens
  Gaudeat, et vento naviget ille suo.
At, si quis male fert indignæ regna puellæ,
  Ne pereat, nostræ sentiat artis opem.
Cur aliquis, collum laqueo nodatus ab arcto,
  E trabe sublimi triste pependit onus?
Cur aliquis rigido fodit sua viscera ferro?
  Invidiam cædis, pacis amator, habes.
Qui, nisi desierit, misero periturus amore est,
  Desinat: et nulli funeris auctor eris.
Et puer es; nec te quicquam, nisi ludere, oportet.
  Lude: decent annos mollia regna tuos.
Nam poteras uti nudis ad bella sagittis:
  Sed tua letifero sanguine tela carent.

amari: et si petis quid agam nunc quoque, amo. Quin etiam ostendi, qua arte possis conciliari: et quod nunc est ratio, fuit ante furor. Nec destituimus te, puer suavis, nec nostras artes: nec Musa nova dissolvit opus anteactum. Si quis amat quod gratum est amare, feliciter incensus latetur, et ille naviget vento secundo. At si quis indigne patitur imperia sævæ puellæ; experiatur auxilium nostræ artis, ne intereat. Cur aliquis pressus collum constricto laqueo pependit onus lugubre ex tigno alto? Cur aliquis fixit sua præcordia ferro duro? Fers invidiam necis, conciliator pacis. Qui periturus est amore infelici, nisi omiserit, omittat: et nemini eris causa mortis. Et puer es; nec oportet te quicquam facere, nisi ludere. Lude: imperia mollia conveniunt annis tuis. Nam poteras uti depromtis sagittis ad bella:

---

enim ipse *libellum* vocat hujus poëmatis initio. *Heins.*—9 Vulg. *posses.*—10 Al. *quæ nunc.*—11 Arg. *nec vestras.*—12 Me. 1. *nova prætextum.*—13 *Ardens* optimus P. vulgo *ardet.*—17 *Laqueo nod. ab arcto* conj. Heins. e vestigiis P. præstantissimi et duorum al. qui habent *laqueum nod. ab alto:* vulgo *laqueo collum nod. amator.*—19 *Viscera* P. et Exc. I. vulgo *fodiat sua pectora.*—22 Burm. conj. *auctor eas.*—23 Unus Heins. *Nam puer es:* Me. *En puer:* alius *At.*—24 Al. *Decent animos.*—25 Multi *poteris.*—26 *Letifero sanguine* unus F. et pr.

NOTÆ

9 *Qua arte*] Hanc artem, quæ in conciliando Amore versatur, superioribus libris docuit.

14 *Vento*] Metaphora familiaris petita a ventis, quibus navis impellitur; qua figura, fortuna et felicitate sua in Amore utendum suadet poëta.

25 *Nudis*] Ex pharetra depromtis.

Vitricus et gladiis et acuta dimicet hasta ;
Et victor multa cæde cruentus eat.
Tu cole maternas, tuto quibus utimur, artes :
Et quarum vitio nulla fit orba parens.
Effice nocturna frangatur janua rixa ;
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coëant furtim juvenes, timidæque puellæ :
Verbaque dent cauto qualibet arte viro.
Et modo blanditias, rigido modo jurgia posti
Dicat, et exclusus flebile cantet amans.
His lacrymis contentus eris sine crimine mortis.
Non tua fax avidos digna subire rogos.
Hæc ego. Movit Amor gemmatas aureus alas ;
Et mihi, Propositum perfice, dixit, opus.
Ad mea, decepti Juvenes, præcepta venite ;
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari, per quem didicistis amare :
Una manus vobis vulnus opemque feret.

sed tua tela carent sanguine mortifero. Vitricus pugnet ensibus et hasta acuta ; et victor feratur sanguinolentus plurima strage. Tu indulge artibus maternis, quibus utimur secure : et quarum culpa nulla mater fit orba. Fac fores sternantur jurgio nocturno ; et plurimum sertum velet januam cultam. Fac juvenes et puellæ meticulosæ conveniant furtim ; et decipiant maritum rafrum qualibet fraude. Et modo amator dicat blanditias, modo probra duræ januæ ; et repulsus canat miserabiliter. Contentus eris his lacrymis sine probro mortis. Fax tua non meruit accedere ad pyras rapaces. Hæc ego : Amor splendidus agitavit alas radiantes ; et mihi dixit, Absolve opus inceptum. Juvenes clusi, quos amor suus perdidit ex omni parte, accedite ad mea monita. Discite sanari, per quem docti estis amare : una manus

Ed. vulgo *mortifero vulnere :* meliores *sanguine.*—29 Leid. *quibus uteris.*—30 Li. cum al. *Ex quarum.* Fr. et Leid. *nulla sit.*—33 Pal. 3. et tres al. *trepidæque puellæ :* Be. *cupidæque.*—34 Al. *dent capto.*—36 Mor. *carmen amans.*—37 R. *comptus eris,* et a manu sec. *si comptus eris :* unus Heins. *tu comptus*

NOTÆ

27 *Vitricus*] Mars est Deus belli, qui cum Venere Cupidinis matre concubuit.

29 *Maternas artes*] Jocos, scil.

36 *Flebile*] Pro Flebiliter, quomodo et alibi.

38 *Fax*] Amori tribuuntur faces, quibus etiam in nuptiis utebantur; sed in funeribus diversæ prorsus admovebantur.

40 *Propositum*] Libellum dicit de Remedio Amoris.

44 *Una*] Suam dicit, qua amatorios et lascivos versus scripsit, jam adversus amorem scripturus.

Terra salutares herbas, eademque nocentes,
Nutrit: et urticæ proxima sæpe rosa est.
Vulnus in Herculeo quæ quondam fecerat hoste,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.
Sed quæcumque viris, vobis quoque dicta, puellæ,
Credite: diversis partibus arma damus.
E quibus ad vestros si quid non pertinet usus;
Attamen exemplo multa docere potest.
Utile propositum, sævas extinguere flammas;
Nec servum vitii pectus habere sui.
Vixisset Phyllis, si me foret usa magistro;
Et per quod novies, sæpius isset iter.
Nec moriens Dido summa vidisset ab arce
Dardanidas vento vela dedisse rates.

feret vobis vulnus et remedium. Terra gignit herbas salutiferas, et eadem gignit *noxias: et rosa est sæpe proxima urticæ. Hasta Pelias, quæ inflixerat olim vulnus hosti Herculeo, præbuit remedium vulneris. Sed puellæ, credite quoque dicta vobis quæcumque* dicta *viris: præbemus arma partibus diversis. E quibus, si quid non spectat ad vestra commoda; attamen potest docere multa exemplo. Utile* est *institutum opprimere ignes feros; nec habere animum servum vitii sui. Phyllis vixisset, si habnisset me præceptorem; et trivisset sæpius viam, quam trivit novies. Nec Dido moriens aspexisset ab arce excelsa naves Trojanas tradidisse vela vento.*

---

eris.—45 Al. *salutiferas herbas.* Unus P. *eademque nocivas.*—47 R. P. optimus et Ha. *in Herculeo:* vulgo *vulnus Achilleo.*—48 Unus cod. *hasta fuit.*—53 Unus P. *distinguere flammas:* unus Heins. *astringere.*—54 *Vitii sui* R. 2. vulgo *vitiis p. h. tuum,* vel *suum:* quidam *vitii suum, vitii tuum, vitii tui.*—58 Vulg.

NOTÆ

47 *Herculeo*] De Telepho loquitur, Herculis ex Auge filio, qui Achillis hasta, quæ Pelias dicta est, vulneratus, ejusdem rubigine sanatus est.

51 *Quibus*] De puellis loquitur, ad quarum usus non sunt, quæ monebit Naso, plurima: tametsi contra indicat.

53 *Utile*] Nunquam satis dici potest quam utile, quam Deo gratum, qui mentes castas amat, quam jucundum per seipsum liberum esse. Sed statim et mature libidini obviam eundum; principiis obstandum; fugiendum; non de voluptate cogitandum præsertim, quæ ipsa usque adeo mentis est venenum præsentissimum, ut cogitationem, cum subit, eo ipso quod subit, vincat; quippe quæ amatur cum intelligitur, nisi pectus sit certis quibusdam vocibus, quas paucissimi sciunt, egregie præparatum.

55 *Phyllis*] Quæ Amoris impatientia, ob Demophoontis absentiam laqueo vitam finivit; ut vidimus in Epistolis.

56 *Isset*] Sæpius ad mare profecta est Phyllis, ut prospiceret suusne Demophoon rediret: quæ diutius si expectasset, et sæpius adhuc ad mare

Nec dolor armasset contra sua viscera matrem;
Quæ socii damno sanguinis ulta virum est.
Arte mea Tereus, quamvis Philomela placeret,
Per facinus fieri non meruisset avis.
Da mihi Pasiphaën; jam tauri ponet amorem:
Da Phædram; Phædræ turpis abibit amor.
Redde Parin nobis; Helenen Menelaus habebit:
Nec manibus Danais Pergama victa cadent.
Impia si nostros legisset Scylla libellos;
Hæsisset capiti purpura, Nise, tuo.
Me duce, damnosas, homines, compescite curas:
Rectaque cum sociis, me duce, navis eat.

Nec dolor arma prabuisset matri, quæ uita est maritum jactura sanguinis socii, adversus sua viscera. Tereus, arte mea, non meruisset mutari in avem per flagitium, quamvis Philomela placeret. Da mihi Pasiphaën; jam relinquet amorem tauri. Da Phædram; amor inhonestus Phædræ recedet. Da nobis Paridem; Menelaus obtinebit Helenen: nec Pergama superata proterentur manibus Danais. Si Scylla impia evolvisset nostros libellos; Nise, purpura mansisset in capite tuo. Homines coërcete amores perniciosos, me suasore: et navis currat recta cum sociis me præ-

---

Dardanias vento.—63 P. et sex al. *deponet amorem:* unus *spernet am.*—66 *Danais* R. 1. P. 1. et Arund. vulgo *Danaum.* Plerique veteres *victa forent.*—67 Maz. *legisses.*—69 Unus Heins. *damnosos h. comp. mores;* alter *damnosas flammas.*—

NOTÆ

ivisset, suum tandem, qui post ejus obitum redivit, Demophoonta vidisset.

57 *Dido*] Hanc in epistolis diximus suæ necis auctorem, ob Æneæ, quem amabat, discessum.

58 *Dardanidas*] Æneæ, scil. comitumque Trojanorum, qui a Dardano Trojæ ædificatore hoc nomen sortiti sunt.

59 *Matrem*] De Medea loquitur, quæ ab Jasone repudiata filios communes in sui ultionem mactavit; ut jam sæpe vidimus.

60 *Socii*] Optime et feliciter ea voce Jasonis et Medeæ filios designavit.

61 *Tereus*] Fabulam hanc vidimus antea; quam prolixe si cupis legere, inspice Metam. VI. 428.

63 *Pasiphaën*] De hac quoque Minois uxore, Tauri amore incensa, antea verba fecimus.

64 *Phædram*] Quæ privigni Hippolyti amore exarsit.

66 *Nec manibus*] Frustra, opinor, quæ de Troja, a Græcis propter Helenam a Paride raptam diruta, diximus, huc retulero.

67 *Scylla*] Quæ patri Niso fatalem crinem, ut amori suo serviret, surripuit: quam fabulam sæpius repetitam Metam. VIII. videbimus.

68 *Purpura*] Crinis purpureus.

70 *Duce*] Quia de Amoris remediis scribit.

Navis] Se Typhin et gubernatorem Amoris in I. De Arte vocavit.

Naso legendus erat, tunc cum didicistis amare;
Idem nunc vobis Naso legendus erit.
Publicus assertor dominis oppressa levabo
Pectora: vindictæ quisque favete suæ.
Te precor, o vates, adsit tua laurea nobis,
Carminis, et medicæ, Phœbe, repertor opis.
Tu pariter vati, pariter succurre medenti:
Utraque tutelæ subdita cura tuæ.
Dum licet, et modici tangunt præcordia motus;
Si piget, in primo limine siste pedem.
Opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morbi;
Et tuus, incipiens ire, resistat equus.
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas:
Et validas segetes, quod fuit herba, facit.

eunte. Naso erat legendus, tunc cum didicistis amare; idem Naso erit nunc vobis legendus. Ego *vindex publicus exonerabo corda oppressa dominis: unusquisque favete vindictæ suæ. Te oro, Phœbe arcitenens, inventor carminis et auxilii medici, tua laurea nos non destituat. Tu juva pariter poëtam,* juva *pariter medicum: utraque cura subjecta* est *tutelæ tuæ. Dum licet, et motus moderati afficiunt viscera, si piget, fige gradum in primo aditu. Proculcato mala semina morbi repentini, dum nova sunt; et equus tuus primo progrediens gradum sistat. Nam tempus suppeditat vires; tempus decoquit uvas teneras: et præstat fortes segetes,*

---

73 *Dominis oppressa* rescripsit Heins. quia in R. P. Li. et Exc. Scal. est *dominis suppressa:* Exc. I. et duo al. *damnis suppressa:* vulgo *vitiis suppressa.*—75 Al. *precor incipiens:* Exc. I. *precor, arcitenens,* quod placet Heins.—77 Margo Bersm. *Tu melius.*—80 Duo scripti *siste gradum.*—83 Nonnulli *de-*

NOTÆ

74 *Vindictæ*] Virga, quæ *vindicta* dicebatur, in libertatem a Prætore servi asserebantur; quam ad rem alludit poëta, qui se amatores a gravissimo servitio liberaturum profitetur: ut *vindicta* pro ipsa libertate sit hoc in loco intelligenda.

75 *Laurea*] Corona est ex lauro Apollini sacra arbore facta. Cum vero lauream ab Apolline, magis ejus opem, quam et postmodum nominat, expetit.

77 *Medenti*] Remedia amatoribus afferenti.

78 *Cura*] Poëtica, scil. et medecina.

79 *Motus*] Amorem dicit.

80 *Si piget*] Quia iis tantum scribere dixit, quibus in amore non sunt res secundæ.

Siste pedem] O optimum consilium! Vinceris perpetuo, quisquis primo hosti tua ruina crescenti non potuisti resistere.

82 *Incipiens*] Idem quod modo hac docet comparatione; facilius esse initio amori resistere.

83 *Nam mora*] Non mora quidem,

Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.
Tum poterat manibus summa tellure revelli;
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente:
Et tua læsuro subtrahe colla jugo.
Principiis obsta: sero medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.
Sed propera: nec te venturas differ in horas.
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Verba dat omnis amor, reperitque alimenta morando.
Optima vindictæ proxima quæque dies.
Flumina pauca vides de magnis fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Si cito sensisses, quantum peccare parares,
Non tegeres vultus cortice, Myrrha, tuos.
Vidi ego, quod primo fuerat sanabile, vulnus
Dilatum longæ damna tulisse moræ.
Sed, quia delectat Veneris decerpere flores,
Dicimus assidue: Cras quoque fiet idem.

quod fuit herba. Arbor quæ offert spatiosas umbras ambulantibus, fuit virga, quo tempore primum sata est. Tum poterat eradicari extremo solo manibus; nunc hæret aucta in immensum suis viribus. Circumlustrato mente veloci, quale sit id quod amas: et subducito cervices tuas jugo te pressuro. Obnitere primordiis: remedium quæritur sero cum morbi vires collegerunt per longa tempora. Sed festina; nec te dimitte in tempus futurum. Qui non est idoneus hodie, cras erit minus. Omnis amor fallit, et invenit pabula manendo. Quæque dies prima aptissima libertati. Cernis paucos fluvios natos de magnis scaturiginibus: plurimi augentur aquis congestis. Myrrha, si statim cognovisses quantum institueres peccare, non velares faciem tuam cortice. Ego vidi plagam, quæ fuerat primo medicabilis, prorogatam habuisse incommoda prolixæ moræ. Sed, quia juvat deripere flores Veneris, dicimus

coquit.—84 Al. *quæ fuit.*—86 Novem scripti et quidam editi *primo tempore.*—88 Al. *acta suis.*—91 F. *paretur.*—92 Multi scripti *invaluere.*—93 P. *profer in.*—95 Plerique Mss. et edd. *omnis amans.* Sa. *recipitque alim.*—97 Al *Flum. magna vides parvis de.*—99 Heins. conj. *quam tu peccare.*—103 P. R. et quatuor al. item pr. Ed. *decerpere fructum:* multi *fructus,* vel *florem.*—104 Duo

NOTÆ

sed causæ quibus conceditur mora.

100 *Non tegeres*] Quia si patris flagitioso amore abstinuisset, nec ille eam trucidare parasset, nec ipsa aufugisset, nec in arborem sui nominis mutata esset.

104 *Idem*] Ut, scil. amorem propellamus.

Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ;
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilii perierunt tempora primi,
Et vetus in capto pectore sedit amor;
Majus opus superest: sed non, quia serior ægro
Advocor, ille mihi destituendus erit.
Quam læsus fuerat partem Pæantius heros,
Certa debuerat præsecuisse manu.
Post tamen hic multos sanatus creditur annos
Supremam bellis imposuisse manum.
Qui modo nascentes properabam pellere morbos,
Admoveo tardam nunc tibi lentus opem.
Aut nova, si possis, sedare incendia tentes:
Aut ubi per vires procubuere suas.
Cum furor in cursu est, currenti cede furori.
Difficiles aditus impetus omnis habet.

indesinenter: Idem curabitur quoque eras. Interea ignes secreti gliscunt in præcordia; et prava arbor ducit altius radices. Si tamen opportunitas primi remedii præterita est, et vetus amor occuparit mentem irretitam; majus opus restat: sed quanquam arcessor tardius ad ægrotum, ille non erit mihi deserendus. Heros Pæantius debuerat excidisse manu confirmata partem qua vulneratus fuerat. Hic tamen valetudini restitutus post multos annos, existimatur admovisse manum ultimam bellis. Qui festinabam fugare modo morbos incipientes, nunc serus affero tibi auxilium lentum. Vel conevis opprimere incendia nascentia si queas; vel ubi remiserunt per vires suas. Cum furor est in impetu, obsequere furori ruenti. Omnis im-

---

eodd. *fiat idem.*—105 Unus Heins. *placidæ serpunt* Sa. et Pal. *per viscera.*—106 Unus cod. *Ut mala.*—108 Septem Heins. *in cauto.*—111 *Quam* R. vulgo *Qua.*—112 *Certa debuerat* P. et I. vulgo *Debuerat ccleri.*—115 R. *tollere morbos.*—116 Cant. *Admoveam.* Al. *nunc quoque.*—117 Pat. *incend. tenta.*—118 P. a manu pr. *succubuere:* Pat. *per longas suecub. moras.*—119 Vulg. *Dum furor.*

NOTÆ

109 *Majus opus*] In amore eradicando, scil.

111 *Quam*] Græcismus elegans nostro familiaris.

Pæantius] Philoctetes est Pæantis filius, Herculis comes, qui sagitta hydræ veneno infecta, una ex iis quas ab Hercule acceperat, in pede casu vulneratus fuit. Quanquam alii a serpente læsum asserunt.

112 *Præsecuisse*] Ne venenum, scilicet, ad sanas partes cum sanguine flueret.

113 *Post tamen*] In Lemno relictus fuerat Philoctetes, quod fœtorem ex ejus vulnere Græci ferre non possent: quem tandem tamen Machaon medicus valetudini restituit.

114 *Supremam*] Occiso Achille, Ulysses in Lemnum regressus, Philoctetem ad Trojam reduxit, qui Herculis sagittas habebat, sine quibus Troja capi non poterat.

118 *Aut ubi*] Immedicabiles dicit esse amores, dum fervent; nec, nisi post aliquod tempus, adhibendum re-

Stultus, ab obliquo qui cum descendere possit,
  Pugnat in adversas ire natator aquas.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
  Respuit, atque odio verba monentis habet.
Aggrediar melius tunc, cum sua vulnera tangi
  Jam sinet, et veris vocibus aptus erit.
Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
  Flere vetet? non hoc illa monenda loco.
Cum dederit lacrymas, animumque expleverit ægrum;
  Ille dolor verbis emoderandus erit.
Temporis ars medicina fere est: data tempore prosunt,
  Et data non apto tempore vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando;
  Temporibus si non aggrediare suis.
Ergo, ubi visus eris nostræ medicabilis arti,
  Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc, ut ames, faciunt: hæc, ut fecere, tuentur:
  Hæc sunt jucundi causa cibusque mali.

petus habet accessus arduos. Natator est *imperitus qui, cum possit devolvi ab obliquo, conatur natare in aquas oppositas. Animus impatiens, nec adhuc medicabilis arte, rejicit atque odit vocem admonentis. Incipiam melius tunc, cum jam patietur suas plagas tangi, et erit opportunus verbis salutiferis. Quis, nisi amens, prohibeat matrem lacrymari in funere filii? Illa non* est *admonenda hoc loco. Cum profuderit lacrymas, et morem gesserit animo dolenti; illa ægritudo delinienda erit verbis. Medicina est propemodum ars temporis: vina exhibita opportune juvant, et exhibita intempestive obsunt. Quin etiam inflammes vitia, et acriora facias prohibendo; si non attentes temporibus suis. Ergo ubi visus eris sanabilis nostræ arti, fac primo præceptis meis vites otia. Hæc faciunt ut ames: hæc, postquam effecerunt, fovent: hæc sunt causa et esca morbi grati. Si removeas otia, arcus Cupi-*

—121 Al. *discedere possit.*—123 Sa. et Maz. *animi.* Francius volebat *artem Respuit.*—129 Scripti cum pr. Ed. *impleverit.*—130 Heins. vult *Inde dolor;* vel *ægrum illa, dolor, &c.*—131 Vulgo *Temporibus medicina valet.* Nostra lectio est ex veterrimo R.—135 *Nostræ arti* R. P. et tres al. vulgo *nostra arte:* duo codd. et Ed. pr. *prima arte.*—137 Al. *quod fecere,* vel *quæ fecere.*—138 Unus

NOTÆ

medium quod non ab initio allatum fuerit.

126 *Veris*] Pro utilibus posuit. Optime: nam certe veritas omnis boni fundamentum, aut certe ipsum bonum omne est.

129 *Animumque expleverit*] Sibi in flendo nato morem gesserit.

136 *Prima*] Pro *primo.*

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemtæque jacent, et sine luce, faces.
Quam platanus vino gaudet, quam populus unda,
Et quam limosa canna palustris humo;
Tam Venus otia amat. Qui finem quæris amoris,
(Cedit amor rebus,) res age: tutus eris.
Languor, et immodici sub nullo vindice somni,
Aleaque, et multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animis sine vulnere nervos.
Affluit incautis insidiosus Amor.
Desidiam puer ille sequi solet: odit agentes.
Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.
Sunt fora: sunt leges: sunt, quos tuearis, amici:
Vade per urbanæ candida castra togæ.
Vel tu sanguinei juvenilia munera Martis
Suscipe: deliciæ jam tibi terga dabunt.
Ecce fugax Parthus, magni nova causa triumphi,
Jam videt in campis Cæsaris arma suis.

dinis elanguerunt, et tædæ jacent spretæ, et sine igne. Quam platanus delectatur flumine, quam populus aqua, et quam arundo palustris solo lutulento; tam Venus lætatur otio. Qui cupis finem amoris, (amor cedit rebus,) negotia tracta; eris securus. Languor, et somni multi sub nullo moderatore, et alea, et tempora fracta multo vino, auferunt omnes vires animis sine plaga. Amor dolosus arrepit incuriosis. Ille puer solet sectari inertium: odit sedulos. Da menti oscitanti opus, quo impediatur. Sunt fora, sunt leges; sunt amici, quos defendas. Ambula per castra alba togæ urbanæ. Vel immisce te oneribus juvenilibus Martis cruenti: jam voluptas a te recedet. Ecce Parthus fugax, nova materia magni triumphi, jam cernit arma Cæsaris in campis suis.

Heins. *Hæc tibi:* Pat. *mihi.*—140 Be. *Deceptæque jac.*—141 *Vino* R. Exc. Scal. vulgo *rivo:* tres scripti *limo:* Fr. a manu pr. *Phœbo.*—143 Duo libri *quæris amori:* unus Heins. *quæris amandi.*—145 Al. *nullo indice.* Cant. et alius *immodici tangunt præcordia motus.*—147 Vulg. *animo sine vuln. vires.*—148 Al. *Affuit incautis.* Al. *desidiosus Amor:* Be. *invidiosus.*—151 Vulg. *et quos tuear.*—152 *Candida* cod. I. vulgo *splendida.*—153 Unus Heins. *Vel tibi.*—161 *Quæ-*

NOTÆ

145 *Vindice*] Qui aliquem e lecto cogat surgere.

146 *Tempora quassa*] Caput dicit nimio vino titubans.

152 *Vade per*] In candidatorum numero et honorum ambitu esse debere monet eum, qui amorem fugare cupiat. Solebant enim in togis candidis ambulare, qui magistratus a populo petebant.

154 *Deliciæ*] Amor a te fugerit.

155 *Ecce fugax*] Bellum Parthicum designat, quod Caius vel Tiberius Augusti sumsit auspiciis, de quo an-

Vince Cupidineas pariter Parthasque sagittas:
Et refer ad patrios bina tropæa Deos.
Ut semel Ætola Venus est a cuspide læsa;
Mandat amatori bella gerenda suo.
Quæritis, Ægisthus quare sit factus adulter?
In promtu causa est: desidiosus erat.
Pugnabant alii tardis apud Ilion armis:
Transtulerat vires Græcia tota suas.
Sive operam bellis vellet dare, nulla gerebat;
Sive foro, vacuum litibus Argos erat.
Quod potuit fecit; ne nil ageretur, amavit.
Sic venit ille puer: sic puer ille manet.

Frange pariter Cupidineas et Parthas sagittas: et refer bina tropæa ad Deos patrios. Postquam Venus est semel vulnerata a mucrone Ætola; committit bella administranda amatori suo. Petitis, quamobrem Ægysthus sit factus adulter? Causa est ad manum; erat otiosus. Alii certabant apud Trojam lentis armis: Græcia tota avexerat vires suas. Sive optaret navare operam bellis, nulla administrabat; sive foro, Argos erat sine litibus. Ne nihil illic moveretur, quod licuit, amavit. Ille puer sic subit; ille puer sic moratur. Rura quoque, et desiderium

ritis Exc. Scal. vulgo *Quæritur.*—164 Al. *Quo tulerat:* R. veterrimus *Transtulerant.*—166 Heins. et Douza *Argos:* aliæ edd. *Argus.*—167 R. P. et Exc.

NOTÆ

tca. Fugacem vero Parthum appellat, quoniam a tergo non minus infestas fugiens immittit hosti sagittas, quam consistens.

156 *Jam videt*] Sensus est, Jam cuivis amatori datur occasio, qua amorem negotiosus propellat.

158 *Tropæa*] Spolia sunt ab hostibus reportata, quæ veteres in loco ubi victoria parta, monumentum, postibus affigere solebant.

159 *Ætola*] Diomedis Ætoliæ regis; quod factum bello Trojano accidisse antea monuimus.

160 *Mandat*] Marti, amatori suo, belli curam Venus reliquit, ut jam in castris nec reperiatur ipsa, nec filius comesve ejus Amor. Quæ an vera sint semper, viderit Naso.

161 *Ægysthus*] Thyestis fuit filius, qui Clytæmnestram Agamemnonis uxorem corrupit: de qua re jam sæpe. Adulter fuerat pater, qui cum fratris Atrei uxore concubuerat, cum filia Pelopeia incestum patraverat; qualis inde nasci potuit filius?

163 *Tardis*] Decem annos duravit Trojana obsidio.

166 *Argos*] Vetus ac nobilis fuit civitas in Argolide, ubi sicuti et Mycenis Agamemnon regnavit: sed et aliæ fuerunt ejusdem nominis civitates in Græcia, quæ tota quandoque illo nomine intelligitur.

168 *Sic*] Cum nihil aliud agendum succurrit.

Rura quoque oblectant animos, studiumque colendi:
Quælibet huic curæ cedere cura potest.
Colla jube domitos oneri supponere tauros;
Sauciet ut duram vomer aduncus humum.
Obrue versata Cerealia semina terra,
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Aspice curvatos pomorum pondere ramos;
Ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.
Aspice jucundo labentes murmure rivos:
Aspice tondentes fertile gramen oves.
Ecce petunt rupes, præruptaque saxa, capellæ.
Jam referent hædis ubera plena suis.
Pastor inæquali modulatur arundine carmen:
Nec desunt comites, sedula turba, canes.
Parte sonant alia sylvæ mugitibus altæ;
Et queritur vitulum mater abesse suum.
Quid? cum suppositas fugiunt examina taxos,
Ut relevent demti vimina torta favi?
Poma dat autumnus: formosa est messibus æstas:
Ver præbet flores: igne levatur hyems.

colendi ea *demulcent mentes: quælibet cura potest cedere huic curæ. Fac tauri jugo assueti præbeant cervices oneri; ut vomer curvus proscindat duram terram.* Et *operi semina Cerealia terra subacta, quæ ager referat tibi cum multo fructu. Vide ramos pressos onere pomorum; ut arbor sua vix par sit oneri quod protulit. Pasce oculos rivis fluentibus suavi murmure: cerne oves pascentes herbas fœcundas. En capellæ scandunt rupes et saxa abrupta. Jam referent ubera distenta hædis suis. Pastor meditatur carmen arundine inæquali: nec canes comites, turba vigil, desiderantur. Alia parte sylvæ excelsæ remugiunt; et mater gemit vitulum suum desiderari. Quid cum examina vitant fumos subjectos, ut favi sublati pondus detrahant viminibus tortis? Autumnus exhibet poma; æstas pulchra est messibus;*

Scalig. *Quod potuit, ne nil illic ageretur, amavit.*—169 Heins. *oblectent.*—171 Quidam *indomitos.* Ed. pr. et duo scripti *oneri submittere.*—172 Leid. *Sentiat ut dur.*—173 F. *Cerealia munera.*—174 Unus Heins. *cum justo fœn.*—177 Optimus P. pro div. lect. *liquaces rivos:* unus Heins. *ludentes.*—179 Voss. *petunt montes;* al. *ramos;* unde Burm. conj. *dumos.*—180 Al. *referunt.*—multi *Ut referant.*—181 Al. *moderatur arund.* unus Med. *meditatur.*—185 *Suppositas taxos* emend. Heinsius: Exc. I. *suppositos tax.* P. *compositos taxos:* vulgo *supposilos fumos:* R. *compositos fumos.*—186 Apr. et Maz. *demto favo.*

NOTÆ

173 *Cerealia*] Quæ Ceres frugum Dea invenit.

181 *Inæquali arundine*] Fistula impariibus juncta calamis.

185 *Examina*] De apibus loquitur, quas fumo fugare mos erat, cum fa-

Temporibus certis maturam rusticus uvam
  Deligit; et nudo sub pede musta fluunt:
Temporibus certis desectas alligat herbas;
  Et tonsam raro pectine verrit humum.
Ipse potes riguis plantam deponere in hortis:
  Ipse potes rivos ducere lenis aquæ.
Venerit insitio; fac ramum ramus adoptet:
  Stetque peregrinis arbor operta comis.
Cum semel hæc animum cœpit mulcere voluptas,
  Debilibus pennis irritus exit Amor.
Vel tu venandi studium cole. Sæpe recessit
  Turpiter a Phœbi victa sorore Venus.
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci:
  Nunc tua frondosis retia tende jugis.
Aut pavidos terre varia formidine cervos:
  Aut cadat adversa cuspide fossus aper.

ver exhibet flores; hyems lenitur foco. Rusticus carpit temporibus constitutis racemos maturos; et musta defluunt sub pede nudo. Colligit herbas detonsas temporibus constitutis; et radit rastro terram tonsam. Ipse potes statuere plantam in hortis riguis: ipse potes derivare aquam placidam. Cum aderit insitio; fac ramus sibi asciscat ramum: et arbor sit ornata frondibus alienis. Cum hæc voluptas semel occæpit delinire mentem, Amor imbecillis recedit pennis infirmis. Vel tu indulge studio venandi: Venus sæpe discessit turpiter superata a sorore Apollinis. Nunc sequere leporem obvium catulo sagaci: nunc pone tuas plagas montibus nemorosis. Aut percelle vario terrore cervos timidos; aut aper transfixus mucrone opposito

---

Torta optimus P. vulgo *curva*.—189 Vulg. *maturas...uvas*.—190 Alii *Colligit*. —191 Prima Ed. et scripti nonnulli *colligit herbas*: Mor. pro div. lect. *aggregat*, unde Heins. conj. *aggerat*.—192 Quidam scripti *versat humum*, vel *vertit*. —193 Nonnulli *plant. deducere*; vel *defigere*.—194 L. *lætus aquæ*.—201 Unus Heins. *leporem parvum*. I. *sectare sequaci*.—202 Ed. Gryph. ann. 1554. *Nunc*

NOTÆ

vos subtrahere volebant.

186 *Vimina*] Ex quibus alvearia fiunt, quæ mellis ab apibus collecti pondere gravantur.

191 *Herbas*] De fœno agitur, quod vel in metas exstruitur, vel per fasciculos in pratis religatur.

192 *Raro*] De rastris sermo est, quibus in metas colligitur et cogitur fœnum.

196 *Comis*] De ramis seu frondibus loquitur, quæ per insitionem in varii generis trunco succrescere videmus.

200 *Phœbi sorore*] Diana est venationis Dea, quam qui sequatur vix in Amoris casses incidat.

201 *Pronum*] Quem facile sagax canis inveniat.

Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ,
  Excipit; et pingui membra quiete levat.
Lenius est studium, studium tamen, alite capta,
  Aut lino, aut calamis præmia parva sequi:
Vel, quæ piscis edax avido male devoret ore,
  Abdere supremis æra recurva cibis.
Aut his, aut aliis, donec dediscis amare,
  Ipse tibi furtim decipiendus eris.
Tu tantum i, quamvis firmis retinebere vinclis,
  I procul, et longas carpere perge vias.
Flebis, ut occurret desertæ nomen amicæ:
  Stabit et in media pes tibi sæpe via.
Sed quanto minus ire voles, magis ire memento:
  Perfer: et invitos currere coge pedes.
Nec pluvias vites: nec te peregrina morentur
  Sabbata; nec damnis Allia nota suis.

prosternatur. Somnus, non cura puellæ, nocte excipit defessum; et membra mulcet quiete humectante. Levius est studium, studium tamen, captare exiguos fructus ave capta, aut retibus, aut calamis viscatis: *vel tegere hamos aduncos escis superinductis, quos piscis vorax male absorbeat ore cupido. Ipse eris tibi fallendus clanculum, his aut aliis, donec desuescis amare. Tu tantum recede, quamvis coërcebere validis vinculis, procul abi, nec desine sequi longas vias. Lugebis, cum subibit nomen amicæ relictæ: et pes tibi hærebit sæpe in medio itinere: at quo minus progredi cupies, magis progredi memor esto: usque tolera: et vim facito pedibus renitentibus, ut currant. Nec timeas imbres; nec sabbata aliena te detineant; nec*

---

in.—203 Pal. *Aut terre victos.* Unus Heins. *vana formidine.*—206 *Pingui* R. Exc. Scal. et P. pro div. lect. vulgo *dulci.*—207 Edd. veteres et scripti septemdecim *prodest tamen.*—208 Unus Heins. *aut calamo.*—210 Unus Heins. *Abdere sub primis:* multi *Addere.*—211 Sa. et al. *desistis amare.*—213 *Tu tamen i* a conj. Heins. scripti majori ex parte cum pr. Ed. *Tu tamen et:* duo *Tu tamen infirmis quamvis:* P. 4. *Tu tamen hic quamvis:* I. et tres al. *Tu tandem firmis quamvis.*—215 *Ut occurret* a conj. Heins. vulgo *et occurret.*—217 Al. *quando minus:* Ed. pr. *quantum:* Unus cod. *quo minus ire vides, tanto magis:* alius *tanto ire mem.*—219 Duo F. et pr. Ed. *vita,* unde Heins. fecit *vites:* vulgo

NOTÆ

207 *Studium*] *Occupation.*

208 *Calamis*] Viscatis, scilicet.

209 *Male*] Pro ipso pisce, scilicet.

213 *Vinclis*] Puellæ cura, scilicet, quam in urbe, non in sylvis inventurum se, amatorem non latet.

219 *Peregrina*] A Judæis peregrinis observata.

220 *Allia*] Hoc fluvii Italiæ nomen est, qui se Tiberino non longe ab urbe immiscet, apud quem maxima strage Romani a Gallis, Brenno duce, profligati sunt: unde factum, ut 'Alliensis dies' pro atro et infausto usurpetur.

Nec quot transieris, sed quot tibi, quære, supersint
  Millia: nec, maneas ut prope, finge moras.
Tempora nec numera: nec crebro respice Romam.
  Sed fuge: tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.
Dura aliquis præcepta vocet mea; dura fatemur
  Esse: sed, ut valeas, multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amaros
  Æger; et oranti mensa negata mihi.
Ut corpus redimas, ferrum patieris et ignes;
  Arida nec sitiens ora levabis aqua;
Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?
  At pretium pars hæc corpore majus habet.
Sed tamen est artis strictissima janua nostræ,
  Et labor est unus tempora prima pati.
Aspicis, ut prensos urant juga prima juvencos?
  Ut nova velocem cingula lædat equum?
Forsitan a Laribus patriis exire pigebit.
  Sed tamen exibis: deinde redire voles.

Allia cognita suis stragibus. Nec cura quot millia præterieris, sed quot tibi restent: nec comminiscitor moras, ut maneas prope. Nec rationem habe temporum: nec sæpius respice Romam: sed fuge; Parthus securus est adhuc ab hoste fuga. Aliquis dicat mea præcepta dura; agnoscimus dura esse: sed tolerabis multa lugenda, ut valeas. Sæpe ægrotus sorpsi, quamvis animo iniquo, succos amaros; et mensa negata mihi roganti. Ut redimas corpus, tolerabis ferrum et ignes; nec sitiens ablues aqua ora æstuantia; recusabis quicquam ferre, ut valeas animo? At pars hæc præstantior est corpore. Sed tamen aditus artis nostræ est arctissimus, et solus est labor ferre prima tempora. Nonne *vides, ut prima juga premant novos juvencos? Ut primum lorum offendat equum celerem? Forte pigebit excedere domo paterna: sed tamen excedes; deinde cupies reverti. Nec domus patria, sed amor*

opta.—220 Al. *damnis alea nata tuis.*—222 Al. *nec maneas, nec prope finge moras.*—225 R. *Jure aliquis mea dura vocat præcepta. Fatemur.*—229 Vulg. *patiaris.*—230 Al. *ora lavabis.*—233 Duo codd. *hæc artis. Strictissima* decem scripti; vulgo *tristissima.*—235 Al. *ut pressos:* Fr. et Leid. *teneros lædunt juga:* unus *domitos urunt:* decem *pressos lædunt.*—237 *E Laribus* unus; *ex* alter.—

NOTÆ

221 *Nec quot*] Amatorem vetat moræ causas fingere, aut quam longam viam confecerit exquirere, ut quiescat; sed magis de itinere faciendo jubet inquirere, ut procedat.

224 *Parthus*] Parthorum exemplo, qui fuga hostem profligant et sibi consulunt, fugiendum et vincendum esse docet: quod quidem consilium nequeo satis laudare et commendare.

233 *Strictissima*] Ut qui semel ingressus sit, alia omnia levia experiatur. 'Dimidium facti, qui cœpit, habet,' inquit Horatius.

Nec te Lar patrius, sed amor revocabit amicæ,
  Prætendens culpæ splendida verba suæ.
Cum semel exieris, centum solatia curæ
  Et rus, et comites, et via longa dabunt.
Nec satis esse puta discedere: lentus abesto;
  Dum perdat vires, sitque sine igne, cinis.
Si nisi firmata properabis mente reverti,
  Inferet arma tibi sæva rebellis Amor.
Quid? quod, ut abfueris, avidus sitiensque redibis;
  Et spatium damno cesserit omne tuo?
Viderit, Hæmoniæ si quis mala pabula terræ,
  Et magicas artes posse juvare putat.
Ista veneficii vetus est via: noster Apollo
  Innocuam sacro carmine monstrat opem.
Me duce non tumulo prodire jubebitur umbra:
  Non anus infami carmine rumpet humum.

amicæ, obvelans vitium suum speciosis verbis, te retrahet. Cum semel prodieris, et rus, et comites, et iter longum præbebunt centum amoris levamina. Nec crede satis esse abire: absens esto diu; donec ignis *absumat vires, et cinis sit sine igne. Si festinabis redire, nisi animo confirmato, Amor pertinax inferet tibi arma crudelia. Quid quod, postquam abfueris, reverteris cupidus et sitiens; et omnis mora cesserit detrimento tuo? Si quis aspexerit mala gramina terræ Hæmoniæ, et credit artes magicas posse esse solatio. Ista est veneficii antiqua via: noster Apollo auxilium indicut innoxium sacro carmine. Umbra non cogetur exire ex tumulo me auctore;*

240 Al. *Prætendes.* Al. *culpæ tuæ:* Sa. *facta suæ:* quatuor al. *facta tuæ.*—242 Francius volebat *ut via longa.* R. et P. *longa dabit.*—243 Vulg. *esse putes.*—244 Li. *sine igne rogus.*—247 Correxit Heins. *Quid quod, ut abfueris:* unus V. et ed. Gryph. ann. 1554. *et abfueris:* vulgo *Quicquid eras fueris:* unus *Quisquis es affueris:* duo *Quisquis et:* alius, *Quicquid eris fueras:* reliqui cum pr. Ed. *Quicquid et abfueris.*—249 Scripti plerique *Fallitur Hæmon.*—251 Unus cod. et edd. quædam *veneficiis.*—253 Al. *prodire videbitur.*—

NOTÆ

235 *Prensos*] Qui recens ad jugum sunt compulsi, cum ante per prata vagarentur.

237 *Laribus*] Deos domesticos pro domo paterna posuit.

240 *Splendida*] Quasi pietatis nomine domum revertieretur.

244 *Sitque sine*] Elegantissima metaphora, qua penitus extinguendum prius amorem indicat, quam in urbem redeat amator.

249 *Hæmoniæ*] Thessaliam dicit, veneficiis terram notissimam.

253 *Non tumulo*] Varia tangit ex veneficarum disciplina.

254 *Rumpet*] 'Hæc cantu finditque solum, Manesque sepulcris Elicit.' Tibullus.

Non seges ex aliis alios transibit in agros :
  Nec subito Phœbi pallidus orbis erit.
Ut solet, æquoreas ibit Tiberinus in undas :
  Ut solet, in niveis Luna vehetur equis.
Nulla recantatas deponent pectora curas ;
  Nec fugiet vivo sulfure victus amor.
Quid te Phasiacæ juverunt gramina terræ,
  Cum cuperes patria, Colchi, manere domo ?
Quid tibi profuerunt, Circe, Perseides herbæ,
  Cum sua Neritias abstulit aura rates ?
Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret :
  Ille dedit certæ lintea plena fugæ.
Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis :
  Longus at invito pectore sedit amor.

annus non fodiet terram tristi carmine. Seges non migrabit ex aliis in alios agros : nec orbis Solis fiet repente pallidus. Tiberinus curret, ut solet, in aquas marinas ; Luna procedet, ut solet, in equis albis. Nullæ mentes omittent curas carminibus repressas ; nec amor recedet superatus vivo sulfure. Colchi, quid tibi profuerunt herbæ soli Phasiaci, cum optares manere in domo patris ? Circe, quid te juverunt herbæ Perseides, cum ventus suus abripuit naves Neritias ? Omnia tentasti, ne hospes versutus discederet. Ille tradidit plena carbasa certæ fugæ. Omnia tentasti, ne ignis sævus te absumeret : at longus amor mansit in animo refugiente.

254 Duo scripti et ed. Mycill. *insano carmine.*—255 P. *exibit in agros.*—259 Mor. *Nullaque cantatas :* unus Heins. *Nulla replantatas.* Idem *pectore.*—263 Tres *Phasideæ :* unus *Phasiadæ :* alius *Perseidos :* Heins. vult *Phasiados.*—264 Al. *Cum tibi.* Scripti plerique perperam *Naricias.* Alii *hora rates.*—

NOTÆ

256 *Nec subito*] Sese negat prorsus incantamentis operam daturum : sapientius quam multi solent nomine impudenter Christiani.

258 *In niveis*] Neque obscurabitur, neque cœlo deducetur : quod factitare se jactant magi.

259 *Nulla*] Non verum dixisse arbitror. Neque enim nihil sunt, neque sunt quæ dicunt magi omnia, quacumque illi denique arte utantur.

Recantatas] Magicis artibus repressas.

260 *Sulfure*] Id sacrum dicit, quo, adhibito sulfure, ovo, et teda, lustrabantur amantes.

261 *Phasiacæ*] Colchon dicit, Medeæ patriam, ubi Phasis fuit fluvius.

262 *Colchi*] Medeam alloquitur, quæ a patria Colchis dicitur.

Manere] Potius quam Jasonem sequi.

263 *Circe*] Solis filiam notissimam nobis jam ante sua fecerunt veneficia.

Perseides] Eo nomine a Persa Oceani filia, matre Circes, appellavit.

264 *Neritias*] Naves dicit Ulyssis, quem Circe amavit, a Nerito, Ithacæ insulæ monte ubi ille regnavit, hoc nomen sortitas.

266 *Certæ*] Quam nullæ herbæ impedire potuerunt.

Vertere quæ poteras homines in mille figuras:
Non poteras animi vertere jura tui.
Diceris his etiam, cum jam discedere vellet,
Dulichium verbis detinuisse ducem:
Non ego, quod primo (memini) sperare solebam,
Jam precor, ut conjux tu meus esse velis.
Et tamen, ut conjux essem tua, digna videbar:
Quod Dea, quod magni filia Solis eram.
Ne properes oro: spatium pro munere posco.
Quid minus optari per mea vota potest?
Et freta mota vides; et debes illa timere.
Utilior velis postmodo ventus erit.
Quæ tibi causa fugæ? non hic nova Troja resurgit:
Non alius socios Rhesus ad arma vocat.
Hic amor, hic pax est; in qua male vulneror una:
Totaque sub regno terra futura tuo est.
Illa loquebatur: navem solvebat Ulixes:
Irrita cum velis verba tulere Noti.

Poteras transmutare homines in mille formas: non poteras mutare leges pectoris tui. Perhiberis etiam demulsisse his vocibus ducem Dulichium, cum jam vellet proficisci: Ego jam non oro, quod primo solebam sperare, (memini,) ut tu velis esse meus maritus. Et tamen videbar idonea, ut essem tua uxor; quod eram Dea, quod filia magni Solis. Precor, ne festines: peto moram pro beneficio. Quid minus potest desiderari per mea vota? Et cernis æquora concita; et debes illa reformidare. Ventus erit postmodo æquior velis. Quæ tibi causa fugæ? Troja nova non hic excitatur: alius Rhesus non rapit socios ad arma. Hic est amor, hic pax; in qua sola male lædor: et omnis mea *terra mansura est sub tuo imperio. Illa loquebatur: Ulysses deducebat navem: Austri rapuerunt verba vana cum velis. Circe*

---

268 Al. *et invito*, vel *in invito*. P. et al. nonnulli *mansit amor*.—269 Scripti cum pr. Ed. *tu poteras:* unus cod. *cum poteras*.—275 Jun. *Sed tamen:* Leid. *Ut tamen*.—279 Unus Heins. *freta magna*.—280 Quatuor libri *Utilius tempus*.—281 Al. *resurget*.—282 *Alius* a conj. Heins. pro vulg. *aliquis*. *Rhesus* optimus P. et Arg. vulgo *rursus*. Unus F. *in arma*.—283 Meliores, teste Heins. *et pax*. Heins. vult *a qua*.—286 P. *cum votis*. Heins. conj. *cum velis vota*.—

NOTÆ

270 *Jura*] Quibus ad amandum quasi cogebatur.

272 *Dulichium*] Ulyssem dicit, ab insula Dulichio, ex Echinadibus una, Peloponnesum ab occasu spectante, sic dictum.

282 *Rhesus*] Rex fuit Thraciæ, quem albis equis in Trojanorum auxilium venientem Ulysses et Diomedes interfecerunt.

286 *Verba*] Circes, scilicet, quæ contemsit Ulysses.

Ardet, et assuetas Circe decurrit ad artes:
Nec tamen est illis attenuatus amor.
Ergo age, quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,
Deme veneficiis carminibusque fidem.
Si te causa potens domina retinebit in Urbe;
Accipe, consilium quod sit in Urbe meum.
Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitque semel.
Si cui tantum animi est, illum mirabor et ipse:
Et dicam, Monitis non eget ille meis.
Tu mihi, qui, quod amas, ægre dediscis amare;
Nec potes, et velles posse, docendus eris.
Sæpe refer tecum sceleratæ facta puellæ;
Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Illud et illud habet: nec ea contenta rapina
Sub titulum nostros misit avara lares.
Sic mihi juravit: sic me jurata fefellit.
Ante suam quoties passa jacere forem!

uritur, et confugit ad artes solitas, nec tamen amor est imminutus illis. Ergo age, quisquis tibi quæris auxilium ab arte nostra, noli fidem adhibere veneficiis et carminibus. Si causa gravis te detinebit in Urbe domina, accipe quod sit consilium meum in Urbe. Ille fuit optimus assertor, qui abscidit vincula prementia pectus, et semel dedoluit. Si tantum animi est alicui, ego etiam illum suspiciam; et dicam, Iste non indiget meis præceptis. Tu eris mihi instituendus, qui invitus desinis amare quod amas; nec potes, et velles posse. Revocato sæpe in animum facta scelestæ puellæ, et objice oculis tuis omnia tua *detrimenta. Habet illud et illud: nec contenta ea rapina, avara jussit inscribendam nostram domum. Sic juravit mihi, jurata sic me decepit. Quoties sivit* me *jacere ante suas fores! Ipsa amat alios: contem-*

287 Unus P. *et assiduas.* Nonnulli edd. et scripti *Circe tendebat.*—289 *Age* unus R. vulgo *Ergo quisquis.*—291 *Domina* R. et ed. Gryph. ann. 1551. Reliqui fere *dominæ.*—293 Heins. conj. *Optim. ille sui vind.*—294 Pal. *dissolvenda semel;* pro quo *dissoluenda* esset legendum.—295 *Si cui* duo Heins. vulgo *Sed cui.*—297 Al. *Tu modo.* Unus *Tu modo quicquid.*—299 Al. *verba puellæ,* aut *dicta:* Sa. *regna.*—302 Multi *Sub titulo.*—304 *Suam forem*

NOTÆ

287 *Assuetas*] Quibus ad veneficia utebatur.

291 *Domina*] Roma, scilicet.

294 *Vincula*] De amore loquitur, quo amantis pectus torquetur.

Dedoluit] Amoris impatientiam vicit, ejusque dolorem abjecit.

301 *Illud et illud*] Verba sunt amantis, aut certe quæ amantem repetere docet Ovidius, ut amicam contemnere discat.

302 *Titulum*] Quo ædes inscribuntur vendendæ.

Diligit ipsa alios; a me fastidit amari.
Institor heu noctes, quas mihi non dat, habet!
Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus:
Hæc refer: hinc odii semina quære tui.
Atque utinam possis etiam facundus in illis
Esse! dole tantum; sponte disertus eris.
Hæserat in quadam nuper mea cura puella:
Conveniens animo non erat illa meo.
Curabar propriis æger Podalirius herbis:
Et (fateor) medicus turpiter æger eram.
Profuit assidue vitiis insistere amicæ.
Idque mihi factum sæpe salubre fuit.
Quam mala sunt nostræ, dicebam, crura puellæ!
Nec tamen, ut vere confiteamur, erant.
Brachia quam non sunt nostræ formosa puellæ!
Et tamen, ut vere confiteamur, erant.
Quam brevis est! nec erat: quam multum poscit amantem!
Hinc odio venit maxima causa meo.

nit amari a me. Heu institor habet noctes, quas mihi non concedit! Hæc omnia inamarescant tibi per totos sensus: hæc commemora: pete hinc initia odii tui. Atque etiam utinam possis esse disertus in illis! dole tantum; facile eris disertus. Desiderium meum manserat nuper in quadam puella: illa non erat obsequens animo meo. Æger Podalirius reficiebar propriis herbis: et (confiteor) eram medicus indecore afflictus. Juvit inhærere vitiis amicæ assiduæ: et id factum sæpe mihi fuit salutiferum. Quam turpia sunt crura nostræ puellæ! dicebam. Nec tamen erant, ut verum agnoscamus. Quam nostræ puellæ lacerti non sunt pulchri! et tamen, ut verum agnoscamus, erant. Quam parva est! nec erat: quam multum petit ab amante! Hinc vehemens causa accessit odio meo. Mala quoque sunt proxi-

---

unus Heins. vulgo *suas fores*.—307 *Inacescant* R. cum duobus aliis. Alii aliter: unus *vanescant*, alius *manescant*: Cod. I. *non cessent*: prior Me. *acescant*.—308 Heins. *odiis...tuis*.—309 Vulg. *posses*.—315 R. *assiduæ*.—318 Al. *verum*.—319 Hoc distichon deerat in Li. Fr. et in antiquis quibusdam edd. ut Ald. priore.—320 *Et tamen* P. et Arg. Vulgo *Nec tamen*.—321 *Nec erat* P. cum duobus al. et ed. Gryph. ann. 1554. vulgo *et erat*.—322 Scripti

NOTÆ

307 *Inacescant*] Quam optime dolorem exprimit vox ista, quo in recensendis acceptis injuriis animus irritatur.

312 *Conveniens*] Quippe quæ amori non favebat.

313 *Podalirius*] Æsculapii fuit filius, medicus insignis, cui sese poëta in amore curando similem facit.

Herbis] Præceptis, scilicet.

314 *Turpiter*] Quia medicum decet aliis, quam sibi non possit, præstare opem.

Æger] Quia amans.

Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Quam potes, in pejus dotes deflecte puellæ:
Judiciumque brevi limite falle tuum.
Turgida, si plena est; si fusca est, nigra vocetur.
In gracili macies crimen habere potest.
Et poterit dici petulans, quæ rustica non est:
Et poterit dici rustica, si qua proba est.
Quin etiam, quacumque caret tua fœmina dote,
Hanc moveat, blandis usque precare sonis.
Exige quod cantet, si qua est sine voce puella:
Fac saltet, nescit si qua movere manum.
Barbara sermone est; fac tecum multa loquatur.
Non didicit chordas tangere; posce lyram.
Durius incedit; face inambulet: omne papillæ
Pectus habent tumidæ; fascia nulla tegat.
Si male dentata est; narra, quod rideat, illi.
Mollibus est oculis, quod fleat illa, refer.

ma bonis: sub illo errore virtus sæpe damnata est pro vitio. Detorque in pejus, quantum potes, bona puellæ: et decipe judicium tuum exiguo termino. Si obesa est, dicatur turgida; si fusca est, nigra. Macies potest argui in gracili. Quæ non est rustica, poterit etiam vocari proterva: et si qua est honesta, poterit dici morosa. Quin etiam indesinenter orato verbis lenibus, tua puella exerat dotem, quacumque caret. Si aliqua puella est sine voce; poscito canat: si qua nescit agitare manum, fac saltet. Est barbara sermone; fac multis tecum disserat. Non docta est pulsare chordas; pete lyram. Ambulat crassius, fac incedat: papillæ tumidæ occupant totum pectus; nulla fascia velet. Si male est dentata; refer illi quod rideat. Est oculis teneris, commemorato quod illa lugeat. Jurerit etiam

plerique *Hæc odio.*—323 Heins. vult *Ut mala.*—325 Al. *Qua potes.*—327 Landinus ad Horat. Od. 1. 23. legit *Turgida si pinguis.*—329 Fr. *quia rustica:* P. et sex alii *si.*—331 Al. *tua dote puella.*—332 Ed. Mycill. et aliæ vitiose *Hanc maneat:* R. et Li. *moneas:* quatuor *moreas.*—333 Heins. *Exigito cantet.* Quidam *ut cantet*, et *uti cantet.*—334 *Manum* R. et pro div. lect. P. et Li. vulgo *pedem.*—335 Pat. *sermonem.* P. *tecum ut.*—337 *Inambulet* R. et Exc. Scal. vulgo *ut ambulet.*—338 Vulgo *Pectus habent: vitium.* Heins. *nulla ligat.*—339 *Illi* R.

NOTÆ

315 *Assidue*] Quæ animo perpetuo obversetur.

322 *Hinc*] Ex eo, scilicet, quod multum petebat.

323 *Mala sunt*] Bonitatem imitatur inepta lenitas, virtutes alias alia vitia.

326 *Brevi*] In medio consistit virtus, ita ut ad alterutram partem si inclinaveris, in vitium incurras. Pro-

Proderit et subito, cum se non finxerit ulli,
  Ad dominam celeres mane tulisse gradus.
Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur
  Omnia: pars minima est ipsa puella sui.
Sæpe, ubi sit, quod ames, inter tam multa requiras.
  Decipit hac oculos ægide dives Amor.
Improvisus ades; deprendes tutus inermem:
  Infelix vitiis excidet illa suis.
Nec tamen huic nimium præcepto credere tutum est;
  Fallit enim multos forma sine arte decens.
Tum quoque, cum positis sua collinet ora venenis,
  Ad dominæ vultus (nec pudor obstet) eas.
Pyxidas invenies, et rerum mille colores;
  Et fluere in tepidos œsypa lapsa sinus.
Illa tuas redolent, Phineu, medicamina mensas:
  Non semel hinc stomacho nausea facta meo.

subito mane accelerasse gressus ad dominam, cum nulli se ornaverit. Rapimur ornatu: omnia velantur gemmis et auro: ipsa puella est pars minima sui. Sæpe exquiras quod ames inter tam multa. Opulentus Amor fallit oculos hac ægide. Adesto inexpectatus; securus corripies inermem: illa infelix deturbabitur suis vitiis. Nec tamen cautum est nimium confidere huic consilio: nam forma decora sine arte decipit multos. Accedas etiam tum ad ora dominæ, cum unget faciem suam pigmentis appositis (nec pudor impediat). Reperies pyxidas, et mille colores rerum; et œsypa dilapsa currere in sinus calidos. Phineu, illa unguenta referunt odorem mensarum tuarum: non semel nausea hinc nata ventriculo meo. Nunc di-

vulgo *illa*; vel *ipsa*.—344 Nonnulli *Crimina* pro *Omnia*.—348 Al. *ipse suis*.—350 Al. *multas*.—351 P. cum quinque aliis *cum pos. sua collin.* vulgo *compositis sua cum linit*.—354 Unus P. Maz. et duo alii *Effluere*: R. *Defluet*.—356

NOTÆ

digus fueris, si plus paulo liberalis.

340 *Mollibus*] Ex quibus facile prodeant lacrymæ.

341 *Finxerit*] Comam composuerit, faciem fuco illiverit, &c.

343 *Auferimur*] Ad amandum quasi cogimur.

346 *Ægide*] Fuit Ægis Minervæ scutum, Medusæ capite horridum, quod quicumque intuebatur in saxum vertebatur; quam ad rem nunc alludit poëta, qui ornamentis suis indutas puellas viris dicit imponere, eosque ad stuporem cogere.

347 *Inermem*] Quia inornata.

351 *Venenis*] De fuco loquitur.

354 *Œsypa*] Videsis quæ supra diximus.

355 *Phineu*] Fuit Phineus rex Arcadiæ, quem oculis Dii privarunt, quod filium occæcasset; cujus mensas Harpyiæ adversus ipsum immissæ ventris profluvio turpissime fœdabant, ut dapibus vesci non posset.

356 *Hinc*] Ex inspectis puellarum pyxidibus.

Nunc tibi, quæ medio Veneris præstentur in usu,
Eloquar: ex omni parte fugandus amor.
Multa quidem ex illis pudor est mihidicere: sed tu
Ingenio verbis concipe plura meis.
Nuper enim nostros quidam carpsere libellos;
Quorum censura Musa proterva mea est.
Dummodo sic placeam, dum toto canter in orbe;
Quod volet, impugnent unus et alter opus.
Ingenium magni detrectat livor Homeri:
Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.
Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguæ,
Pertulit huc victos quo duce Troja Deos.
Summa petit livor: perflant altissima venti:
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.

cam tibi, quæ fiant in medio usu Veneris: amor profligandus ex omni parte. Pudet quidem multa referre ex illis: sed tu mente assequere plura verbis meis. Nuper enim quidam reprehenderunt nostros libellos; quorum censura Musa mea est petulans. Dummodo sic placeam, dum lauder in toto orbe; unus et alter improbent opus, quod libuerit. Invidia detrahit ingenio magni Homeri. Zoile, quisquis es, habes nomen ex illo. Linguæ etiam scelestæ discerpserunt tua carmina, quo duce Troja huc devexit Deos superatos. Invidia invehitur in excelsa: venti deverrunt altissima: fulmina emissa manu Jovis tangunt sublimia. At tu, quisquis es, quem

Quatuor libri *e stomucho;* unus *in stomacho.*—357 P. et quatuor al. *medios in usus.* Unus F. *præstentur:* vulgo *præstemus:* P. I. *præstamus.*—364 Vulgo *Quam volet:* quidam *Qui volet, Quam libet, Quo libet, Qua valet, Quo volet,*

NOTÆ

362 *Proterva*] Est profecto; nec satis est quod placeat, cum vix aliter quam placendo nostra nosmet capiat vanitas, et in præceps rapiat miseria.

366 *Quisquis es*] Hoc dicit, quia vix aliter notus Zoilus, quam quod in Homerum libros composuerit, quos Alexandriæ Ptolemæo regi recitavit: cui quidem nullum ille dedit responsum, quod tantum Poëtam immerito culpari videret. Testatur Vitruvius eum Zoilum ad egestatem compulsum regem adiisse, ut ab eo aliquid acciperet, cui ille respondit, Debere, qui meliori ingenio sese profiteretur, non modo unum, sed plures etiam pascere posse, cum Homerus, qui ante mille annos decessisset, ævo perpetuo tot millia hominum pasceret. Accusatus deinde Zoilus parricidii, cruci affixus est; et *Homeromastix*, quod Homeri obtrectator fuisset, dictus est.

368 *Duce*] De Virgilio loquitur, qui Æneæ adventum in Italiam cecinit.

Troja] Ex Marone totam Trojæ historiam, ejus urbis excidium, Æneæ fugam, in Italiam Penates advectos, &c. cognosces.

At tu, quicumque es, quem nostra licentia lædit;
Si sapis, ad numeros exige quidque suos.
Fortia Mæonio gaudent pede bella referri.
Deliciis illic quis locus esse potest?
Grande sonant tragici; tragicos decet ira cothurnos:
Usibus e mediis soccus habendus erit.
Liber in adversos hostes stringatur iambus;
Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.
Blanda pharetratos elegeia cantet amores:
Et levis arbitrio ludat amica suo.
Callimachi numeris non est dicendus Achilles:
Cydippe non est oris, Homere, tui.

nostra nimia libertas offendit; si sapis, revoca singula ad rationes suas. Bella strenua volunt cantari pede Mæonio. Quis locus potest esse illic deliciis? Tragici magna sonant; ira decet cothurnos tragicos: soccus erit habendus ex mediis usibus. Iambus liber immittatur in hostes adversos; seu currat, seu ille ducat pedem ultimum. Mollis elegeia canat amores pharetratos: et amica levis ludat arbitrio suo. Achilles non est cantandus numeris Callimachi: Homere, Cydippe non est tui

Quum volet.—372 R. *quidque:* Sa. *quodque:* vulg. *quæque.*—375 R. et Fr. *Tragici; tumidos decet.*—376 *Usibus e med.* R. unde Heins. conj. *Lusibus:* P. *Versibus e modicis:* reliqui plerique *Versibus in mediis.* Unus Heins. *eris.*—380 R. *laudet amica:* plures *plaudat:* unus *laudet.*—381 Voss. *est tractandus.*

NOTÆ

372 *Ad numeros*] Levis est Poëtæ excusatio, nam quod gravissimum in accusatione non tangit.

373 *Mæonio*] Heroico carmine; quali usus est Homerus, Mæonius incerta etymologia dictus.

375 *Cothurnos*] Calceamenti genus est altius assurgens, quo in tragœdia utebantur, sicuti socco humiliori in comœdia.

376 *Usibus*] Id est, Ex vita communi, quæ comœdia describitur.

Soccus] Per soccum stylum intelligit humiliorem, sicuti per cothurnum sublime dicendi genus.

377 *Liber*] Vel quia pede cito, iambo, scil. syllaba brevi et longa constante conflatus est; vel quia libere scribunt, qui iambo adversus aliquem utuntur.

378 *Celer*] Versus est hypercatalecticus, qui præter pedum justum numerum syllabam habet in fine.

Seu trahat] Versum catalecticum dicit, cui una syllaba deest in fine.

381 *Callimachi*] Versibus elegis, in quibus scribendis primas Callimachus obtinuit.

Achilles] Id est, Heroum facta fortia. Metonymia est cum synecdoche.

382 *Cydippe*] Cujus nominis poëma scripserat Callimachus, ex quo fragmenta ab antiquis grammaticis citantur. Vidimus etiam supra, Cydippes ad Acontium epistolam mollem, elegis versibus scriptam.

Oris] Id est, Cydippes amores versibus heroicis non deceat scribere.

Quis ferat Andromaches peragentem Thaida partes?
  Peccat, in Andromache Thaida si quis agat.
Thais in arte mea: lascivia libera nostra est.
  Nil mihi cum vitta: Thais in arte mea est.
Si mea materiæ respondet Musa jocosæ,
  Vicimus, et falsi criminis acta rea est.
Rumpere, livor edax; jam magnum nomen habemus:
  Majus erit; tantum, quo pede cœpit, eat.
Sed nimium properas: vivam modo; plura dolebis:
  Et capiunt animi carmina multa mei.
Nam juvat, et studium famæ mihi crescit amore:
  Principio clivi vester anhelat equus.
Tantum se nobis elegi debere fatentur;
  Quantum Virgilio nobile debet opus.

carminis. Quis patiatur Thaidem tuentem partes Andromaches? Si quis tueatur partes Thaidis in Andromache errat. Thais est *in arte mea: lascivia nostra est libera. Nihil mihi cum vitta: Thais est in arte mea. Si mea Musa competit materiæ jocosæ, vicimus, vt accersita est falsi criminis. Disrumpere, invidia vorax; jam consecuti sumus magnam famam: major erit; procedat tantum pede, quo instituit. Sed nimium festinas: modo supersim; plura dolebis: et animi mei capiant multa carmina. Nam prodest, et desiderium famæ decoræ mihi augetur. Equus vester ducit ilia in aditu collis. Elegi agnoscunt se debere tantum nobis; quantum poema heroicum debet Virgilio.*

—384 Vulg. *Quis feret.*—385 Voss. *libera nobis.*—386 Edd. priscæ et plures scripti *Nil mihi cum nupta est.*—388 Alii *Vincimus.*—392 *Capiunt* R. al. *capient animi:* vulgo *capient anni.* Al. *carmina plura:* Pol. *capient animi carmina magna mei.*—393 Al. *crescit honore:* Pat. unus *honestæ:* R. et P. a manu pr. *crevit honori;* alii sex *crescit honori:* unus V. *credit.* Hinc Heins. conj. *cessit honori,* vel *cedit.*—394 *Vester* R. et tres al. vulgo *noster.*—396 Quidam pro

NOTÆ

383 *Andromaches*] Hanc vidimus antea Hectoris uxorem, matronam dignissimam; quod ex his quoque Maronis versibus facile colligas, 'Heu! quis te casus dejectam conjuge tanto Excipit, aut quæ digna satis fortuna revisit, Hectoris Andromache?'

Thaida] Meretriculæ nomen est apud Terentium.

386 *Vitta*] Id est, Cum honestis puellis aut fœminis, quæ vitta utebantur.

388 *Vicimus*] Egregiam vero laudem ex hac victoria reportaverit.

394 *Vester*] Livorem hac compellat metaphora, furiam quam tam cito poëta rumpi nolit, nisi ante majorem suam gloriam viderit.

395 *Debere*] In scribendis elegis principem sese fuisse apud Latinos poëta gloriatur: quod quidem non immerito.

396 *Opus*] Alii *epos;* quæ vox versum significat in genere, sed pro carmine heroico sumitur propter ejus excellentiam.

Hactenus invidiæ respondimus: attrahe lora
  Fortius; et gyro curre, poëta, tuo.
Ergo ubi concubitus, et opus juvenile petetur;
  Et prope promissæ tempora noctis erunt;
Gaudia ne dominæ, pleno si pectore sumes,
  Te capiant; ineas quamlibet ante velim.
Quamlibet invenias, in qua tibi prima voluptas
  Desinat: a prima proxima segnis erit.
Sustentata Venus gratissima: frigore soles,
  Sole juvant umbræ: grata fit unda siti.
Et pudet, et dicam, Venerem quoque junge figura,
  Qua minime jungi quamque decere putes.
Nec labor efficere est: raræ sibi vera fatentur:
  Et nihil est, quod se dedecuisse putent.
Tunc etiam jubeo totas aperire fenestras,
  Turpiaque admisso membra notare die.
At, simul ad metas venit finita voluptas,
  Lassaque cum tota corpora mente jacent;

*Hactenus respondimus invidiæ: vates, retine fortius habenas; et curre orbe tuo: * * Nec difficile est præstare: paucæ sibi confitentur veræ: et nihil est, quod sibi credant indecorum. Tunc etiam impero aperire totas fenestras, et observare membra deformia luce recepta. At statim atque voluptas absoluta perducta est ad metas, et corpora jacent defessa cum omni animo; dum pœnitet, et malis nullam*

opus legunt *epos;* quia in vetustis Codd. scribitur *opos.*—397 Hinc in antiquis edd. liber secundus incipiebat. Sed in P. R. et septem al. continuantur versus uno tenore.—398 P. et duo al. *Fortiter.*—399 Fr. *petuntur:* Heins. vult *petentur.*—401 *Pectore* P. Exc. I. et al. nonnulli: vulgo *corpore.*—403 Vulg. *tua prima.*—404 Unus R. *Decidat* vel *Occidat.*—405 Sa. et quinque al. *frigora sole:* totidem *frigora solcs.*—407-408 Nostram lectionem exhibent R. et P. pro div. lect. et quinque alii. Alter R. *finge figura:* vulgo *Veneris qu. j. figuram.* Seq. versu libri melior. *quaque decere.* R. et multi al. *decere putas;* Heins. conj. *potest.* Cod. I. et P. *Veneri qu. i. figuram, Quam min. i. quamque d. putes.* —409 *Raræ sibi* alter R. vulgo *raro tibi:* P. et edd. nonnullæ *raræ tibi:* R. *rara est tibi.*—411 Alter R. *jubeas.*—413 Quidam *ad metam venit properata.* Tres

NOTÆ

397 *Attrahe*] Ne amplius malevolos et invidos insectetur sua Musa, petita ab equis metaphora, hortatur Naso.

398 *Gyro*] In orbem circa metas equos et currum agitare necesse habebat auriga, qui victoria potiri cupiebat. Inde petita metaphora sese ad opus inceptum exequendum hortari pergit poëta.

409 *Raræ*] Paucas dicit puellas vitia sua agnoscere; ut, patentibus iis, earum odium sibi creare cuivis amanti liceat.

Dum piget, et nullam malis tetigisse puellam,
Tacturusque tibi non videare diu;
Tunc animo signa, quodcumque in corpore mendæ est:
Luminaque in vitiis illius usque tene.
Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parva vocabit:
Sed, quæ non prosunt singula, multa juvant.
Parva necat morsu spatiosum vipera taurum:
A cane non magno sæpe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna; præceptaque in unum
Contrahe: de multis grandis acervus erit.
Sed quoniam mores totidem, totidemque figuræ;
Non sunt judiciis omnia danda meis.
Quo tua non possunt offendi pectora facto;
Forsitan hoc alio judice crimen erit.
Ille quod obscœnas in aperto corpore partes
Viderat; in cursu qui fuit, hæsit amor:
Ille quod, a Veneris rebus surgente puella,
Vidit in immundo signa pudenda toro.

puellam attigisse, et videaris tibi non tacturus diu; tunc nota animo, quodcumque est vitii in corpore: et defige usque oculos in turpitudinibus illius. Forsitan aliquis hæc dicat parva (nam sunt quoque); sed quæ non juvant singula, multa sunt utilia. Parva vipera occidit morsu taurum vastum: aper retinetur sæpe a cane non magno. Tu tantum certa numero; et coge monita in unum: magnus cumulus erit de multis. Sed quandoquidem mores totidem, et totidem figuræ; omnia non sunt concedenda judiciis meis. Forte hoc erit crimen alterius judicio, quo facto tuus animus non potest lædi. Ille quia aspexerat partes obscœnas in corpore nudato; amor, qui fuit in cursu, constitit: ille quod puella discedente a Veneris rebus, aspexit notas crubes-

---

libri *veniet*.—414 Boxh. *Laxaque*.—415 Vulgo *malles tet*.—416 Edd. priscæ et tres scripti *Facturusque*.—417 Vulgo *quæcumque in c. menda:* quidam *Quodcumque mendum*.—423-424 Quidam libri *Tu tamen et; Tu tamen in; Tu tantum in*. Leid. et margo Bersm. *perceptaque*. P. *in usum:* quinque *in unum Collige*. Alii *magnus acervus*.—425 P. et unus Leid. *mores totidem, quot in orbe figuræ*.—426 Quidam *indiciis*. Duo *digna meis*.—431 Unus Heins. *in Veneris usu*.—

NOTÆ

417 *Animo signa*] Monet poëta, ut pro expellendo cujuscumque puellæ amore, ejus vitia amans mente volvat. Quod quidem præceptum est optimum; siquidem caute et tempore cogitanti plurima semper et catervatim earum sese vitia offerant: nec possit quisquam, nisi quod bonum est, amare.

423 *Tu tantum*] Omnium præceptorum istud est primum: Præcepta omnia denique in unum cogere; eorumque distinctorum in unum coactorum meminisse ad usum.

425 *Figuræ*] Veneris tangit obscœna.

Luditis, o, si quos potuerunt ista movere.
Afflarant tepidæ pectora vestra faces.
Attrahat ille puer contentos fortius arcus:
Saucia majorem turba petetis opem.
Quid? qui clam latuit, reddente obscœna puella;
Et vidit, quæ mos ipse videre vetat?
Di melius, quam nos moneamus talia quenquam!
Ut prosint, non sunt experienda tamen.
Hortor et, ut pariter binas habeatis amicas.
Fortior est, plures si quis habere potest.
Secta bipartito cum mens discurrit utroque;
Alterius vires subtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina rivos,
Cassaque seducto stipite flamma perit.
Non satis una tenet ceratas anchora puppes:
Non satis est liquidis unicus hamus aquis.
Qui sibi jam pridem solatia bina paravit;
Jam pridem summa victor in arce fuit.

cendas in lecto sordido. O jocamini, si ista potuerunt tangere aliquos. Faces tepidæ perstrinxerant vestra pectora. Ille puer intendet fortius arcus intentos; turba vulnerata, requiretis majus auxilium. Quid, qui furtim occultavit se, puella ejiciente sordida; et aspexit, quæ mos ipse prohibet aspicere? Dii melius quam doceamus quenquam talia! quamvis jurent, non sunt tamen tentanda. Moneo etiam ut habeatis duas amicas. Si quis potest habere plures, est tutior. Cum mens diducta fluctuat, amore *utroque diviso; alter amor surripit vires alterius. Magni fluvii minuuntur per multos rivos, et flamma debilis extinguitur ligno detracto. Una anchora non satis retinet puppes pice oblitas: unicus hamus non satis est liquidis aquis. Qui quæsivit sibi jam pridem solatia bina; jampridem fuit victor in*

---

433 Al. *ista juvare.*—434 Plurimi scripti *Afflarunt.*—435 Al. *Attrahet.*—437 Pat. *radente obscœna.* Sa. *radenti obsc. puellæ.*—438 Al. *mox ipse,* vel *ipsa.*—440 Ald. posterior, Gryph. et recentiores quædam *expedienda tamen:* Bo. *expedienda tibi:* duo scripti *excipienda.*—442 Unus Heins. *habere parat:* Pat. *potes.*—446 R. *Hæsaque* vel *Cassaque:* prima Ed. et multi scripti *Magnaque:* octo *Lataque:* quidam *Lentaque, Altaque, Multaque, Cunctaque, Totaque, Læsaque, Lætaque.* I. cum al. *Sectaque subducto. Seducto* R. et septem alii.—448 Vulg. *Nec satis.* Mor. et Leid. *in liquidis.*—451 *Fueris* P. R. aliique:

NOTÆ

433 *Luditis*] Eos alloquitur Poëta, qui amore leviter tacti, levibus ejusmodi causis ab eo possint divelli.

434 *Tepidæ faces*] Mediocris Amor.

435 *Attrahet*] Amor fiet violentior.

442 *Fortior*] Quem minus Amor possit convellere.

449 *Solatia bina*] Amicas intelligit, quarum altera deficiente, ad aliam recurrere liceat.

At tibi, qui dominæ fueris male creditus uni,
Nunc saltem novus est inveniendus amor.
Pasiphaës Minos in Procride prodidit ignes:
Cessit ab Idæa conjuge victa prior.
Amphilochi frater ne Phegida semper amaret,
Callirhoë fecit parte recepta tori.
Et Parin Œnone summos tenuisset ad annos,
Si non Œbalia pellice læsa foret.
Conjugis Odrysio placuisset forma tyranno:
Sed melior clausæ forma sororis erat.
Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat?
Successore novo vincitur omnis amor.

arce suprema. At amor novus est nunc saltem parandus tibi, qui fueris male traditus uni dominæ. Minos destituit amorem Pasiphaës in Procride: prior uxor *cessit superata ab uxore Idæa. Callirhoë admissa in partem lecti fecit, ne frater Amphilochi amaret semper Phegida. Œnone etiam tenuisset Paridem* usque *ad annos ultimos, si non fuisset pulsa Pellice Œbalia. Pulchritudo uxoris arrisisset tyranno Odrysio: sed pulchritudo sororis inclusæ erat major. Quamobrem hæreo exemplis, quorum numerus me premit? Omnis amor superatur novo successore. Mater*

---

vulg. *fueras.*—453 *Procride* P. vulgo *Prognide:* nonnulli *Pronide:* R. 1. *Prognæde:* unus Pat. *Progride;* alii aliter. *Prodidit* P. et duo aut tres alii: vulgo *perdidit.*—455 *Phegida* reposuit Nauger. vulgo *Phagida.*—457 *Parin Œnone*

NOTÆ

453 *Pasiphaës*] Fuit Pasiphaë Minois uxor, ut jam sæpe vidimus; Minois inquam, qui Procridem, Cephalo elapsam et fugitivam, in Creta excepit, amavit, cane donavit velocissimo, ab ea valetudini restitutus.

Prodidit] Pro Deseruit.

454 *Ab Idæa*] Faciunt hæc verba, ut ad Merulæ sententiam accedendum propendeam, qui pro *Procride*, *Plotide* superiori versu reponendum esse censet, Pindari interpretis fretus auctoritate, qui hujus Plotidis formosæ mulieris Cretensis causa, Pasiphaën meretricem dicit factam fuisse. Atque illa quidem *Idæa* a Cretæ monte dicta fuerit: cum si de Cassandra, quam Clytæmnestræ uxori pellicem Agamemnon superinduxerit, exponere volueris, paulo obscurius locutus Poëta videatur.

455 *Amphilochi frater*] Alcmæon est, Amphiarai filius, qui Alphesibœæ Phegei filiæ Callirhoën Acheloi filiam superinduxit.

457 *Parin*] Fabulam vide supra in Œnones epistola.

458 *Œbalia*] Helenam dicit, quæ Œbaliam seu Laconiam patriam habuit.

459 *Conjugis*] Prognes, scil. Pandionis, Athenarum regis, filiæ.

Odrysio] Tereo rege Thracum, ab Odrysis Thraciæ circa Hebrum fluvium populo, sic dicto.

460 *Sororis*] Philomelam intellige, quam vitiatam linguaque privatam arctissima custodia Tereus servabat.

Fortius e multis mater desiderat unum ;
  Quam cui flens clamat : Tu mihi solus eras.
Ac ne forte putes nova me tibi condere jura ;
  (Atque utinam inventi gloria nostra foret !)
Vidit id Atrides : quid enim non ille videret,
  Cujus in arbitrio Græcia tota fuit ?
Marte suo captam Chryseida victor amabat :
  At senior stulte flebat ubique parens.
Quid lacrymas, odiose senex ? bene convenit illis.
  Officio natam lædis, inepte, tuo.
Quam postquam reddi Calchas, ope tutus Achillis,
  Jusserat, et patria est illa recepta domo ;
Est, ait Atrides, illi quam proxima forma ;
  Et, si prima sinat syllaba, nomen idem :

æquiore animo desiderat unum e multis, quam cui ejulans vociferatur : Tu eras solus mihi. Et ne forte credas me tibi parare nova jura (atque utinam laus inventi esset nostra !) ; Atrides illud scivit : quid enim ille ignoraret, in cujus potestate tota Græcia fuit ? Victor amabat Chryseida raptam suis armis : at pater adultior incpte lacrymabatur ubique. Quamobrem luges, senex invidiose ? Illi bene concordant. Imperite offendis filiam studio tuo. Quam postquam Calchas, securus auxilio Achillis, impetraverat restitui, et illa revertit domum patriam ; Est, inquit Atrides, puella *quam proxima illi pulchritudine, et si prima syllaba non obstet, nomen idem : Achil-*

R. vulgo *Paris Œnonen.*—461 Heins. vult *fatiget.*—463 *Fortius* rescripsit Heins. e R. in quo *Foritus :* vulgo *Parcius.*—464 *Quam cui* a conj. Heins. vulgo *Quam quæ.* Sa. *qui flens.*—465 Ar. *prodere jura :* plurimi scripti *tradere.* P. 4. *fingere.* Sa. *me contendere.*—467 F. *et quid non ille videret.*—469 Quinque scripti *raptam Chrys.* unus P. *amarat.* P. 1. et duo al. *habebat.*—471 Optimi R. et P. *convenit illis.* prima Ed. et scripti fere omnes *convenit illi ;* vulgo editum *contigit illi.*—473 F. *Achilli.*—474 Fr. pro var. lect. *patrio sinu.*—475 Vulgo *Atrides ait, est illius proxima forma. Illi quam* a conj. Heins *Illius jam est* I. et P.—476 Syllaba R. L. et unus Heins. vulgo *litera.*—

NOTÆ

463 *Fortius*] Minori cum dolore.

467 *Atrides*] Agamemnon, Atrei filius.

468 *Cujus in arbitrio*] Fuit ille bello Trojano summus Imperator et Rex regum a Græcis principibus factus.

469 *Marte*] Thebis Ciliciis a Græcis expugnatis.

Chryseida] Astynomen dicit, Chrysæ, Apollinis sacerdotis, filiam, a patre Chryseida dictam, de qua jam sæpius.

471 *Illis*] Agamemnoni et Chryseidi.

472 *Officio*] Illam, scil. filiam suam, Apollinis insignibus ornatus Chryses pater a Græcis repetivit.

473 *Calchas*] Hic in Græcorum exercitu vates fuit maximus, qui Agamemnonis metu, cum Chryseidem patri reddendam, ad sedandam pestem, quam Apollo hujus causa immiserat, proloqui non auderet, Achillis sustentatus promissis, tandem Apollinis vo-

Hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles:
Si minus; imperium sentiat ille meum.
Quod si quis vestrum factum hoc incusat, Achivi;
Est aliquid valida sceptra tenere manu.
Nam, si Rex ego sum, nec mecum dormiet illa,
In mea Thersites regna, licebit, eat.
Dixit; et hanc habuit solatia magna prioris;
Et prior est cura cura sepulta nova.
Ergo assume novas, auctore Agamemnone, flammas;
Ut tuus in bivio distineatur amor.
Quæris, ubi invenias? artes, i, perlege nostras.
Plena puellarum jam tibi navis eat.
Quod si quid præcepta valent mea, si quid Apollo
Utile mortales perdocet ore meo;
Quamvis infelix media torreberis Ætna;
Frigidior glacie fac videare tuæ.
Et sanum simula; ne, si quid forte dolebis,
Sentiat: et ride, cum tibi flendus eris.

les ultro tradat mihi hanc, si sapiat: sin minus, ille sentiat meum imperium. Quod si quis vestrum, Achivi, arguit hoc factum; est aliquid tractare sceptra manu forti. Nam, si ego sum Rex, nec illa concumbat mecum, licebit Thersites regnis meis potiatur. Dixit; et hanc habuit magna solatia prioris: et prior amor est profligatus novo amore. Ergo, Agamemnone consulente, admitte novos ignes; ut amor tuus hæreat in bivio. Petis, ubi reperias? abi, excute artes nostras. Jam habeas navem plenam puellarum. Quod si mea monita aliquid possunt, si Apollo edocet homines aliquid utile ore meo; quanquam miser flagrabis in media Ætna; fac tuæ amicæ *appareas frigidior glacie. Et finge sanum* esse; *ne, si forte crucieris re aliqua,*

477 Tres *si sapiet.*—478 Vulg. *Sin minus.*—479 Al. *accusat.*—482 Pro *eat* V. *eas.*—483 Voss. et Heins. *solatia bina.*—484 Unus P. et L. *Et prior est posita:* P. et L. *sepulta:* vulgo *repulsa.*—485 P. *novas curas.*—486 *Distineatur* R. et Exc. Scal. vulgo *detincatur:* Sa. *destituatur.*—487 *I, perlege* R. vulgo *tu perl.* duo *en perl.* totidem et pr. Ed. *jam perlege.*—488 Vulgo *navis erit.*—490 Al. *edocet:* tres libri *prædocet.*—492 *Glacie* P. et unus Leid. vulgo *dominæ.*—493 Vulg.

NOTÆ

luntatem Græcis aperuit.

475 *Est*] Alia quædam puella, scilicet, quæ Briseis est, Achilli ab Agamemnone erepta.

479 *Achivi*] Eo nomine Græci ab Achaia, quæ etiam quandoque pro Græcia sumitur, dicti sunt.

482 *Thersites*] Fœdissimus fuit et ignavissimus omnium qui adversus Trojam navigaverunt, quem pugno Achilles interfecit.

483 *Prioris*] Chryseidis nempe.

484 *Cura*] Pro Amore, ut sæpe alibi.

486 *Bivio*] In duabus puellis.

491 *Ætna*] Id est, Amore violen-

Non ego te jubeo medias abrumpere curas:
Non sunt imperii tam fera jura mei.
Quod non es, simula; positosque imitare furores:
Sic facies vere, quod meditatus eris.
Sæpe ego ne biberem, volui dormire videri:
Dum videor, somno lumina victa dedi.
Deceptum risi, qui se simulabat amare;
In laqueos auceps decideratque suos.
Intrat amor mentes usu: dediscitur usu.
Qui poterit sanum fingere, sanus erit.
Dixerit, ut venias pacta tibi nocte, venito.
Veneris, et fuerit janua clausa; feras.
Nec dic blanditias, nec dic convicia posti,
Nec latus in duro limine pone tuum.
Postera lux aderit; careant tua verba querelis:
Et nulla in vultu signa dolentis habe.
Jam ponet fastus, cum te languere videbit:
Hoc etiam nostra munus ab arte feres.

cognoscat: et ride, cum tibi eris plorandus. Ego non tibi impero frangere medias curas: leges imperii mei non sunt tam duræ. Finge, quod non es; et simula furores sedatos: sic vere præstabis, quod cogitaveris. Ego sæpe volui videri stertere, ne potarem: dum videor, tradidi oculos superatos somno. Irrisi delusum, qui fingebat se amare; et auceps ceciderat in retia sua. Amor subit animos usu; expellitur usu. Qui poterit imitari sanum, erit sanus. Monuerit, ut accedas nocte tibi promissa, accede. Adveneris, et fores fuerint obditæ; toleres. Nec adulator posti, nec probra objice; nec sterne lutus tuum in limine duro. Postera dies illucescet; voces tuæ sint sine querimoniis: et nulla habe indicia mœrentis in facie. Jam relinquet superbiam, cum sentiet te tepere: capies etiam hunc fructum a nostra arte. Tamen

---

nec si.—495 Al. *abrumpere flammas.*—496 *Jura* P. et duo alii ex melior. vulgo *jussa.*—497 Al. *non est.*—501 Alii *simularat amare.*—504 V. *poteris*, et *eris.*—507 Multi scripti e melior. et prima Ed. *fac convicia:* I. et sex Heins. *fer convicia.* P. pro div. lect. *fac incendia posti:* duo codd. *rigido nec jurgia posti.*—510 Multi codd. *doloris*, vel *pudoris.*—512 Vulg. *feras.*—513 Ita R. *Falle*

NOTÆ

tissimo; Ætna enim Siciliæ mons est flammis notissimus.

495 *Medias curas*] Amorem, cum violentissimus furit.

497 *Quod non es*] Liber, aut amore vacuus, scilicet.

498 *Sic facies*] Verissime dicit: fingendoque paulatim usus et consuetudo aliam facit naturam.

501 *Deceptum*] Pergit ostendere Poëta, simulando rem ipsam induci.

507 *Nec dic*] Qui mos est amantium.

Te quoque falle tamen, nec sit tibi finis amandi.
Propositis frænis sæpe repugnat equus.
Utilitas lateat; quod non profitebere fiet.
Quæ nimis apparent retia, vitat avis.
Ne sibi tam placeat, quo te contemnere possit;
Sume animos: animis cedat ut illa tuis.
Janua forte patet; quamvis revocabere, transi.
Est data nox; dubita nocte venire data.
Posse pati facile est; tibi ni sapientia desit,
Promtius e facili gaudia ferre licet.
Et quisquam præcepta potest mea dura vocare?
En etiam partes conciliantis ago.
Nam, quoniam variant animi, variamus et artes.
Mille mali species, mille salutis erunt.
Corpora vix ferro quædam sanantur acuto:
Auxilium multis succus et herba fuit.
Mollior es, nec abire potes, vinctusque teneris,
Et tua sævus Amor sub pede colla premit;

decipe te quoque, nec finem impone amori. Equus sæpe resistit frænis oblatis. Fructus dissimuletur; eveniet quod non palam prosequeris. Aris effugit laqueos qui nimis extant. Ne tam sibi plaudat, ut possit te spernere; animum obfirma; ut illa cedat animo tuo. Forte janua aperta est; transi, quamvis revocaberis. Nox est concessa; cunctator adesse nocte pacta. Pronum est posse ferre; nisi sapientia te destituerit. Licet consequi citius gaudia a lubente. Et quisquam potest dicere mea præcepta crudelia? Ecce tueor etiam partes conciliatoris. Nam quoniam diversæ sunt mentes, tradimus etiam artes diversas. Mille species mali, mille erunt solatii. Quædam corpora ægre curantur ferro acuto: succus et herba opem tulit multis. Lascivior es, nec potes discedere, et teneris constrictus, et Amor crudelis

---

tamen etiam Exc. Pol. et unus Heins. vulgo *fallet amor, dum sit:* P. *Tunc quoque fallit amor, ne sit:* Fr. *Te quoque falle tibi:* multi *fallat.* Sa. *dum fit tibi.* Quidam *nisi sit; ne; ni; ut.*—514 Leid. *Oppositis.* multi scripti et quidam edd. *Præpositis.*—517 *Sibi* P. pro div. lect. cum Pat. et R. vulgo *tibi. Quo te* unus Heins. pro div. lect. vulgo *ut te:* scripti plerique et pr. Ed. *quod te:* R. *nec te.*—521 R. *ubi sapientia:* vulgo *tibi ni patientia.*—522 *Promtius* P. a manu pr. vulgo *Protinus.* Unus V. *gaudia magna feres.*—523 Tredecim *sæva vocare.*—525 *Variamus et* P. vulgo *variabimus.*—528 Quidam codd. *herba tulit,* vel *dedit.*

NOTÆ

513 *Te quoque*] Ne si statim et vi aperta amor convelleretur, maxime repugnaret.

515 *Quod non profitebere*] Amorem, scilicet, convellere.

522 *Promtius e facili*] Ut etiam Amori consulat qui patiens sit.

Facili] Puella, scilicet.

524 *Conciliantis*] Hoc dicit ex præcedenti pentametro.

Desine luctari; referant tua carbasa venti:
Quoque vocant fluctus, hac tibi remus eat.
Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes.
Cedimus: in medio jam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiam, quam quod præcordia poscunt:
Gutture fac pleno sumtà redundet aqua.
Perfruere usque tua, nullo prohibente, puella.
Illa tibi noctes auferat, illa dies.
Tædia quære: malis faciunt et tædia finem.
Jam quoque, cum credas posse carere, mane.
Dum bene te cumules, et copia tollat amorem;
E fastidita non juvet isse domo.
Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.
Hunc tu si quæres ponere; pone metum.
Qui timet, ut sua sit, neu quis sibi detrahat illam;
Ille Machaonia vix ope sanus erit.

pede urget cervices tuas; noli repugnare; venti reducant tua vela: et remus tibi agitetur, quo undæ trahunt. Ista sitis, qua miser æstuas, est tibi satianda. Sinimus: jam licet bibas e medio fluvio. Sed bibe plus etiam, quam quod viscera expetunt: fac aqua hausta redundet pleno gutture. Potiaris usque tua amica nullo impedicnte. Illa absumat tibi noctes et dies. Captato tædia: tædia imponunt etiam finem malis. Hære jam quoque, cum arbitreris posse carere. Usquedum te bene expleas, et satietas auferat amorem, noli exire domo spreta. Amor quoque, quem timor alit, fit longus. Tu si cupias hunc dimittere; tolle metum. Qui metuit, ut sua sit, neu aliquis sibi illam præripiat; ille vix convalescet, auxilio Machaonio.

—530 Multi *colla tenet.*—531 *Referent* multi libri cum pr. Ed. Heins. *referant sine.*—532 P. *Quoque:* vulg. *quaque.*—534 Sa. et Fr. *in medio.*—537 *Perfruere* cod. Scal. et unus V. al. *utere et:* R. et P. cum al. *Et fruere:* duo *Sic fruere;* R. alter *In fruere;* unde Heins. conj. *I, fruere.*—539 Post *quære* distinxit Heins. vulgo *quære mali: faciunt et.*—540 Al. *credes.*—541 Al. *cumulas*, et *tollit.*—542 *E fastidita* a conj. Heins. vulgo *Et fastidita:* Cod. Scal. et unus V. *Infastidita.* Alii *non libet. Isse* a conj. Heins. vulgo *esse.*—544 Vulg. *Hunc si tu quæris.*—545 *Neu* pro *ne* reposuit Heins. Alii *subtrahat illam.*—546 Al. *tutus erit:* unus *salvus:* Pat. *sanus erat*, unde Heins. legit *eat.*

NOTÆ

529 *Abire*] Ab amica discederc.

531 *Referant*] Metaphora a navigatione, qua præcedenti viam contrariam dicit insistendam esse.

532 *Quoque vocant*] Ad amicam, quo fert animi impetus, eundum esse monet.

535 *Sed bibe*] Amatorem docet hac metaphora, sese amore suo exsaturare. Quod male, frustra, et incaute Poëta admonuit.

546 *Machaonia*] Id est, Ulla; nam fuit Machaon in obsidione Trojæ medicus apud Græcos insignis, Æsculapii filius.

Plus amat e natis mater plerumque duobus,
Pro cujus reditu, quod gerit arma, timet.
Est prope Collinam templum venerabile portam:
Imposuit templo nomina celsus Eryx.
Est illic Lethæus Amor, qui pectora sanat;
Inque suas gelidam lampadas addit aquam.
Illic et juvenes votis oblivia poscunt:
Et si qua est duro capta puella viro.
Is mihi sic dixit: (dubito, verusne Cupido
An somnus fuerit; sed puto somnus erat:)
O qui solicitos modo das, modo demis, amores,
Adjice præceptis hoc quoque, Naso, tuis.
Ad mala quisque animum referat sua; ponet amorem:
Omnibus illa Deus plusve minusve dedit.
Qui Puteal Janumque timet, celeresque Kalendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.

Mater plus diligit plerumque e filiis duobus illum *pro cujus reditu solicita est, quod militiam sequitur. Est templum venerandum prope portam Collinam: Eryx sublimis dedit nomina templo. Est illic Lethæus Amor, qui mentes sanitati restituit; et instillat aquam gelidam in suas lucernas. Illic etiam juvenes petunt oblivisci amoris: et puella, si qua est capta viro crudeli. Is mihi sic dixit: (haud scio an verus Cupido, an somnus fuerit; sed arbitror somnus erat:) O Naso, qui modo concilias, modo fugas amores anxios; adde quoque hoc tuis monitis. Unusquisque appellat animum ad mala sua; omittet amorem: Deus præbuit illa omnibus plus vel minus. Qui metuit Putcal et Janum, et Kalendas properas; sors argenti mutuo accepti cruciet*

—551 Unus Heins. *pectora fovit.* Alius *vulnera sanat.*—557 R. *solicitus.*—558 Vulg. *hac quoque:* alii *hæc quoque:*—560 Multi cum pr. Ed. *ille Deus.*—

NOTÆ

549 *Collinam*] Romæ porta fuit, qua in collem Quirinalem dabatur exitus, cui propinquum fuit templum Veneris Erycinæ.

550 *Imposuit*] Quia ab Eryce, colle Siciliæ, dictum, in quo templum fuit Veneri maxima veneratione celebratum.

551 *Lethæus*] Oblivionem inducens amoris: a Lethe inferorum fluvio, cujus aquam si quis gustasset, præteritorum omnium obliviscebatur.

552 *Lampadas*] Faces, quibus amantium solet corda accendere.

553 *Oblivia*] Amoris, scil.

557 *O qui*] Verba sunt Cupidinis ad Poëtam.

561 *Puteal*] Locus erat ubi Prætor jus dicebat, a vicina fossa seu puteo sic dictus. Libonis autem fuit cognominatus, quod ab eo primum subsellia illic et Prætoris tribunal collocatum est.

Janum] Fuit Janus fronte duplici Deus, cujus templum pace claudebatur, bello aperiebatur; a quo quidam Romæ in foro dictus locus, ubi ejus statuæ; quas inter mercatores et fœneratores conveniebant.

Timet] Vel quia fœneratori pecu-

Cui pater est durus, votis ut cetera cedant,
  Huic pater ante oculos durus habendus erit.
Hic male dotata pauper cum conjuge vivit:
  Uxorem fato credat obesse suo.
Est tibi rure bono generosæ fertilis uvæ
  Vinea: ne nascens uva sit usta time.
Ille habet in reditu navim: mare semper iniquum
  Cogitet, et damno littora fœda suo.
Filius hunc miles, te filia nubilis angant.
  Et quis non causas mille doloris habet?
Ut possis odisse tuam, Pari, funera fratrum
  Debueras oculis substituisse tuis.
Plura loquebatur; placidum puerilis imago
  Destituit somnum: si modo somnus erat.
Quid faciam? media navim Palinurus in unda
  Deserit: ignotas cogor inire vias.

illum. Cui pater est severus, quamvis cetera sequantur vota, huic pater severus habendus erit ante oculos. Hic pauper vitam agit cum uxore male dotata: arbitretur uxorem officere fato suo. Est tibi vinea fœcunda uvæ generosæ rure pingui; metue ne racemus erumpens sit ustus. Ille habet navem in recursu; habeat semper in animo mare infidum, et littora tristia suo detrimento. Filius miles torqueat hunc, te filia nubilis. Et quis non habet mille causas doloris? Ut possis contemnere tuam, Paris, debueras objecisse oculis tuis mortem fratrum. Plura proferebat; imago puerilis deserit somnum dulcem, si modo erat somnus. Quid agam? Palinurus destituit navem in mediis aquis: cogor ingredi iter incognitum.

562 Merula legebat *mutua cura.*—563 Vulg. *Cui durus pater est, ut voto cetera.* —564 Tres scripti *semper habendus.*—565 Pol. et Cant. *conjuge dormit.*— 566 Scripti plerique *facto credat adesse,* vel *abesse.*—567 Tres scripti *rure novo.* —568 V. *crescens uva.*—569 Vulg. *navem;* sed meliores *navim.*—570 Al. *littora sæva:* duo codd. *plena:* Heins. conj. *fœta.*—571 Al. *hunc filia,* et *angat.*— 572 Unus Mor. *mille salutis.*—573 Alii *posses od.*—574 Scripti plerique cum Exc. I. et Scal. *sustinuisse:* Exc. Pol. et sex al. codd. *præposuisse:* Ed. Gryph. ann. 1554. *Debueras animo sæpe referre tuo.*—575. 576 Scripti nonnulli et prima Ed. *placide* et *somnus,* vel *Destituor somno:* unus Heins. et ed. Mycill. *som-*

NOTÆ

nia restituenda; vel coram Prætore ea aut alia causa sistendum.

Celeres] Kalendis pecuniam ponebant fœnusque accipiebant fœneratores: ergo debitoribus celeres Kalendæ, quæ maturius quam opus esset recurrerent.

562 *Torqueat*] Ne sit de amore cogitandi spatium.

568 *Usta*] Frigoribus, scilicet.

573 *Tuam*] Helenam nempe, quæ tot malorum causa fuit.

Funera fratrum] Qui bello Trojano ejus causa mactati sunt.

Quisquis amas (loca sola nocent) loca sola caveto.
  Quo fugis? in populo tutior esse potes.
Non tibi secretis (augent secreta furores)
  Est opus: auxilio turba futura tibi est.
Tristis eris, si solus eris: dominæque relictæ
  Ante oculos facies stabit, ut ipsa, tuos.
Tristior idcirco nox est, quam tempora Phœbi:
  Quæ relevet luctus, turba sodalis abest.
Nec fuge colloquium; nec sit tibi janua clausa:
  Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.
Semper habe Pyladen, qui consoletur Oresten.
  Hic quoque amicitiæ non levis usus erit.
Quid nisi secretæ læserunt Phyllida sylvæ?
  Certa necis causa est: incomitata fuit.
Ibat, ut Edono referens trieterica Baccho
  Ire solet fusis barbara turba comis.

Quisquis amas, loca deserta officiunt: fuge loca deserta. Quo te agis? potes esse securior in populo. Non tibi est opus locis *semotis:* (loca *sola augent furores:*) *cœtus erunt tibi adjumento. Mœstus eris, si solus eris: et vultus dominæ desertæ exhibebuntur oculis tuis, tanquam ipsa* adesset. *Idcirco nox est tristior quam tempora Phœbi: cœtus sociorum desideratur, qui minuat mœstitiam. Nec vita sermones: nec janua sit tibi operta: nec tristis obvolve faciem tuam tenebris. Semper adsit tibi Pylades, qui consoletur Orestem. Hæc quoque utilitas amicitiæ non erit parva. Quid nisi sylvæ remotæ perdiderunt Phyllida? Causa certa mortis est: incomitata fuit. Incedebat, ut turba barbara celebrans trieterica Bacchi Edoni solet incedere*

---

nus.—577 P. *medias undas.*—581. 582 Nostra lectio ex R. *Non* etiam P. *Secretis* etiam Fr. Vulgo *Nam tibi secretos augent secreta furores, Est opus auxilio: turba futura tibi est.* P. *in populo turba.*—586 Al. *Quæque levet:* tres Bersm. *Quæ releves.* Pro *luctus* unus P. *fletus.* R. et I. *turba fidelis.*—587 Vulg. *sit tua;* at meliores *sit tibi.*—588 Al. *luctus flebilis adde.* R. et pr. Ed. *abde tuis.*—589 Tres Heins. *qui consoletur:* vulgo *Pyladen aliquem, qui curet Oresten:* Me. *Pyladen, qui te procuret:* duo *socium qui curet.*—593 Scripti *ut Ædonio* vel

NOTÆ

575 *Loquebatur*] Cupido, scilicet.

Puerilis] Cupidinis, qui Poëtam per somnos alloeutus est.

577 *Palinurus*] Fuit hic optimus navis Æneæ gubernator, cui Amorem perfectum amandi magistrum, quem in somnis Poëta viderat, non sine lepore ad alia pergens, comparat.

578 *Inire*] Id est, Amoris remedia nondum satis peritus scribere.

580 *In populo*] Verissime: atque hoc unum est ex præceptis optimum; præsertim vero si populum memineris deligere: quanquam ipsa per se turba remedio est.

589 *Pyladen*] Fuit hic Strophii filius, indissolubili cum Oreste Agamemnonis filio, amicitia conjunctus, quem ob matris cædem Furiis actum ad omnia pericula secutus est.

Et modo, qua poterat, longum spectabat in æquor :
  Nunc in arenosa lassa jacebat humo.
Perfide Demophoon, surdas clamabat ad undas :
  Ruptaque singultu verba dolentis erant.
Limes erat tenuis, longa subnubilus umbra :
  Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.
Nona terebatur miseræ via. Videris, inquit :
  Et spectat zonam pallida facta suam.
Aspicit et ramos : dubitat, refugitque quod audet :
  Et timet : et digitos ad sua colla refert.
Sithoni, tunc certe vellem non sola fuisses ;
  Non fleres positis Phyllida, sylva, comis.

sparsis comis. Et modo prospiciebat, quantum poterat, in mare vastum : nunc jacebat defessa in solo arenoso. Infide Demophoon, vociferabatur ad undas surdas : et verba mœrentis erant interrupta singultu. Callis erat subobscurus prolixa umbra ; quo illa sæpe contulit suos gradus ad mare. Miscra conficiebat nonum iter. Consulueris, inquit : et pallida facta intuetur cingulum suum. Spectat etiam ramos : hæsitat, et respuit quod audet : et metuit : et refert digitos ad sua colla. Sithoni, velem certe tunc non sola fuisses ; sylva, non plorares Phyllida, comis amissis. Vir

Aonio. Sa. *celebrans tricterica.*—595 Al. *latum in æquor.*—598 R. et P. *Raptaque singultu* R. pro div. lect. et septem alii *dolentis:* vulgo *loquentis.*—600 Vulg. *Qua tulit ipsa.*—601 Alii *Viderit, inquit:* optimus Pat. *Videris.*—606 *Fleres* duo Heins. et duo alii : vulgo *flesset:* I. et septem al. *flesses.*—

NOTÆ

591 *Phyllida*] Quæ Demophoontis absentiam ferre non valens, sese laqueo ex vivis sustulit.

593 *Edono*] Ab Edone, Thraciæ monte, ubi multus Bacchi cultus, hic vini Deus dictus est.

Tricterica] Festa sunt Bacchi solenniora, quæ tertio quoque anno, in memoriam expeditionis Indicæ, ex qua post tertium annum rediit, celebrabantur.

594 *Turba*] De Bacchantibus fœminis, sacra Bacchi celebrantibus, loquitur.

601 *Videris*] Non sine elegantia sæpius hac voce utitur in majori affectuum commotione aut desperatione Poëta. Gall. dicremus, *Qu'il en arrive ce qui pourra :* vel, *Y donne ordre qui voudra.*

602 *Zonam*] Qua mortem arcessere cupiebat.

603 *Ramos*] Quibus sese suspendere meditabatur.

605 *Sithoni*] Thracia fuit Phyllis, quæ ideo Sithonis dicitur ; nam Thracia, aut certe ejus pars, dicta Sithonia.

606 *Non fleres*] Adeoque nec ipsa Phyllis, quæ in amygdalum sine foliis mutata laqueo vitam finisset.

Positis] Fingit Poëta Phyllidis causa et ejus mortis dolore sylvam frondes aut folia amittere. Quæ res ex fabula modo allata petita est : cum *φύλλα*, id est, *folia*, adveniente Demophoonte, amygdalus emiserit

Phyllidis exemplo nimium secreta timete,
  Læse vir a domina, læsa puella viro.
Præstiterat juvenis, quicquid mea Musa jubebat;
  Inque suæ portu pæne salutis erat.
Recidit, ut cupidos inter devenit amantes:
  Et, quæ condiderat, tela resumsit Amor.
Si quis amas, nec vis; facito contagia vites.
  Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant oculi læsos, læduntur et ipsi:
  Multaque corporibus transitione nocent.
In loca nonnunquam siccis arentia glebis
  De prope currenti flumine manat aqua.
Manat amor tectus, si non ab amante recedas:
  Turbaque in hoc omnes ingeniosa sumus.
Alter item jam sanus erat; vicinia læsit.
  Occursum dominæ non tulit ille suæ.
Vulnus in antiquum rediit male firma cicatrix;
  Successumque artes non habuere meæ.

offense a domina, puella offensa a domino, metuite nimium deserta exemplo Phyllidis. Juvenis perfecerat, quicquid mea Musa imperabat; et erat propemodum in portu salutis suæ. Recidit, ut decidit inter amantes cupiditate flagrantes, et Amor resumsit tela, quæ abdiderat. Si quis amas, nec vis; fac contagia fugias. Hæc etiam sæpe solent damno esse pecori. Dum oculi intuentur offensos, ipsi etiam offenduntur: et multa officiunt corporibus transmigrando. Aqua defluit nonnunquam in loca torrida glebis siccis de rivo juxta fluente. Amor latens erumpit, si non te sejungas ab amante: et sumus omnes turba solers in hoc. Alter item jam convaluerat; vicinitas offendit. Ille non sustinuit occursum dominæ suæ. Cicatrix male indurata recidit in veterem plagam; et meæ artes caruerunt

607 Al. *secreta cavete.*—611 *Recidit* R. et Exc. Scal. vulgo *Decidit:* duo *Accidit.*—612 *Condiderat* Sa. R. alter et unus V. vulgo *decideram:* plerique veteres *conciderant:* unus *eccideram:* alius *recidrunt.*—613 Multi *Si quid amas.*—618 Unus Heins. *prope labenti,* alter *mananti.*—622 Edd. veteres et quinque scripti *Occursus dominæ.*—623 Plurimi edd. et scripti *male sana.*—624 Multi

NOTÆ

in quem Phyllis mutata.

609 *Juvenis*] Cujusdam juvenis exemplo, qui prope liber amantium consortio recidit, eos fugiendos esse docet Poëta.

616 *Transitione*] Id est, Dum ab uno ad alium feruntur.

618 *Manat*] Furtim pectori illabitur, aut ex eo irrumpit.

620 *In hoc*] Ut manet amor viresque resumat, nisi amantum consortia vitaverimus.

Proximus a tectis ignis defenditur ægre:
  Utile finitimis abstinuisse locis.
Nec, quæ ferre solet spatiantem porticus illam,
  Te ferat: officium neve colatur idem.
Quid juvat admonitu tepidam recalescere mentem?
  Alter, si possis, orbis habendus erit.
Non facile esuriens posita retinebere mensa:
  Et multam saliens incitat unda sitim.
Non facile est visa taurum retinere juvenca:
  Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.
Hæc ubi præstiteris, ut tandem littora tangas,
  Non satis est ipsam deseruisse tibi.
Et soror, et mater valeant, et conscia nutrix,
  Et quicquid dominæ pars erit ulla tuæ.
Nec veniat servus: nec flens ancillula fictum
  Suppliciter dominæ nomine dicat, Ave.
Nec, si scire voles, quid agat tamen illa, rogabis.
  Profer: erit lucro lingua retenta suo.

felici exitu. Ignis proximus a tectis vix arcetur: utile effugisse loca vicina. Nec porticus, quæ solet habere illam deambulantem, te habeat: neve idem obsequium præstetur. Quid prodest animum tepidum inflammari denuo admonitu? Alter orbis erit colendus, si queas. Esuriens non coërceberis facile, admota mensa: et aqua multum exsiliens provocat sitim. Non facile est cohibere taurum, visa juvenca: equus generosus semper adhinnit equæ aspectæ. Ubi hæc servaveris, ut tandem ad littus appellas, non satis est tibi ipsum dereliquisse. Et soror, et mater, et nutrix conscia discedant; et quicquid erit pars aliqua dominæ tuæ. Nec accedat servus; nec mœrens ancillula dicat suppliciter verbis dominæ simulatum, Ave. Nec si cupies nosse, quid tamen illa faciat, petes. Procrastina: lingua repressa erit

Successus.—632 *Multam* Ba. et pr. Ed. vulgo *multum.*—634 Edd. priscæ et quatuor scripti *visa equa:* unus Heins. *visam equam.*—636 Unus Heins. *destituisse tibi.*—638 *Quicquid* quinque Heins. vulgo *quisquis.*—639 Unus cod. *ancillula furtim.*—641 Edd. vett. *tamen ipse rogabis.* Sex scripti *scire velis.*—642 *Profer* prima Ed. cum P. et tribus al. vulgo *Perfer.* R. *suo:* vulgo *tuo.*—

NOTÆ

628 *Officium*] Erga puellam, scilicet.

629 *Admonitu*] Id est, Oculis mentique ea objecta repræsentando, quibus permoveantur.

635 *Littora*] Quietem ab amore.

637 *Valeant*] Ab omnibus discedendum censet, quibus in memoriam revocari possit amica.

638 *Pars*] Id est, Amicum, aut aliquid simile, quo amicæ refricatur memoria.

Tu quoque, qui causam finiti reddis amoris,
  Deque tua domina multa querenda refers;
Parce queri: melius sic ulciscere tacendo;
  Dum desideriis effluat illa tuis.
Et malim taceas, quam te desisse loquaris.
  Qui nimium multis, Non amo, dicit; amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,
  Quam subito: lente desine; tutus eris.
Flumine perpetuo torrens solet acrius ire.
  Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua.
Fallat, et in tenues evanidus exeat auras,
  Perque gradus molles emoriatur amor.
Sed modo dilectam scelus est odisse puellam:
  Exitus ingeniis convenit iste feris.
Non curare sat est: odio qui finit amorem,
  Aut amat, aut ægre desinet esse miser.
Turpe, vir et mulier, juncti modo, protinus hostes:
  Non illas lites Appias ipsa probat.

emolumento suo. Tu etiam, qui refers causam extincti amoris, et narras multa conquerenda de tua domina; desine conqueri: melius sic vindicabis omittendo; donec illa elabatur votis tuis. Et malim sileas, quam dicas te cessasse. Qui profitetur apud plures, se non amare; amat. Sed ignis certius opprimitur sensim, quam repente: paulatim cessa, securus eris. Torrens solet currere vehementius fluvio jugi: sed tamen hæc aqua est momentanea, illa assidua. Amor decipiat, et evanescat in aërem subtilem, et pereat per gradus insensiles. Sed flagitium est odio habere puellam modo amatam: hic finis ad animos spectat feroces. Abunde est negligere: qui finem imponit amori odio, aut amat, aut vix cessabit esse infelix. Fœdum, vir et fœmina, modo conjuncti, illico hostes: Appias ipsa non laudat illa dissidia. Sæpe

---

643 *Finiti reddis amoris* P. R. Exc. Scal. et tres alii: P. pro div. lect. cum al. *finito reddis amori:* multi *finiti quæris amoris.*—645 Al. *sic te ulciscere.* Cant. *ulc. querendo.*—646 Al. *Ut desider.* unus Heins. *De desid.*—647 F. et Ed. prima *cessisse loquaris.*—651 *Acrius* quinque Heins. vulgo *altius:* R. *altior.*—653 Nonnulli Mss. *radicitus exeat.*—654 Voss. *emolliatur.* Quatuor *amoveatur.*—656 L. *provenit iste.*—657 *Non curare sat est* R. P. pro div. lect. et Exc. Scal. prima Ed. *curasse:* vulgo *Nec curandus adest: odio:* duo *Non curandus*

NOTÆ

645 *Parce queri*] Optime præcipit, ne forte querendo et sibi morem gerendo satietur animus, minuatur injuria, excusetur; ne genio placens interim recurrat amica, &c. Non moveri optimum est; nam quærit, nec satis sanus est, qui queritur; statimque maximas vires sumserit illud, quod non, nisi quia placet, quæritur.

653 *Fallat*] Ita evanescat, ut non sentiatur.

Sæpe reas faciunt, et amant: ubi nulla simultas
  Incidit, admonitu liber aberrat amor.
Forte aderam juveni: dominam lectica tenebat:
  Horrebant sævis omnia verba minis.
Jamque vadaturus, Lectica prodeat, inquit.
  Prodierat: visa conjuge mutus erat.
Et manus, et manibus duplices cecidere tabellæ:
  Venit in amplexus: atque ita, Vincis, ait.
[Tutius est, aptumque magis, discedere pace,
  Quam petere a thalamis litigiosa fora.]
Munera quæ dederis, habeat sine lite jubeto:
  Esse solent magno damna minora bono.
Quod si vos aliquis conducet casus in unum,
  Mente memor tota, quæ damus arma, tene.
Nunc opus est armis: hic, o fortissime, pugna.
  Vincenda est telo Penthesilea tuo.

accusant, et amant: ubi nulla discordia evenit, amor solutus admonitionibus deflectit. Forte astabam juveni: lectica habebat dominam: omnia verba horrida erant denuntiationibus terribilibus. Et jam vadaturus, Exeat, inquit, lectica. Exiverat: uxore aspecta mutus erat. Et manus et duplices codicilli defluxerunt manibus: se dedit in complexus: atque ita loquitur, Superas. Securius est, et magis idoneum disjungi pace, quam ire a cubiculis ad fora litigiosa. Imperato, possideat sine litigio dona quæ obtuleris: detrimenta minora solent esse magno lucro. Quod si fors aliqua vos coget in unum, retine memor animo toto arma quæ tradimus: nunc opus est armis: hic certa, o generosissime. Penthesilea superanda est ferro tuo.

abest.—658 Scripti plerique *amet*, et *desinat*.—662 Margo Bersm. et ed. Mycill. *a monitu*. Vulgo *oberrat*.—663 Alii *aderat juvenis*. V. unus *tenebas*: duo scripti *ferebat*.—669 Hoc distichon Heins. Nasonianæ venæ non esse existimat.—671 *Dederis* P. et tres al. vulgo *dederas*. P. *habeat sine lege*. —675 Al. *Hic opus*. Al. *nunc o fort.* unus *his, o*: duo *hic, hic fortissime*. Unus

NOTÆ

660 *Appias*] Venus est genitrix, cujus templum in foro fuit C. Cæsaris, ab aqua Appia, quæ illic erat, cognominata.

661 *Reas faciunt*] Quosdam dicit de puellis conqueri, quas maxime amant: ut minus finem amoris lites indicent.

662 *Admonitu liber*] Sponte amorem, quem nemo abire cogat, dicit discedere.

663 *Aderam*] Advocatus operam meam præstabam: vel simpliciter astabam.

665 *Vadaturus*] Vadari ille dicitur, qui adversarium in jus venire cogit, vel sponsorem exhibere, cujus fide certum sit, ut se constituto die sistat.

667 *Tabellæ*] Codicillos dicit, quibus jura continebantur.

672 *Minora bono*] Quia eo pretio libertas emitur.

Nunc tibi rivalis, nunc durum limen, amanti:
  Nunc mediis subeant irrita verba Deis.
Nec compone comas, quia sis venturus ad illam:
  Nec toga sit laxo conspicienda sinu.
Nulla sit ut placeas alienæ cura puellæ:
  Jam facito e multis una sit illa tibi.
Sed quid præcipue nostris conatibus obstet,
  Eloquar; exemplo quemque docente suo.
Desinimus tarde, quia nos speramus amari.
  Dum sibi quisque placet, credula turba sumus.
At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)
  Crede, nec æternos pondus habere Deos.
Neve puellarum lacrymis moveare caveto:
  Ut flerent, oculos erudiere suos.
Artibus innumeris mens oppugnatur amantum;
  Ut lapis æquoreis undique pulsus aquis.
Nec causas aperi, quare divortia malis:
  Nec dic, quid doleas; clam tamen usque dole.

Nunc æmulus, nunc durum limen tibi amanti; nunc verba vana, Diis testibus, in animum revocentur. Nec exorna capillos, quia sis iturus ad illam: nec toga sit spectanda sinu laxo. Nullo modo labores, ut gratus sis alienæ puellæ: fac ut illa sit jam tibi una e pluribus. Sed dicam, quid præsertim moretur nostros nisus: exemplo suo admonente unumquemque. Sero desistimus, quia speramus nos amari. Sumus turba credula, dum quisque sibi plaudit. At tu nec fidem adhibe verbis, (quid enim fraudulentius illis?) nec Deos æternos alicujus esse momenti. Et vide, ne tangaris fletibus puellarum: docuerunt oculos suos lacrymare. Mens amantum appetitur dolis innumeris; ut saxum jactatum undique aquis marinis. Nec causas dicito, propter quas malis dissidia: nec loquitor, quid ægre ferus; clam

---

Leid. *His op. est arm. his o fort.*—677 Amanti R. et duo alii: sex *amantis:* vulgo *amicæ.* Sa. *dirum limen amanti:* F. *diræ limen amicæ:* R. 2. *duræ l. amicæ:* Boxh. *durum nomen amicæ.*—679 P. *comam;* et tres alii *et illam.* Vulg. *cum sis;* et quinque libri *si sis.*—680 Al. *lapso sinu:* unus *largo:* unus *lato.* Unus Heins. *confluitura sinu.*—682 Al. *Jam face,* vel *Jam face ut,* vel *Jam fac.* Unus Heins. *illa tuis.*—683 Al. *vestris conatibus.*—684 Ed. prima *Proloquar.*—686 Me. *quisque furet.*—691 Unus Heins. *expugnatur.*—693 Al. *divortia quæ-*

NOTÆ

676 *Penthesilea*] Puellam, quam quis amaverit, fortissimæ comparat Amazonum reginæ, adversus quam pugnandum sit.

678 *Mediis*] Qui a puella falso jurante advocantur.

680 *Laxo*] Honoris causa demissa.

682 *E multis*] Quæ minus adeo ametur.

686 *Placet*] Ut sese denique amari posse credat.

688 *Nec æternos pondus*] Quia per-

Nec peccata refer; ne diluat. Ipse favebis : 695
Ut melior causa causa sit illa tua.
Qui silet, est firmus : qui dicit multa puellæ
Probra, satisfieri postulat ille sibi.
Non ego Dulichio furiales more sagittas,
Nec rapidas ausim tingere in amne faces. 700
Nec nos purpureas Pueri resecabimus alas :
Nec sacer arte mea laxior arcus erit.
Consilium est quodcumque cano. Parete canenti :
Utque facis, cœptis, Phœbe saluber, ades.

tamen ægre feras sine fine. Nec commemora delicta, ne expurget : ipse indulgebis : ut illa causa sit potior causa tua. Qui tacet, est fortis : qui ingerit multas contumelias puellæ, ille petit sibi satisfieri. Ego non audeam mergere in fluvio sagittas furibundas, nec faces ardentes more Dulichio. Nec nos præscindemus alas purpureas Pueri : nec sacer arcus erit remissior arte mea. Quodcumque cano, est consilium. Et auscultate canenti : et Phœbe salutaris, annue inceptis, ut facis.

---

res, vel *quæris*.—694 Jun. *sed tamen*.—695 *Ipse favebis* R. optimus et tres al. quidam *ne diluat ipse cavebit :* plerique scripti *nec diluat ipsa caveto :* quidam *illa* vel *ipse caveto.* Alter R. *nec cui favet ipsa, favebis*.—699 *Dulichio* Exc. Scal. R. 1. et pro div. lect. 2. vulgo *Dulichias. Furiales* reposuit Heins. pro *furiali*.—700 *Rapidas* L. Vulgo *raptas :* unus F. *rabidas*.—703 Unus Heins.

NOTÆ

juria Dii rident amantum; nec quid jurent, cogitant puellæ.

693 *Nec causas aperi*] Ne forte levisculæ tandem videantur, nec satis dignæ, quibus convellatur amor. Præceptum multis de causis optimum.

695 *Refer*] Apud amicam, scilicet.

Favebis] Puellæ peccata diluenti, ut, si maxima sint, nulla videantur.

696 *Illa*] Causa amicæ.

698 *Postulat*] Quanti usus esse potest in vita hæc, si quis bene meditatus fuerit, veritas! Non alia re magis feroculi sunt quidam, quam quod in cordatos viros incidunt, qui bonitate sua postulare videntur, quia ipsi ultro, renitentibus malis, benefacere studeant. Ergo cautum maxime opus esse hac in parte virum bonum, quilibet qui hæc legerit, vir bonus cogitet; ne non modo improbos juvare nequeat, sed insuper eorum in se nequitiam intempestiva sua bonitate derivet. Latrantibus canibus ne allatret, lupos contemnat; ne sibi in sua rabie, quæ aliquid posse videatur, placeant; quiescat denique.

699 *Dulichio*] Ulyssis, Dulichii insulæ regis, qui amores suos cum Circe et Calypso, præceps nimis, non dissolvit, sed violento more abrupit, laceravit, discerpsit.

Furiales] Cupidinis, quibus incensa Circe, Calypso.

700 *Rapidas*] Ab effectu, quia amantes, præsertim vero puellas, in rabiem vertit.

Tingere in amne] Id est, Violentissimo et truculento more amorem extinguere.

701 *Pueri*] Amoris, scil.

702 *Laxior*] Pro minus potente, quia laxi nulla vis.

Phœbus adest: sonuere lyræ; sonuere pharetræ.
Signa Deum nosco per sua: Phœbus adest.
Confer Amyclæis medicatum vellus aënis
Murice cum Tyrio: turpius illud erit.
Vos quoque formosis vestras conferte puellas:
Incipiet dominæ quemque pudere suæ.
Utraque formosæ Paridi potuere videri:
Sed sibi collatam vicit utramque Venus.
Nec solam faciem; mores quoque confer et artes:
Tantum judicio ne tuus obsit amor.
Exiguum est, quod deinde canam: sed profuit illud
Exiguum multis: in quibus ipse fui.
Scripta cave relegas blandæ servata puellæ:
Constantes animos scripta relecta movent.
Omnia pone feros (pones invitus) in ignes:
Et dic: Ardoris sit rogus iste mei.

Phœbus favet: lyræ strepuerunt; pharetræ strepuerunt. Cognosco Deum per sua indicia: Phœbus favet. Compara lanam infectam aënis Amyclæis cum purpura Tyria: illa erit languidiore colore. Vos etiam comparate vestras puellas cum pulchris: unusquisque occipiet erubescere puellam suam. Utraque potuerunt videri pulchræ Paridi; sed Venus superavit utramque secum comparatam. Nec compara solum vultum; compara *etiam mores et solertiam: tantum ne amor tuus officiat judicio. Quod postea cantabo, est parvum; sed illud parvum juvit multos; inter quos ipse fui. Vide, ne relegas literas asservatas suavis puellæ: literæ relectæ percellunt mentes firmas. Immitte omnia (quanquam ægre) in sævos ignes: et dic: Hic sit rogus amoris mei.*

Concilium.—712 Al. *vincis.* Ed. quædam prisca, et Gryph. ann. 1554. cum duobus scriptis *tibi collatam vincis.*—713 Meliores *artem,* teste Heins.—714 Sa. *suus amor.* Alii *obstet amor.*—715 Quidam *est* non agnoscunt. Heins. conj. *Exiguum quid.*—719 *Pones* R. et P. vulgo *quamris.*—722 Francius *Tu timi-*

NOTÆ

703 *Consilium*] Vide clarissimi Heinsii notam.

705 *Lyræ*] Apollinis musicæ inventoris gestamen.

707 *Confer*] Comparatione cum aliis puellis, suam cuique minus pulchram videndam, adeoque minuendum amorem, docere instituit poëta.

Amyclæis] Fuerunt Amyclæ Peloponnesi civitas juxta Eurotan, ubi purpureo colore vellera imbuebantur, quæ, quamvis pulchra, nihilominus cum Tyriis collata de suo pretio perdere multum videbantur.

711 *Utraque*] Juno, scil. et Pallas, de quarum pulchritudine simul et Veneris sententiam suam dicere jussus est Paris.

720 *Rogus*] In quem projectus meus ignis aut amor pereat.

Thestias absentem succendit stipite natum.
Tu timide flammæ perfida verba dabis?
Si potes, et ceras remove. Quid imagine muta
Carperis? hoc periit Laodamia modo.
Et loca multa nocent: fugito loca conscia vestri
Concubitus: causas mille doloris habent.
Hic fuit; hic cubuit: thalamo dormivimus isto:
Hic mihi lasciva gaudia nocte dedit.
Admonitu refricatur amor; vulnusque novatum
Scinditur: infirmis causa pusilla nocet.
Ut pæne extinctum cinerem si sulfure tangas;
Vivet, et e minimo maximus ignis erit:
Sic, nisi vitaris quicquid renovabit amorem,
Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.
Argolides cuperent fugisse Capharea puppes;
Teque, senex, luctus ignibus ulte tuos.

Thestias inflammavit filium absentem stipite: tu injicies cunctanter verba infida in ignem? Si potes, projice etiam ceras: quamobrem moveris effigie muta? Laodamia periit hoc modo. Multa etiam loca officiunt: vitato loca conscia vestri concubitus: habent mille causas doloris. Hic fuit; hic jacuit: dormivimus isto cubiculo: prædbuit mihi hic voluptatem nocte lasciva. Amor renovatur admonitione; et plaga renovata aperitur: parva causa officit debilibus. Quemadmodum si moveas cinerem prope extinctum, sulfure accenderetur, et ignis maximus erit e minimo: sic nisi effugeris, quicquid redintegrabit amorem, flamma resuscitabitur, quæ modo nulla fuit. Naves Argolicæ optarent vitasse Capharea; et te, senex, ulte tuos mæ-

---

dus. Vulg. *flammis.*—725 Ed. Gryph. ann. 1554. *sæpe nocent.*—726 *Mille* unus Leid. et Cant. vulgo *illa.*—729 *Refricatur* R. al. *renovatur* et *revocatur.* Alter R. *vulnusque coactum:* Me. *creatum.*—730 Edd. priscæ et Mycill. et Bersm. *et firmis.* Edd. quidam et scripti *culpa pusilla.*—733 Al. *revocabit amorem.*—734 P. et F. *Flamma retardescet:* reliqui plerique et pr. Ed. *recandescet:* nonnulli *recalescet,* vel *recalescit:* unus Heins. *recrudescet.*—735 Al. *Argolicæ.*—

NOTÆ

721 *Thestias*] Althea Thestii filia, quæ filium suum Meleagrum, in focum projecto stipite, quo illius fata continebantur, perdidit. Quam fabulam prolixe ab Ovidio Metam. VIII. 450. enarratam huc piget transcribere.

723 *Ceras*] Imagines cereas, amicæ vultus referentes.

724 *Hoc modo*] Per asservatam Protesilai in cera imaginem. Ambigue locutus est Poëta; quod fugiendum.

Laodamia] De qua in Epistolis, quæ sic in sua loquitur: 'Dum tamen arma geres diverso miles in orbe, Quæ referat vultus est mihi cera tuos.'

730 *Scinditur*] Aperitur. Metaphora est a vulneribus, quæ nonnun-

Præterita cautus Niseide navita gaudet.
Tu loca, quæ nimium grata fuere, cave.
Hæc tibi sint Syrtes; hæc Acroceraunia vita:
Hic vomit et potat dira Charybdis aquas.
Sunt, quæ non possint aliquo cogente juberi;
Sæpe tamen casu facta juvare solent.
Perdat opes Phædra; parces, Neptune, nepoti:
Nec faciet pavidos taurus avitus equos.

rores. Nauta prudens lætatur Niseide vitata. Tu fuge loca, quæ fuerunt nimium suaria. Hæc sint tibi Syrtes; effuge hæc Acroceraunia: hic crudelis Charybdis reddit aquas absorptas. Sunt, quæ non possint imperari ab ullo vim faciente; sæpe tamen forte præstita solent prodesse. Phædra amittat divitias; ignosces nepoti, o Neptune. Nec taurus ab avo immissus perterrefaciet equos. Ad inopiam coëgisses

737 Al. *cautus Ripheide.*—739 Sa. *atra Ceraunia.*—740 Al. *vomit epotas.* Leid. *hic potat.* Unus Heins. *vomit acceptas.*—741 Unus Leid. *aliquo calcante;* unde Heins. conj. *inculcante.* Quidam *cogente moneri,* et *moveri.*—742 Olim editi

NOTÆ

quam recrudescunt.

Infirmis] Quanta cura istud meditari oportet pusillum!

735 *Argolides*] Docet a simili, loca fugienda esse quæ periculosa sunt. Hujus loci vero hæc est fabula. Nauplius, Palamedis pater, rex Eubœæ, cum Ulyssis opera præsertim et Græcorum iniquo judicio filium circumventum et occisum intellexisset, ut eam necem ulcisceretur, Græcis Troja redeuntibus et tempestate laborantibus, ex Caphareo Eubœæ promontorio, accensa face, signum dedit, quasi illic portus fuisset; quo cum illi navigassent, inter asperrimos scopulos naufragio afflicti sunt.

736 *Senex*] Nauplius est, qui falso portus indicio Græcis naufragii causa fuit.

737 *Niseide*] Scyllam dicit, quæ est scopulus in freto Siculo. Quanquam Phorci fuit filia Scylla quæ in hunc scopulum mutata est; sed hic Poëta, quod et fecit Maro, Scyllam Nisi filiam, cum illa altera confundit.

739 *Syrtes*] Duæ sunt ad littus Africanum, quæ loca sunt vadosa, quo arenæ cumulos aqua ventis turbata cogit; qui brevia navigantibus maxime periculosa efficiunt.

Acroceraunia] Epiri montes sunt et scopuli.

740 *Charybdis*] Gurges est in freto Siculo insanis undarum vorticibus æstuans, proxima quæque absorbens, iterumque revomens.

741 *Sunt*] Multæ res, scilicet.

743 *Phædra*] Jam de ea Minois filia, Thesei uxore, sæpius vidimus: quæ si divitiis et otio non abundasset, Hippolyti privigni amore capta non fuisset: adeoque nec ipsum spreta ad patrem oblati stupri accusasset; nec credulus Theseus adversus eum Neptunum invocasset; nec phocas contra innocentem Neptunus immisisset.

Nepoti] Hippolyto, cujus avus fuit Ægeus, Neptuni filius.

744 *Taurus*] Alii a phocis perterritos dicunt equos Hippolyti, a quibus,

Gnosida fecisses inopem; sapienter amasset.
Divitiis alitur luxuriosus amor.
Cur nemo est, Hecalen; nulla est, quæ ceperit Iron?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.
Non habet, unde suum paupertas pascat amorem:
Non tamen hoc tanti est; pauper ut esse velis.
At tibi sit tanti, non indulgere theatris:
Dum bene de vacuo pectore cedat amor.
Enervant animos citharæ, lotosque, lyræque;
Et vox, et numeris brachia mota suis.
Illic assidue ficti saltantur amantes:
Quid caveas actor, quid juvet, arte docet.

Gnossida, amasset sapienter. Amor lascivus nutritur opibus. Quamobrem nullus est, qui delinierit Hecalen; nulla est, quæ commoverit *Iron? Quia scilicet alter egenus, altera inops. Inopia non habet, unde nutriat suum amorem: hoc tamen non est tanti, ut cupias esse inops. At tibi sit tanti non frequentare theatra; donec amor bene recedat ex vacuo pectore. Citharæ, et lotus, et lyræ molliunt mentes; et vox et brachia agitatu numeris suis. Amatores simulati semper illic saltantur: mimus docet artificiose, quid fugias,* et *quid juvet. Dicam coactus: ne attinge mol-*

casus. R. et duo al. cum pr. Ed. *levare solent.*—747 Vulg. *Irum.*—753 *Lotosque* rescripsit Heins. e R. Exc. Scal. et codd. Salmasii, in quibus *lutosque:* vulgo *cantusque.* Multi *citharæque jocique:* unus *citharæ jocique.*—755 Al. *cantantur amantes,* vel *amores,* et similia.—756 Scripti plerique *auctor* et *juvat:* Al. *quod juvet:* unus Heins. *quod juvat:* R. *qua juvet.* Heins. legit *Quas caveas actor, qua juvet arte docet,* et *caveas* capit de spectatoribus in cavea sedentibus:

NOTÆ

curru excussus, per saxa discerptus sit.

Avitus] Ab avo, seu potius proavo, Neptuno immissus.

745 *Gnosida*] Pasiphaë est, quæ a Gnoso, Cretæ celeberrimo oppido, ubi Minos regnavit, sic dicta.

Sapienter] Adeoque maritum, non taurum.

747 *Hecalen*] Fuit Hecale anus paupercula, quæ Theseum hospitio excepit.

Iron] Irus Itharensis mendicus fuit, de quo in Penelope.

751 *Theatris*] Habent theatra bonæ notæ plurima, sed quæ non nisi castæ mentis periculo maximo excernantur. ‘ Filii Dei cum viderent pulchras esse filias hominum, ex iis sibi uxores delegerunt.’ Gen. VI. Delegerunt et dilexerunt, quia pulchras viderunt: et pulchræ videntur, quæ pulchræ sunt. Quotusquisque vero oculos et aures, Ulyssis more, ubi apertissimis opus est, obturare sciverit, aut potuerit!

753 *Citharæ*] Quæ in theatris resonant.

Lotosque] Est lotus arbuscula Africæ familiaris, fructum ferens suavissimum, quem ideo patriæ oblivionem inducere volunt Poëtæ. Ejus fruticis ligno ad tibias veteres utebantur, unde pro iis positum.

Eloquar invitus: teneros ne tange poëtas.
Submoveo dotes impius ipse meas.
Callimachum fugito; non est inimicus Amori:
Et cum Callimacho tu quoque, Coë, noces.
Me certe Sappho meliorem fecit amicæ:
Nec rigidos mores Teia Musa dedit.
Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli,
Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?
Et mea nescio quid carmina dulce sonant.
Quod nisi dux operis vatem frustratur Apollo;
Æmulus est nostri maxima causa mali.

les poëtas. Impius ipse subverto dotes meas. Removeto Callimachum; non est infensus Amori: tu quoque, Coë, officis etiam cum Callimacho. Sappho me præstitit profecto leniorem amicæ: nec Musa Teia docuit mores severos. Quis potuit legisse secure versus Tibulli; vel tuos, cujus opus fuit una Cynthia? Quis potuit abire crudelis Gallo lecto? Mea etiam carmina resonant nescio quid suave. Quod nisi Apollo impulsor operis destituit poëtam; rivalis est causa maxima vestræ ægri-

---

Burm. vult *Qua capias, actor, quod juvat, arte docet.*—758 Pat. *ipse mei:* duo al. *esse.*—759 P. a manu sec. *inimicus amanti.*—761 Fr. *Meque meæ Sapphûs.*—766 Al. *tale sonant.* Duo scripti *dulce canunt.* Quatuor *lene sonunt.*—767 Plu-

NOTÆ

754 *Numeris*] *En cadence.*

756 *Actor*] Locum mendosum quamobrem crediderit clarissimus Heinsius plane non video, cum tam bonus, quanquam paulo obscurior sensus sit. Fabularum actores dicit perite et Arte Amatoria docere, quæ fugere oporteat; quæque jucunda, dum ab histrionibus aguntur, amorem fovent, quo aliquis ab amica repulsus torqueatur.

757 *Invitus*] Non tam quidem qui sibi teneri Poëtæ laudem non obscure tribuit.

Ne tange] Plurima vero in illis legendis cautione est opus: neque certe majus aliud mentis venenum. Atqui ab illis tam multa, quæ optima sunt, licet desumere. Verum est. Sed rosæ sunt inter spinas; aut fructus quos custodiunt serpentes.

759 *Callimachum*] Illum antea elegiarum scriptorem elegantissimum, sed lascivum vidimus.

760 *Coë*] Est Cos Ægæi maris insula, Cariæ opposita, Philetæ elegiographi poëtæ, de quo nunc, patria.

761 *Sappho*] Cujus fœminæ carmina fuerunt maxime lasciva, sicuti ipse monuit poëta in Arte.

762 *Teia*] Anacreontis Teii et maxime lascivi poëtæ; cujus patria fuit Teios, vel Teos, urbs Ioniæ.

764 *Cynthia*] Fuit hæc Propertii amica, quam ubique celebrat.

765 *Durus*] Amori intactus.

Gallo] Hunc quoque Poëtam Ægypti a Cæsare præsidem, qui sese sua nece cruentavit, antea vidimus.

At tu rivalem noli tibi fingere quenquam:
Inque suo solam crede jacere toro.
Acrius Hermionen ideo dilexit Orestes;
Esse quod alterius cœperat illa viri.
Quid, Menelaë, doles? ibas sine conjuge Creten:
Et poteras nupta lentus abesse tua.
Ut Paris hanc rapuit; nunc demum uxore carere
Non potes: alterius crevit amore tuus.
Hoc et in abducta Briseide flebat Achilles,
Illam Plisthenio gaudia ferre toro.
Nec frustra flebat; mihi credite. Fecit Atrides,
Quod si non faceret, turpiter esset iners.
Certe ego fecissem, nec sum sapientior illo.
Invidiæ fructus maximus ille fuit.
Nam sibi quod nunquam tactam Briseida jurat
Per sceptrum; sceptrum non putat esse Deos.
Di faciant, dominæ possis transire relictæ
Limina; proposito sufficiantque pedes.

tudinis. At tu noli tibi comminisci ullum æmulum; et crede solam cubare in suo lecto. Orestes ideo vehementius amavit Hermionen, quod illa occæperat esse alterius viri. Quamobrem mœrcs, Menelaë? proficiscebaris Creten sine uxore: et poteras tardus sejungi ab uxore tua. Postquam Paris hanc sustulit; nunc tandem non quis esse sine uxore: tuus amor *auctus est amore alterius. Achilles etiam hoc dolebat in Briseide abrepta, illam portare gaudia lecto Plisthenio. Nec de nihilo dolebat; fidem mihi adhibete: Atrides præstitit, quod si non præstitisset, fuisset fœde vecors. Profecto ego fecissem, nec sum sapientior illo. Illa utilitas invidiæ fuit maxima. Nam quod jurat per sceptrum Briseida nunquam tactam a se; sceptrum non credit esse Deos. Dii præstent, possis transgredi domum dominæ relic-*

rium Codd. *frustretur*.—768 V. *vestri mali*.—774 Al. *lætus abesse*.—775 *Nunc* pr. Ed. cum R. et duobus aliis: vulgo *tum*.—778 *Toro* R. et unus V. vulgo

NOTÆ

771 *Hermionen*] Fuit hæc Menelai et Helenæ filia, quam Tyndarus avus maternus Oresti, Agamemnonis filio, inscio patre, qui apud Trojam militabat, pater vero ipse, eorum quæ a socero gesta erant ignarus, Pyrrho despondit: qua re factum est ut Orestes rivalem, cui tradita fuerat sponsa, trucidaverit.

778 *Plisthenio*] Agamemnoni, Plisthenis filio, quem Atrei dixerunt ideo Poëtæ, quod ab Atreo patruo, defuncto patre, una cum fratre Menelao educatus fuerit.

779 *Fecit*] Nempe cum Briseide rem habuit.

Et poteris: modo velle tene. Nunc fortiter ire,
Nunc opus est celeri subdere calcar equo.
Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro
Esse puta: remis adjice vela tuis.
Hunc quoque, quo quondam nimium rivale dolebas,
Vellem desineres hostis habere loco.
At certe, quamvis odio remanente, saluta.
Oscula cum poteris jam dare; sanus eris.
Ecce cibos etiam (medicinæ fungar ut omni
Munere) quos fugias, quosve sequare, dabo.
Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum vitare salaces;
Et quicquid Veneri corpora nostra parat.
Utilius sumas acuentes lumina rutas;
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

tæ; et pedes sufficiant instituto. Et poteris; retine tantum velle: nunc opus est strenue incedere, nunc opus est *urgere equum velocem stimulis. Credito Lotophagos esse in illa spelunca; Sirenas* esse *in illa: adde vela remis tuis. Optarem etiam omitteres in inimicorum numero recensere æmulum, quo olim nimium mærebas. At certe, quamvis odio durante, salute impertitor. Cum jam poteris ferre oscula, firmus eris. Ecce, ut præstem omnia officia medicinæ, præbebo etiam cibos, quos removeas, et quos sumas. Omnis bulbus, Daunius, an tibi missus a regionibus Libycis, an afferatur Megaris, erit perniciosus. Nec minus utile fugere erucas salaces; et quicquid facit corpora nostra expedita ad Venerem. Capias aptius rutas acuentes visum; et quicquid avertit corpora nostra a Venere. Petis, quid tibi suaviro.*—790 Heins. *vela suis.*—793 Al. *Aut certe.*—797 P. pro div. lect. *ab hortis.*—799 Duo libri *jubeo vitare:* unus *aptum evitare.*—800. 802 Duo libri *corpora restra.*—804 *Expedire* rescripsit Heins. pro *experiere.* V. unus *exci-*

NOTÆ

787 *Nunc*] Cum præter amicæ domum iter habendum est.

789 *Lotophagos*] Populi fuerunt Africæ, a loto fructu, de quo supra, sic dicti: cujus suavitate usque adeo capti sunt Ulyssis socii, ut ejus patriæque sint obliti.

Antro] Invidiose de amicæ domo loquitur.

790 *Vela*] Metaphora a navigantibus, qua ocyssime prætereundum esse indicat.

797 *Daunius*] Apulea Daunia provincia Italiæ, unde bulbi Romam portabantur, post Africanos seu Libycos optimi, teste Plinio.

798 *Megaris*] Megara urbs fuit Atticæ.

799 *Erucas*] Eruca herba est virtutis calidæ, quam vocamus *Roquette.*

Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?
  Spe brevius monitis expediere meis.
Vina parant animum Veneri, nisi plurima sumas;
  Et stupeant multo corda sepulta mero.
Nutritur vento, vento restinguitur ignis.
  Lenis alit flammam, grandior aura necat.
Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas
  Eripiat: si qua est inter utramque, nocet.
Hoc opus exegi: fessæ date serta carinæ.
  Contigimus portum, quo mihi cursus erat.
Postmodo reddetis sacro pia vota poëtæ,
  Carmine sanati fœmina virque meo.

deam de dono Bacchi? Exsolveris meis monitis spe citius. Vina instigant animum ad Venerem, nisi bibas plurima; ut mens oppressa multo vino torpeat. Ignis alitur vento, opprimitur vento. Placida aura nutrit flammam, vehementior extinguit. Aut nulla sit ebrietas, aut tanta, ut tibi absumat curas: si aliqua est inter utramque, officit. Absolvi hoc opus: porrigite corollas navi fatigatæ. Pervenimus ad portum, ad quem intendebam. Vir et fœmina restituti versibus meis exsolvetis deinceps pia vota sacro vati.

---

piare: Ha. *erudiere.* Vulgo *monitus experiere meos.*—805 Vulg. *parant animos.*—806 Al. *Ut stupeant:* Leid. et duo al. *Fac stupeant.*—807 Exc. I. P. et sex al. *Ignem ventus alit, vento.*—808 Vulg. *flammas.*—810 Quatuor Heins. *utramque:* vulg. *utrumque.*—811 Heins. vult *Ecce opus.*—813 Alii *reddatis.* Heins. conj. *Vos modo reddatis.*

MEDICAMINA FACIEI.

FRAGMENTUM.

Discite, quæ faciem commendet cura, puellæ:
  Et quo sit vobis forma tuenda modo.
Cultus humum sterilem Cerealia pendere jussit
  Munera: mordaces interiere rubi.
Cultus et in pomis succos emendat acerbos;
  Fissaque adoptivas accipit arbor opes.

Puellæ, discite quæ cura adjuvet formam; et qua ratione pulchritudo sit vobis conservanda. Cultura coëgit terram infœcundam exsolvere dona Cerealia: rubi pungentes profligati sunt. Cultura lenit etiam succos immites in pomis; et arbor di-

2 Al. *cura tuenda.* Nonnulli *ora tenenda,* unde Heins. conj. *linenda.*—3 Al.

NOTÆ

3 *Cerealia*] Id est, quæ sunt Cereris, frugum inventricis.

Jussit] Jussisse videtur, qui causæ est ut quid fiat; alioqui *jubere humum, &c.* tropus est audacior.

4 *Morduces*] Quia spinis riget hic frutex, quibus proxima quæque retinet.

Interiere] Quia post inventam agriculturam recisi frutices noxii, rubi præsertim; neque amplius moris ex iis, sed frumento in cibum usi sunt homines.

Rubi] Rubus frutex est notissimus, mora ferens.

5 *Cultus*] Qui præsertim per insitionem.

6 *Adoptivas*] Metaphora gratissima

Culta placent: auro sublimia tecta linuntur;
Nigra sub imposito marmore terra latet.
Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aëno:
Sectile deliciis India præbet ebur.
Forsitan antiquæ, Tatio sub rege, Sabinæ
Maluerint, quam se, rura paterna coli.
Cum matrona, premens altum rubicunda sedile,
Assiduo durum pollice nebat opus.
Ipsaque claudebat, quos filia paverat, agnos:
Ipsa dabat virgas cæsaque ligna foco.
At vestræ teneras matres pepercre puellas.
Vultis inaurata corpora veste tegi.

risa accipit divitias adoptivas. Exculta jucunda sunt: tecta excelsa inaurantur; terra atra occultatur sub marmore instrato. Lanæ eædem inficiuntur sæpe aëno Tyrio: India suppeditat ebur fissile deliciis. Forsitan Sabinæ veteres præoptaverint, Tatio regnante, arva paterna coli quam se. Cum matrona rubicunda insidens excelso sedili trahebat fila dura pollice sedulo. Et ipsa in septa admittebat agnos, quos filia egerat ad pastum: ipsa immittebat foco virgas et ligna secta. At vestræ matres ediderunt puellas molles: cupitis corpora velari amictu inaurato. Cupitis

---

humum quondam.—4 Ed. prima *Semina: mordaces.*—7 Unus Cod. *tecta levantur.*—9 Unus V. *medicata rencno.*—10 Pat. *mittit ebur.*—11 Unus Heins. *Tatio regnante.* Pro *Sabinæ* N. *pudicæ.*—13 N. *sedens altum.*—16 Alii *focis.*—19 Alii

NOTÆ

ab hominibus, qui sibi alienam prolem adoptant; qua metaphora dulces significat fructus, qui ex sureulo mitiori in truncum sylvestrem immisso nascuntur.

9 *Sæpe*] Ut saturior sit, non dilutus, color. *Dibapham* vocabant purpuram bis tinctam murice.

Tyrio] Laudatissima fuit apud veteres purpura Tyro Phœniciæ urbe celeberrima per varias gentes portata.

Aeno] Vasa erant amplissima ærea, in quibus murice lana inficiebatur.

10 *Ebur*] Quo ad varia ornamenta, in laquearibus præsertim, utebantur: unde Horatius, ' Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar,' &c.

11 *Tatio*] Hic fuit Sabinorum dux acerrimus, qui cum varia victoria cum Romanis pugnasset, tandem, Sabinis suis in urbem receptis, in regni partem et ipse a Romanis acceptus est.

Sabinæ] Fuerunt Sabini, Roma ad Septemtrionem, gens dura, quorum fortissimæ a Poëtis itemque historicis laudantur conjuges.

13 *Altum*] Ex quo facilius prolixum filum ex colo trahere.

Rubicunda] Colore nativo ex dura vita et laboriosa erumpente.

14 *Durum*] Propter assiduitatem et tædium; aut etiam quia dura et laboriosa manu exercebatur.

15 *Ipsa*] Non ancilla.

Vultis odoratos positu variare capillos:
  Conspicuam gemmis vultis habere manum.
Induitis collo lapides Oriente paratos:
  Et quantos oneri est aure tulisse duos.
Nec tamen indignum, si vobis cura placendi,
  Cum comtos habeant sæcula nostra viros.
Fœminea vestri poliuntur lege mariti:
  Et vix ad cultus nupta, quod addat, habet.
Proin se quæque parent; nec quo venentur amores,
  Refert: munditiæ crimina nulla merent.
Rure latent, finguntque comas: licet arduus illas
  Celet Athos; cultas altus habebit Athos.
Est etiam placuisse sibi quotacumque voluptas:
  Virginibus cordi grataque forma sua est.
Laudatas homini volucris Junonia pennas
  Explicat; et forma muta superbit avis.

variis modis flectere comam unctam: cupitis habere manum splendidam gemmis: gestatis collo lapides Oriente petitos: et tantos, ut sit oneri gestasse duos aure. Nec tamen ineptum, si vobis studium placendi, cum nostra tempora habeant viros excultos. Vestri mariti ornantur muliebriter: et uxor ægre invenit quod adjiciat ad ornatum. Proinde singulæ se ornent: nec interest qua via amores accersant. Munditiæ nulla castigatione sunt dignæ. Rure conduntur, et componunt capillos: licet excelsus Athos illas tegat; excelsus Athos habebit ornatas. Quotacumque est etiam jucunditas sibi placuisse: pulchritudo sua est accepta et curæ puellis. Avis Junonia pandit pennas approbatas ab homine; et avis muta fastus induit pulchritu-

---

Vultis adornatos.—20 Multi *manus.*—21 N. et Me. *paratos:* vulg. *petitos.*—22 *Quantos oneri est* a conj. Heins. vulgo *quantos onus est:* duo Heins. *quanto bonus:* totidem *et quantus honor est.*—23 Scripti plerique *sit vobis.*—25 *Poliuntur* rescripsit Heins. pro *potiuntur.*—27 *Proin...parent* conj. Heins. vulgo *Per se quæque paret:* sex libri *Pro se quæque parat.* Pal. *et quos veneretur amores:* nonnulli cum pr. Ed. *quos et venceretur;* duo *venerentur.*—28 Unus *Præfert.*—29 Ed. Bersm. *Rure jacent.*—30 Al. *cultus.*—31 *Quotacumque* reponunt Mycill. et Heins. pro vulg. *quæcumque.* Cod. Helm. *cuicumque.*—34 Plerique libri

NOTÆ

22 *Quantos*] Gemmis et margaritis non ex fulgore modo, sed et ex magnitudine pretium positum est.

25 *Fœminea*] Quod turpissimum viris quibus labor convenit.

29 *Latent, finguntque*] Pudicas etiam et quæ rure lateant nullius malæ rei causa sese dicit exornare, ut magis ad cultum quaslibet puellas invitet. Cujusmodi quidem monitore nihil opus fuit.

30 *Athos*] Mons est inter Thraciam et Macedoniam altissimus.

33 *Volucris Junonia*] Pavo est Junoni sacer.

Sic potius nos uret amor; quam fortibus herbis,
  Quas maga terribili subsecat arte manus.
Nec vos graminibus, nec mixto credite succo:
  Nec tentate nocens virus amantis equæ.
Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues:
  Nec redit in fontes unda supina suos.
Et quamvis aliquis Temesæa removerit æra;
  Nunquam Luna suis excutietur equis.
Prima sit in vobis morum tutela, puellæ:
  Ingenio facies conciliante placet.
Certus amor morum est: formam populabitur ætas,
  Et placitus rugis vultus aratus erit.
Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit,
  Et veniet rugis altera causa, dolor.

dine. Amor nos citius sic inflammabit, quam herbis potentibus, quas manus maga revellit arte formidabili. Nec committite vos herbis, nec succo intrito. Nec experiamini virus noxium equæ furentis. Nec serpentes mediæ secantur incantamentis Marsis: nec aqua prona recurrit ad fontes suos. Et quamvis aliquis sustulerit æra Temesæa; Luna nunquam dejicietur suis equis. Puellæ, prima sit in vobis morum custodia, vultus arridet ingenio conciliante. Amor morum est firmus; tempus deprædabitur pulchritudinem; et facies quæ grata fuit, erit secta rugis. Tempus futurum est, quo vos pœnitebit spectavisse speculum; et dolor accedet altera causa

multa superbit: alii *stulta:* M. *cauta:* unus Pal. *læta.*—35 Al. *potius vos. Uret* unus A. vulgo *urget:* alii *nos tanget amor.*—39 Al. *findantur:* tres libri *fundantur.*—41 V. *Temesæa moverit.*—44 Al. *placent.*—46 Al. *placidus.*—50 Hunc

NOTÆ

35 *Sic*] Cum cultæ fuerint puellæ.

37 *Nec credite*] Ut per illa viros ad amorem vestri perducere speretis.

38 *Nocens*] Quia furorem inducere creditum.

Virus] Hippomanes est, de quo supra.

39 *Marsis*] Fuerunt Marsi populi Italiæ fortissimi, juxta Sabinos, qui Marso Circes filio sati maximi quoque fuerunt venefici.

40 *Nec redit*] Nullam esse dicit vim carminibus aut incantamentis.

41 *Temesæa*] Fuit Temesa Brutiorum in Italia oppidum, Templa, a Latinis, referente Plinio, dictum, ubi olim ærifodinæ. Voluerunt autem stulti mortales sese tympanis æreis Lunæ, incantamentis laboranti, obstrepentes posse succurrere, ne in terram procideret. Quo remedio opus non esse; adeoque incantamentorum vim falso laudari, docet Poëta.

43 *Prima*] Nam, ut habet Sallustius, 'Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est; virtus clara æternaque habetur.' Optime ergo præcipit libidinosus doctor, ut pudicos saltem hæc neglexisse pudeat.

Sufficit, et longum probitas perdurat in ævum;
  Fertque suos annos: hinc bene pendet amor.
Disce, age, cum teneros somnus dimiserit artus,
  Candida quo possint ora nitere modo.
Hordea, quæ Libyci ratibus misere coloni,
  Exue de palea tegminibusque suis.
Par ervi mensura decem madefiat ab ovis:
  Sed cumulent libras ordea nuda duas.
Hæc ubi ventosas fuerint siccata per auras;
  Lenta jube scabra frangat asella mola.
Et, quæ prima cadunt vivaci cornua cervo,
  Contere: in hæc solidi sexta face assis eat.
Jamque ubi pulvereæ fuerint confusa farinæ,
  Protinus in cribris omnia cerne cavis.

rugis. Integritas suppeditat, et perstat in productum tempus; et tolerat suos annos: amor hinc bene pendet. Disce age, quomodo vultus candidi possint splendescere, cum somnus depresserit membra mollia. Nudato palea et corticibus suis hordea, quæ agricolæ Libyci miserunt navibus. Æqualis mensura ervi humescat ab ovis decem: sed hordea expurgata impleant duas libras. Ubi hæc fuerint exsiccata per aërem ventosum; fac asella segnis terat mola aspera. Pinse etiam cornua prima quæ excidunt cervo vivaci: fac sexta pars *solidæ libræ mittatur in hæc: et postquam omnia fuerint admixta farinæ pulvereæ, cribrato omnia in cribris cavis. Adde*

versum correxit et distinxit Heins. vulgo *Perque suos annos hinc bene pendet amor*, sine distinctione.—51 Me. *Disce, age:* alii *Discite:* quidam *Dic, age.*—55 He. *Par orobi*, cum glossa *ordei.*—59 *Cadunt* quinque Heins. et pr. Ed. vulgo *cadent.*—60 Al. *in hac.* Quidam *in hac solida, in hoc solida, et hoc solido.* Mor. *in hoc solida texta fac agis eat. Texta* etiam in aliis. Heins. conj. *et huc solidi sexta face assis eat.*—61 Al. *Namque ubi.*—62 *In cribris* a conj. Heins. vulgo in numeris, vel *innumeris.* Codd. Marii *in mundis:* multæ edd. *in nume-*

NOTÆ

49 *Sufficit*] Satis est; sed motum habet et tractum vox illa quem alio vocabulo nequeam exprimere. Solatium et nescio quam inducit quietem rem ipsam cogitantibus, et perenni sua virtute sese involventibus. *La Vertu se fournit toujours elle-meme, et se renouvelle tous les jours.*

53 *Libyci*] Sunt Libyes populi Africæ, hoc in loco pro Afris in genere positi, a quibus maximam frumenti copiam Romani petebant.

55 *Ervi*] Est ervum genus legnminis, *ers* Gallice dicti.

56 *Nuda*] Tegminibus et palea exuta.

59 *Prima*] Quotannis vero statuto veris tempore decidunt.

60 *Hæc*] Hordei et ervi farinam, scilicet.

Sexta] Pars, scilicet.

Assis] Seu Libræ.

Adjice Narcissi bis sex sine cortice bulbos,
  Strenua quos puro marmore dextra terat:
Sextantemque trahat gummi cum semine Thusco.
  Huc novies tanto plus tibi mellis eat.
Quæcumque afficiet tali medicamine vultum;
  Fulgebit speculo levior ipsa suo.
Nec tu pallentes dubita torrere lupinos,
  Et simul inflantes corpora frige fabas.
Utraque sex habeant, æquo discrimine, libras:
  Utraque da nigris comminuenda molis.
Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis
  Desit, et Illyrica quæ venit iris humo.

duodecim bulbos Narcissi decorticatos, quos manus fortis terat puro marmore: et ducat sextantem gummi cum semine Thusco: huc tibi adhibeatur novies plus tanto mellis. Quæcumque illinet faciem tali medicamine, ipsa nitebit expolitior speculo suo. Nec tu cunctare frigere lupinos pallidos, et simul torre fabas tumefacientes corpora. Utraque habeant sex asses pari discrimine: da utraque terenda atris molis. Nec cerussa, nec spuma nitri rubentis te deficiat, et Iris quæ mittitur terra

---

ris. o. c. suis: N. *in numeris omn. conde caris.*—65 Al. *Sextantemque terat.*—66 Al. *Et novies.*—69 *Torrere* A. et He. alii *præbere:* Mor. *pallere:* unus Pat. *terere:* Pal. *ferrere*, unde Heins. conj. *frendere.*—70 Vulgo *inflantis corpora frange seræ*, vel *instantis c. finge seræ*, nullo sensu. unus Pat. *instantes.* Deinde scripti potiores *corpora frugifcræ:* unus Heins. *frigefere:* He. *frange feræ:* unus M. *fige fece.* His vestigiis depravatæ lectionis insistens Heins. emendavit *inflantes corp. frige fabas.* Marius conj. *inflantis c. frange fabæ.*—72 Pro *Utraque* edd. vett. et duo Mss. *Lectaque;* unus *Letaque.* Al. *de nigris.* Unus

NOTÆ

63 *Narcissi*] Est narcissus planta notissima, propter floris amœnitatem, hortis familiaris.

65 *Sextantemque*] Duas uncias.

Semine] Proprie frumenti genus est quod *Zeam* vocant, ex quo alica, docente Plinio, fiebat.

66 *Novies tanto plus*] Id est, novem sextantes, una libra cum dimidia, unciæ 18.

69 *Nec tu*] Aliud proponit medicaminis genus.

Lupinos] Sunt lupini leguminis genus, ab omnibus animalibus sua amaritudine tutum, autore Plinio. 'Pallentes' autem dixit ab effectu, quod qui gustaverint palleant. 'Tristes' appellavit Maro.

70 *Inflantes*] Quippe flatulentissima est faba.

71 *Sex*] Ut tres libræ lupinorum et totidem fabarum sumantur.

73 *Cerussa*] Pharmacum est notissimum, quod ex plumbi ramentis tenuissimis super vas asperrimi aceti impositis extrahitur.

Nitri] Est nitrum species salis notissima, *salpetre.* Spuma vero ejus *Aphronitrum* dicitur; quod ex speluncis quibusdam destillans in Asia colligi, medici quidam scriptitarunt.

74 *Illyrica*] Est Illyris, Illyricum,

Da validis juvenum pariter subigenda lacertis:
  Sed justum tritis uncia pondus erit.
Addita de querulo volucrum medicamina nido
  Ore fugant maculas: Halcyonea vocant.
Pondere, si quæris, quo sim contentus in illis;
  Quod trahit in partes uncia sexta duas.
Ut coëant, apteque lini per corpora possint,
  Adjice de flavis Attica mella favis.
Quamvis thura Deos, irataque numina placent;
  Non tamen accensis omnia danda focis.
Thus ubi miscueris radenti tubera nitro;
  Ponderibus justis fac sit utrimque triens.

Illyrica. Da quoque hæc pinsenda fortibus brachiis juvenum: sed uncia erit *justum pondus pistis. Adde etiam medicamenta ex nido querulo avium: abstergunt labes facie: dicunt Halcyonea. Si petis quo pondere sim contentus in illis; quod capit uncia divisa in duas partes. Ut cohæreant, et possint facile inungi per corpora, adde mella Attica de favis flavis. Quamvis thura propitient Deos et numina infensa; non sunt tamen omnia immittenda aris ardentibus. Ubi intriveris thus nitro expolienti nævos, fac triens sit utrimque æquis ponderibus: * et adde parum*

det: Pat. *da libris:* Heins. conj. *pigris.*—73 Al. *Nec cum cerussa.*—77 *Addita de* alter M. et quatuor Heins. vulgo *Addita da.* Quidam *Additaque:* unus *Addita quod:* Marius vult *Addito.*—80 Al. *Quas trahit:* duo *Quos:* unus *Quo.* Heins. conj. *uncia secta.*—85 Alii *radenti corpora.*—86 Vulgo *utrumque trahens.*

NOTÆ

seu Illyria, regio in ora maris Adriatici, Italiæ opposita, unde Iris laudatissimi nominis afferebatur.

Iris] Planta est, cujus radix maxime laudatur ad odores. Nostri vocant eam *Glayeul*, *flambe*, vel etiam *Iris*.

77 *Querulo*] Propter pipientes pullos.

Volucrum] De Halcyonibus loquitur, quæ, ut Plinius scribit, aves sunt paulo ampliores passeribus, colore cyaneo ex parte majore, tantum purpureis et candidis admistis pennis, collo gracili ac procero. Quas aves videre, ut idem ait, rarissimum est.

Nido] Hi Halcyonum nidi, referente eodem Plinio, admirationem habent, pilæ figura paulum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine, qui ferro intercidi nequeunt, ictu valido franguntur.

78 *Halcyonea*] De iis medicamentis sic ait Plinius; 'Lepras, lichenas, lentigines, tollunt cum lupino, et sulphuris duobus obolis.'

80 *Uncia sexta*] Niger selibram intelligit. Planissime vero correctionem probavero clariss. Heinsii qui legit *secta.*

81 *Coëant*] Ut cohæreant varia, de quibus locutus est, medicamina.

82 *Attica*] Quæ Athenis, Hymetto monte collecta, in varia loca, Romam præsertim, portabantur.

83 *Quamvis*] Aliud docet medicamentum.

85 *Tubera*] De papulis, pustulis-

Parte minus quarta dereptum cortice gummi,
  * Et modicum e myrrhis pinguibus adde cubum.
Hæc ubi contriris, per densa foramina cerne:
  Pulvis ab infuso melle premendus erit.
Profuit et marathros bene olentibus addere myrrhis;
  Quinque trahant marathri scrupula, myrrha novem.
Arentisque rosæ quantum manus una prehendat,
  Cumque Ammoniaco mascula thura sale.
Hordea quem faciunt illis affunde cremorem.
  Æquent expensas cum sale thura rosas.
Tempore sis parvo molles licet illita vultus;
  Hærebit toto multus in ore color.
Vidi quæ gelida madefacta papavera lympha
  Contereret, teneris illineretque genis.
  * * * *

thymi, et adde cubum parvum pinguis myrrhæ. Ubi hæc subegeris, cribrato per spissa foramina: pulvis erit diluendus admixto melle. Utile etiam fuit adjicere fœniculum myrrhis fragrantibus; fœniculum ducat quinque scrupula, myrrha novem. Et adde *rosæ siccæ quantum una manus capiat, et thura mascula cum sale Ammoniaco. Infunde illis cremorem quem faciunt hordea. Thura cum sale æquent rosas ponderatas. Quamvis fueris uncta faciem teneram tempore exiguo, multus nitor manebit in tota facie. Vidi quæ contunderet papavera humectata aqua frigida, et induceret genis mollibus.* * * * *

—87 *Dereptum* rescripsit Heins. Vulgo *direptum*.—88 Pal. *Et medium*. N. *modicum emiriris pigribus:* Pat. *e mutis:* prima Ed. *modicum meritis pigibus*. V. et quatuor al. non habent τὸ *e*. idem *mirtis*. Al. *adde cibum:* Mss. Ciofani *subum*. Heins. conj. *Et modicum mistis picribus adde thymum*, vel *pistis picribus*. —89 Al. *contriveris*, vel *contrieris:* Mor. et alii *contereris*.—91 *Marathros* corr. Mycil. pro *marathos*.—92 Al. *Quinque parant*, vel *parent*. Quidam *myrrha decem*.—95 Al. *quem fac*. Al. *infunde*.—97 Hunc versum Burm. exhibuit ex emend. Heins. vulgo *sit parvo mulier*. Quinque scripti *molli lic. ill. vultu:* pr. Ed. et sex al. *mollis vultu:* duo *molli vultus*.—98 Al. *nullus in ore*.

NOTÆ

que, quæ faciem infestare solent, loquitur. Eas vero expoliendi et tollendi vim habere nitrum docet Plinius.

87 *Dereptum cortice*] Quia arborum cortici innascitur gummi.

88 *Et modicum*] Vide Notam clar. Heinsii. Deinde expende annon per cubum aliquantulam myrrhæ partem possis intelligere.

91 *Marathros*] Latini *fœniculum* vocant.

92 *Scrupula*] Scrupulum pars est drachmæ tertia; tria adeoque drachmam conficiunt.

94 *Ammoniaco*] Lapsus est Commentator qui Ammoniacum gummi, rem omnino diversam, cum sale qui in Libya eruebatur, confudit. Hodie etiam in officinis reperitur sal Ammoniacus, sed factitius est.

95 *Cremorem*] Pro succo hordei posuit, quomodo fere Celsus usurpat.

97 *Tempore*] Maximæ virtutis postremum esse medicamentum innuit.

P. OVIDII NASONIS

HALIEUTICON.

FRAGMENTUM.

* * * *

Accepit mundus legem: dedit arma per omnes,
Admonuitque sui. Vitulus sic namque minatur,
Qui nondum gerit in tenera jam cornua fronte:
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones.
Et morsu canis, et caudæ sic scorpios ictu:
Concussisque levis pennis sic evolat ales.
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,
Præsidiumque datum sentire, et noscere teli

Mundus subiit legem: præbuit arma singulis, et admonuit sui: sic enim vitulus, qui nondum jam habet cornua in molli fronte, minas intentat: sic damæ fugiunt, leones certant fortitudine, et canis morsu, et sic scorpius percussione caudæ: et avis levis sic avolat pennis agitatis. Metus est *mortis omnibus incognitæ; concessum*

2 Thuan. *vitulus quæ manuque minatur:* A. *vitulus manuque minatur:* Aldinæ edd. ex Mss. Sannazarii *minaci.* Burm. vult *vitulus sic nempe minatur.*—4 Heins. conj. *rictuque leones.*—6 Mss. *Concursisque.* Edd. Gesn. et Pithœi

NOTÆ

1 *Arma*] Arma, ut ex sequentibus patet, non proprie, quod clariss. Heinsius videtur putasse, sed tropice pro innata quavis industria, et ad sibi consulendum a natura data sagacitate, usurpavit.

4 *Dumæ*] Sunt caprarum sylvestrium quoddam genus. Gall. *Daim.*

Vimque modumque sui: sic et Scarus arte sub undis,
Incidit, assumtamque dolo tandem pavet escam.
Non audet radiis obnixa occurrere fronte,
Aversus crebro vimen sed verbere caudæ
Laxans subsequitur, tutumque evadit in æquor.
Quin etiam si forte aliquis, dum pone nataret,
Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit,
Aversam caudam morsu tenet: atque ita *
* Uber servato, quem texit, in * resultet.
Sepia tarda fugæ, tenui cum forte sub unda
Deprensa est, jam jamque manus timet illa rapaces,
Inficiens æquor nigrum vomit ore cruorem,
Avertitque vias, oculos frustrata sequentes.
Clausus rete Lupus, quamvis immanis et acer,

*omnibus sentire hostem et columen datum, et cognoscere potestatem et modum suorum armorum: sic etiam scarus resecat dolo sub undis, et timet escam tandem correptam fraude. Non audet sese dare fronte opposita in radios; sed aversus divellens vimen frequenti caudæ agitatione subsequitur, et erumpit in mare securum. Quin etiam si forte aliquis propitius scarus aspexit hunc conflictantem in nassa, dum pone nataret, morsu apprehendit aversam caudam: * Sepia lenta ad fugam, cum forte correpta est sub aqua molli, et illa jam jamque metuit manus prædabundas, tingens mare exspuit ore atrum sanguinem, et corripit vias, frustrata oculos insequentes. Lupus irretitus, quamvis ingens et vehemens, demissus quiescit in arenis dimotis*

---

pinnis.—7 Burm. conj. *innatus mortis timor.*—9 Ms. Vlitii *sic Escarus.*—10 Ms. Vlitii, et Ald. *Decidit.*—12 *Vimen sed* Cod. Thuan. et A. alii *veniens sub.*—14 *Dum pone nataret* restituerunt Pantagathus et Gesnerus: alii *damptus nataret;* et ceterorum fere omnium corrupta lectio.—16 Codd. *Aversum:* Heins. *Aversam;* qui etiam addidit *ita* ex iisdem. Vlitii Ms. *atque*:* Pith. *atque ita*.*—17 Thuan. *Uber servato quem texit irresultet:* A. *Uberet nato quem texit quem resultat.* Vlitius sic refingit suppletque: *atque ita flexu Liberiore natans quem texit nassa* [vel *rete*] *resultat.*—20 Mss. *vomit illa* vel *illace.*—21 Vulg. *Avertitque vices.*—22 Thuan. *quamvis immitis.*—23 Alii *submissus*

NOTÆ

9 *Scarus*] Piscis est saporis eximii; quem refert Plinius inclusum nassis non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudæ ictibus crebris fores laxare, atque ita retrorsum erumpere. Quam luctam si forte alius Scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adjuvat.

10 *Assumtamque dolo*] Ab insidiante piscatore, scilicet.

11 *Radiis*] De viminibus loquitur, quibus contexta est nassa.

14 *Pone*] Aut juxta eam nassam, qua aliquis Scarus captus sit.

18 *Sepia*] Piscis genus est quoddam, sanguine nigro, quod atramentum ideo dixere, quo emisso insidiantibus piscatoribus iter quasi præsepire dicitur. Gallice vocatur *Seiche.*

22 *Lupus*] Piscis est genus, quem in deliciis habuere Romani. E mari

Dimotis cauda submissus sidit arenis.
. . . . . in auras
Emicat, atque dolos saltu deludit inultus :
Et Muræna ferox, teretis sibi conscia tergi ;
Ad laxata magis conversa foramina retis,
Tandem per multos evadit lubrica flexus,
Exemploque nocet, cunctis intervenit una.
At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus hæret, et hac eludit retia fraude,
Et sub lege loci sumit mutatque colorem ;
Semper ei similis, quem contigit : atque ubi prædam
Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit
Elato calamo, cum demum emersus in auras
Brachia dissolvit, populatumque exspuit hamum.

cauda ... Exilit in auras, et eludit impune dolos saltu. Et muræna immitis sibi conscia dorsi lubrici, accedens ad foramina magis laxa retis, tandem lubrica erumpit per multas agitationes ; et dispendio est, una succurrit omnibus. At contra polypus piger adhæret saxis corpore crinito, et declinat retia hac arte, et induit et immutat colorem sub lege loci, semper similis ei quem contigit : atque ubi rapax corripit escam pendentem setis, hic quoque decipit arundine sublata, cum demum extractus in aërem laxat brachia, et evomit hamum devoratum. At mugil excutit cauda

sedet armis in austri : alii *cedet arenis :* Thuan. et A. *ridet arenis in auras ;* unde Heins. *sidit arenis :* posuitque duas voces *in auras* in fine sequentis versus. —25 Edd. Gesn. Bersm. et Vlitii *diludit.*—26 Ms. Vlitii *More ferox et reti sibi conscia.*—27 Idem Ms. *connexat forma retis.*—29 Bersm. *quod prævenit una.* —32 A. *mittitque colorem.*—34 *Setis* Pith. Gesn. aliique : Ald. *retis.*—35 A.

NOTÆ

flumina ingreditur, ubi quibuscumque sordibus, præsertim stercoribus, vescitur. *Spigola* dicitur Italis.

23 *Sidit*] Ne retibus capiatur.

26 *Muræna*] Piscis littoralis est, itemque fluvialis ; nostris etiam hominibus in deliciis. Gall. *Lamproye.*

29 *Intervenit*] Quia per idem a Muræna laxatum foramen sese subtrahunt.

30 *Crinali*] Hoc dicit quia brachia seu pedes habet quam plurimos et tenuissimos, quibus sese rupibus alligat.

31 *Hac fraude*] Quia retibus tantum raditur aut fricatur, non comprehenditur.

32 *Sub lege*] Ex lege, Ovidiana locutio. Dictus vero est hic piscis loci cujusvis colorem induere. Quæ res oculorum nostrorum ratione ideo minus videri debet absurda, quod et aves plurimæ sint, lepores etiam eo videamus, quo terra est, colore ; ut præsentes et in conspectu positos omnino non videamus.

34 *Setis*] Quibus etiamnum utuntur hodie ad suspendendos hamos ; albis præsertim, quæ, quia sunt pellucidæ a piscibus non ita possunt cognosci.

At Mugil cauda pendentem everberat escam,
Excussamque legit. Lupus acri concitus ira,
Discursu fertur vario, fluctusque ferentes
Prosequitur, quassatque caput, dum vulnere sævus
Laxato cadat hamus, et ora patentia linquat.
Nec proprias vires nescit Muræna nocendi:
Auxilioque sui, morsu nec cominus acri
Deficit, aut animos ponit captiva minaces.
Anthias his, tergo quæ concutit, utitur armis,
Vim spinæ novitque suæ, versoque supinus
Corpore lina secat, fixumque intercipit hamum.

* * *

Cetera quæ densas habitant animalia sylvas,
Aut vani quatiunt semper lymphata timores,
Aut trahit in præceps non sana ferocia mentis.
Ipsa sequi Natura monet, vel cominus ire.

escam pendentem, et colligit excussam. Lupus vehementi ira turbatus rapitur cursu diverso, et persequitur undas ferentes, et concutit caput, donec hamus ferus excidat vulnere laxato, et describat ora aperta. Nec muræna ignorat propriam potestatem officiendi: nec deest adjumento sui cominus morsu strenuo, aut capta deserit animos minaces. Anthias utitur his armis quæ movet tergo, et cognoscit potentiam spinæ suæ, et supinatus inverso corpore rescindit lina, et surripit hamum alligatum... Aut metus inanes agitant semper reliqua animalia turbata, quæ colunt spissas sylvas, aut ferocia insana animi agit in præceps. Ipsa natura hortatur sequi, vel cominus ac-

tum demum.—37 *Et Mug.* alii. Heins. malebat *Mugilis.*—38 Ms. Vlitii pro *concitus ira,* habet *contricitatus.*—39 Idem *Discussu.*—43 Idem cum A. *Auxilioque sibi.* Pro *cominus,* Marg. Bersm. *co minus;* et ita Aldin.—45 Vulg. *quæ non videt:* Thuan. *vidit:* A. *quem non vidit.*—46 *Vometque sua et,* Ms. Vlitii.—48 Thuan. *Et cetera:* A. *Æthera.*—51 Vulg. *Natura movet;* alii *docet.*—

NOTÆ

35 *Elato*] Cum piscator captum piscem aqua extrahere cogitat.

37 *Mugil*] Alio nomine dicitur *Capito,* propter capitis crassitiem; cujus natura ex eo ridicula est quod capite absconditio sese totum latere credat.

45 *Anthias*] Piscis est quidam Græcis sacer dictus, quod loca frequentet, ubi nulla bellua. De eo Plinius, Ælianus, Plutarchus.

Quæ concutit] *Quem non videt* restituendum, quia maxime ad scopum facit Poëtæ, qui naturam dicit animalia quævis instituisse. Corrigebat clar. Heinsius *quæ concutit.*

48 *Cetera*] Deploratum esse hoc fragmentum, et ex diversi generis operibus conflatum satis superque ex hoc loco patet.

49 *Lymphata*] Furore quodam agitata. Crediderunt veteres, furore corripi eos qui aliquo in fonte Nymphæ speciem aut imaginem vidisset: inde petita est metaphora.

Impiger ecce Leo venantum sternere pergit
Agmina, et adversis infert sua pectora telis.
Quoque venit, fidens magis et sublatior ardet,
Concussitque toros, et viribus addidit iram.
* Prodidit; atque suo properat sibi robore letum.
Fœdus Lucanis provolvitur Ursus ab antris,
Quid nisi pondus iners, stolidæque ferocia mentis?
Actus Aper setis iram denuntiat hirtis:
Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri,
Pressus et emisso moritur per viscera telo.
Altera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,
Ut pavidi Lepores, ut fulvo tergore Damæ,
Et capto fugiens Cervus sine fine timore.
[Ipsa sequi natura docet, vel cominus ire.]
Hic generosus honos, et gloria major Equorum:
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho.
Seu septem spatiis Circo meruere coronam;
Nonne vides, victor quanto sublimius altum
Attollat caput, et vulgi se venditet auræ?
Celsave cum cæso decoratur terga leone,

cedere. Ecce leo strenuus non desinit prosternere catervas venatorum; et immittit sua pectora telis oppositis. Et ex *quo venit, excandescit magis confidens et elatior, et agitavit toros, et adjecit iram viribus. * Prodidit, et accelerat sibi mortem suis viribus. Turpis ursus devolvitur ex speluncis Lucanis, quid nisi pondus ineptum, et ferocia mentis stupidæ? Aper actus indicat iram setis horridis: et contendens se immittit in plagas ferri adversi, et pressus moritur telo adacto per viscera. Altera pars confidens pedibus vertit terga insequenti, ut lepores timidi, ut damæ rufo tergo, et cervus fugiens sine fine, metu provido. (Ipsa natura instituit sequi, vel cominus accedere.) Hic honor nobilis equorum, et gloria major: nam palmam carpunt mente, et lætantur triumpho. Seu meruerunt coronam Circo septem gyris; nonne aspicis quanto excelsius victor efferat caput, et se prædicet favori vulgi? Vel*

52 Ms. Vlitii *ecce Leo:* alii *Impiger et telo.*—54 *Quoque* Aldin. *Quodque* Ms. Vlitii: qui pro *sublatior* habet *sibi latior.*—58 *Ferocia menti* reponit Aldus.—59 Ms. Vlitii *Actus et per retis.*—60 Idem *Se ruit.*—63 Vulg. *et fulvo.*—68 F. *Si septem spatiis circi.* Vlitii Ms. *circo movere.*—71 Ms. Vlitii *cateso* pro *cæso;*

NOTÆ

51 *Ipsa sequi*] Loco suo mota fuisse hæc omnia et perturbata, vel ex hoc versu patet, qui infra repetitur: nullo bono sensu hic legitur.

57 *Lucanis*] Sita est Lucania inter Brutiam et Apuliam, ad Apenninos montes, in Italiæ parte Orientali.

Quam tumidus, quantoque venit spectabilis actu,
* Compescatque solum generoso concita pulsu
Ungula sub spoliis graviter redeuntis opimis:
Quid laus prima Canum? quibus est audacia præceps,
Venandique sagax virtus, viresque sequendi.
Quæ nunc elatis rimantur naribus auras,
Et nunc demisso quærunt vestigia rostro;
Et produnt clamore feram, dominumque vocando
Increpitant: quem si collatis effugit armis,
Insequitur tumulosque canis camposque per omnes,
Noster in arte labor positus: spes omnis in illa.
Nec tamen in medias pelagi te pergere sedes
Admoneam, vastique maris tentare profundum.
Inter utrumque loci melius moderabere funem.
Aspera num saxis loca sint: nam talia lentos
Deposcunt calamos; at purum retia littus.
Num mons horrentes demittat celsior umbras

*cum ornatur dorsum sublime leone interfecto, quam inflatus quantoque gestu incedit spectabilis? * Et ungula acta percussu nobili premat terram sub spoliis lautis magnifice revertentis. Quid gloria prima canum? quibus est audacia ruens, et vis sagax venandi, et facultas insequendi. Quæ nunc scrutantur aërem naribus sublimibus, et nunc sectantur vestigia rostro inclinato; et indicant ferum latratibus, et obstrepunt domino accersendo, quem si* fera *evitat, canis insequitur armis conjunctis, et per omnes colles et* per omnes *campos. Labor noster constitutus in arte: omnis spes in illa: nec tamen te jubeam progredi in medias sedes maris, et experiri altum vasti æquoris. Melius reges rete inter utrumque loci. An loca sint scabra saxis: nam talia expetunt arundines flexiles: at littus purum retia. An mons sublimior*

---

leo pro *leone*.—72 Idem *actum* pro *actu*.—74 Idem *Vincula sub;* et *redeunte opimis*.—75 Thuan. *Qui laus:* Heins. vult *Dein*, vel *Quid*.—79 Ms. Vlitii *effugitque:* Heins. emendat *quæ si collatis effugit armis*.—80 Vlitii Ms. *Insequiturque*.—85 Thuan. *quoci* pro *loci*. Vlitii, *moderabere funem:* Aldin. *finem;* et sic Thuan.—86 Pithœi Ed. *non saxis*.—87 Pro *purum* Ms. Vlitii *pucrum:* unde

NOTÆ

72 *Actu*] Gall. diceres, *Avec quel air de fierté.*

73 *Compescatque*] Nihil hic mutandum crediderim; imo denotat optime vox ista strenui et generosi equi acrem incessum.

80 *Collatis*] Canem dicit arma sua conferre ad hoc ut a domino suo fera capiatur.

83 *Nec tamen*] Vide Poëtæ membra disjecta.

85 *Inter utrumque*] Ad piscaturam aptum locum dicit non ripam, non altum mare, sed horum medium.

Funem] Pro retibus, synecdochice.

86 *Aspera*] Admoneam, inquit, videas, num loca saxis scateant, &c.

87 *Purum*] Quod sine rupibus,

In mare. Nam varie quidam fugiuntque petuntque.
Num vada subnatis imo viridentur ab herbis.
* *
Objectetque moras, et molli serviat algæ.
Descripsit sedes varie Natura profundi:
Nec cunctos una voluit consistere pisces.
Nam gaudent pelago, quales Scombrique, Bovesque,
Hippuri celeres, et nigro tergore Milvi;
At pretiosus Helops, nostris incognitus undis;
Ac durus Xiphias, ictu non mitior ensis:
Et pavidi magno fugientes agmine Thunni:
Parva Echeneis adest (mirum) mora puppibus ingens:
Tuque comes ratium, tractique per æquora sulci,

derolvat umbras horridas in æquor: nam quidam diverse fugiunt et accedunt. An vada viridentur ab herbis imo succrescentibus... Et objiciat moras, et obsecundet teneræ algæ. Natura instituit diverse sedes maris: nec voluit omnes pisces una permanere. Nam nonnulli *latantur alto, quales scombri, et boves, hippuri veloces, et milvi atro corio; et præclarus helops ignotus nostro mari; ac durus xiphias, non lenior ictu gladii; et thunni timidi fugientes magno agmine: exigua echeneis invenitur (mirum) mora maxima navibus: tuque comes navium, pompile, qui sectaris*

---

vir doctus intelligit *pulchrum*, vel *currum*.—88 Heins. *Non mons*.—90 Idem *Non vada*.—92 Vulg. *Oblectetque moras*.—94 Vltius legit *gaudent pelago Squali Scrombiq*.—98 Pro *Thunni* Vltii Ms. *Dunni*.—99 Idem *Parva Etheneir*: F.

NOTÆ

saxis, &c.

91 *Serviat*] Loquitur credo de herbis quibusdam algam sustinentibus; quibus impediatur rete.

Algæ] Vilis est herba, maris ejectamentum.

94 *Pelago*] Id est, profundo mari.

Scombrique] *Maquereau* dicitur nostris.

Bovesque] De his Ælianus, aliisque plurimis; quem ea de re consulere licet, si libet.

95 *Hippuri*] Ab equo, etymologia Græca, nomen accepit hic piscis, pinna a capite ad caudam, equinæ caudæ similitudine, deducta.

Milvi] Est Milvus piscis quidam, qui saltu supra mare sese attollens Milvi avis in morem videtur volare.

96 *Helops*] Delicatissimi cibi esse dicitur, quem male cum Acipensere quidam confuderunt.

97 *Xiphias*] Latine Gladius dicitur, ex cetorum genere, rostro acuto, superiore maxilla ensiformi.

98 *Thunni*] Piscis est qui mense Maio copiosissime in freto Gaditano, quo ex Occano illo tempore irrumpit, ab Hispanis capitur, et in varias terras cadis asservatus mittitur.

99 *Echeneis*] Remoram Latini dixerunt, quem piscem navibus moram afferre fabulati sunt: quanquam qui sit, et quæ ejus notæ, ab auctoribus, varia tradentibus, non definitum.

Qui semper spumas sequeris, Pompile, nitentes:
Cercyrosque ferox, scopulorum fine moratus:
Cantharus, ingratus succo: tum concolor illi
Orphas, cæruleaque rubens Erythinus in unda:
Insignis Sargusque notis, insignis et alis:
Et superaurata Sparulus cervice refulgens;
Et rutilus Pagur, et fulvi Synodontes, et ex se
Concipiens Channe, gemino fraudata parente.
Tum viridis squamis, parvo Saxatilis ore,
Et rarus Faber, et pictæ Mormyres, et auri
Chrysophrys imitata decus: tum corporis Umbræ

semper spumas albas sulci ducti per maria: et cercyros vehemens habitans oras rupium: cantharus injucundus succo: tum orphas illi concolor, et erythinus rubens in aqua cærulea: et sargus egregius maculis, et egregius alis: et sparulus splendens cervice superaurata; et pagur rutilus, et fulvi synodontes et channe concipiens ex se destituta utroque parente. Tum saxatilis viridis squamis, ore exiguo, et rarus faber, et mormyres pictæ, et chrysophrys simulans decus auri: tum umbræ corporis

Parva et Echencis, mirum.—100 Vltii Ms. *factique per æq.*—102 Idem *Cercyroesque.*—104 Alii *Erythrinus.*—109 Gesnerus legit *Tum viridis Teragus parvo*

NOTÆ

101 *Pompile*] Hic Neptuno sacer creditus, quod ad portum usque naves sequatur. Sed de his alii ex professo, quorum compilare scrinia non videtur utile.

104 *Orphas*] Cito hunc adolescere scripsit Giscaferius, ut ultra biennium vitam non proferat; quem tamen dissectum diu vivere scripsit Aristoteles.

Rubens Erythinus] Qui ideo Latinis *Rubellio* dictus.

105 *Sargusque*] Fere in Ægyptio mari nascitur, auctore Festo. Bis parere, vere et autumno dicitur, pluresque habere uxores, quarum causa certamina init.

106 *Sparulus*] Auratæ simillimum, adeo ut etiam piscatoribus imponat, rotundiore tamen, minore et magis compresso corpore, scripsit Giscaferius. Quem de his vide.

107 *Pagur*] Græcis πάγρος, seu φάγρος, a voracitate dicitur.

Synodontes] Synodus, untis, Latinis *Dentix;* cui nomen ab extantibus dentibus impositum.

Ex se concipiens] Idem tradit Plinius.

108 *Gemino fraudata*] Omnino, siquidem ex se concipiat, patrem non habebunt, matre sola nati.

110 *Faber*] Gall. *Dorée.* Romani *pesce S. Pietro.* Qui captus grunnit Suum more.

Mormyres] Hunc lineis pullis parallelis in lateribus insignem scribit Giscaferius.

111 *Chrysophrys*] Aurata est, quem cum Fabro cave confundas. Hic piscis est timidissimus, littoralis et marinus, qui æstate, mediis fervoribus capitur, aliis temporibus latet.

Umbræ] Piscis est carnivorus et solivagus, suo natatu ita oculos effugiens, ut umbra verius quam piscis intuentibus appareat.

Liventis, rapidique Lupi, Percæque, Tragique.
Quin laude insignis caudæ Melanurus, et ardens
Auratis Muræna notis, Merulæque virentes,
Immitisque suæ Conger per vulnera gentis;
Et capitis duro nociturus Scorpios ictu,
Ac nunquam æstivo conspectus sidere Glaucus.
At contra herbosa pisces laxantur arena,
Ut Scarus, epastas solus qui ruminat escas;
Fœcundumque genus Mænæ, Lamirosque, Smarisque,
Atque immunda Chromis, merito vilissima Salpa.
Atque avium dulces nidos imitata sub undis,
Et Squalus, et tenui suffusus sanguine Mullus:
Fulgentes Soleæ candore, et concolor illis
Passer, et Adriaco mirandus littore Rhombus:
Tunc Epodes lati, tum molles tergore Ranæ.
Extremi parent
*
*
*

liridi, et lupi celeres, et pereæ et tragi. Quin egregius melanurus honore caudæ, et muræna ardens maculis auratis, et merulæ virides, et congrus sævus per plagas sui generis; et scorpius offuturus duro ictu capitis, et glaucus nunquam visus sidere æstivo. At contra pisces natant in arena herbosa, ut scarus qui solus ruminat cibos absumtos, et mænæ genus fœcundum, et lamiros et smaris, atque chromis sordida, salpa jure contemtissima: atque phicis *imitata dulces nidos volucrum sub aquis, et squalus, et mullus suffusus sanguine subtili: soleæ nitentes albore, et passer concolor illis, et rhombus mirandus littore Adriaco: tum epodes lati, tum ranæ teneræ cute.*

Suxat.—115 Pro *Conger* Pithœus ex Ms. edidit *Cancer*. Vlitius reliqua emendat *suæ...per vuln. chelæ.*—116 Ciacconus legit *Et captus duro*. Multi *Scorpio jactu.*—118 Ms. Vlitii *pisces luxantur.*—119 Mss. *ruminet.*—120 Ms. Vlitii et Pithœi *Mænæ Lamyrosque:* vulg. *Menerelamirosque.*—122 Ex Plinio Vlitius emendat *Atque avium Phycis nid. &c.*—123 Alii *Et squamas tenui.*—126 Ms. Vlitii *Tunc lepores læti.*—127 Aldin. *Extremi pas**. Ms. Vlitii et Thuan.

NOTÆ

112 *Percæque*] Notissimus piscis, cujusmodi etiam in fluviis habemus, saporis jucundissimi.

113 *Insignis*] Nigricantem scripsit Oppianus.

115 *Conger*] Congrus etiam dicitur, Anguillæ non absimilis.

116 *Scorpios*] Venenatus est ejus ictus.

117 *Æstivo*] Canicula, scilicet.

118 *Laxantur*] Id est, in illa arena soluti vivunt.

122 *Dulces*] Vide clariss. Heinsii notas.

124 *Soleæ*] Gall. *Sole*, Piscis cibi notissimi et delicatissimi.

125 *Mirandus*] Quia figura *romboide*, seu quatuor laterum.

Lubricus et spina nocuus non Gobius ulla,
Et nigrum niveo portans in corpore virus
Loligo, durique Sues, sinuosaque Caris:
Et tam deformi non dignus nomine Asellus:
Tuque peregrinis, Acipenser, nobilis undis.
* * * * * *

Ultimi parent... Lubricus gobius et nulla spina nocens, et loligo gestans virus atrum in corpore candido, et duri sues, et caris sinuosa: et asellus immeritus nomen tam turpe: et tu, acipenser, præcellens in aquis peregrinis.

pareuc.* A. *parcus.*—130 *dirique sues* passim citat Gesnerus. Multi *sinuosaque Ces*.* unde conj. alii *Cestra;* alii *Thressa;* alii *serpens:* libri scripti *Caris.*

NOTÆ

128 *Gobius*] *Gouion* Gall. suavissimi cibi pisciculus, etiam fluviatilis.

129 *Virus*] Nigrum dicit sanguinem; quem atramentum vocant.

130 *Loligo*] Piscis est, cujus generis, ut scribit Plinius, tanta multitudine mari evolant, ut navigia submergant.

131 *Asellus*] *Merlue* dicitur Gallis.

132 *Acipenser*] Sturio etiam dicitur, Gall. *Esturgeon*, jucundissimi saporis cibus.

Nobilis] Quia non tam grati saporis qui ad hæc nostra maria adnatant, quam quos forte apud Pontum gustaverat Poëta.

EPICEDION

DRUSI CÆSARIS,

ET

NUX, ELEGIA,

QUÆ OVIDIO DUBIE ASCRIBUNTUR.

A. SABINI

EPISTOLÆ TRES,

QUÆ

PENELOPÆ, PHYLLIDI, ET ŒNONÆ NASONIANIS RESPONDENT.

INCERTI AUCTORIS

CONSOLATIO

AD

LIVIAM AUGUSTAM,

DE

MORTE DRUSI NERONIS,

FILII EJUS,

QUI IN

GERMANIA MORBO PERIIT.

Visa diu felix, mater modo dicta Neronum,
  Jam tibi dimidium nominis hujus abest.
Jam legis in Drusum miserabile, Livia, carmen.
  Unum, qui dicat jam tibi, Mater, habes.
Nec tua te pietas distendit amore duorum:
  Nec posito filî nomine, dicis; Uter?
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
  Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?
Hei mihi, quam facile est (quamvis hic contigit omnes)
  Alterius luctu fortia verba loqui!

2 Scaligeri, Pithœi, Mycilli, et Bersmanni Edd. *adest*, ut et veteres: sed jam Pithœus restituit *abest*.—5 Heins. *se pietas*. Quædam editiones *amore*

Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu;
Fortior ut possis cladibus esse tuis.
Occidit exemplum juvenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes,
Et titulum belli dux, duce fratre, tulit.
Ille genus Suevos acre, indomitosque Sygambros
Contudit, inque fugam barbara terga dedit:
Ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum;
Protulit in terras imperiumque novas.
Solvere vota Jovi, fatorum ignara tuorum,
Mater, et armiferæ solvere vota Deæ,
Gradivumque patrem donis implere parabas;
Et quoscumque coli jusque piumque Deos.
Maternaque sacros agitabas mente triumphos:
Forsitan et curæ jam tibi currus erat.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,
Et tumulus Drusum pro Jovis arce manet.
Fingebas reducem; præceptaque mente fovebas
Gaudia; et ante oculos jam tibi victor erat.
Jam veniet: jam me gratantem turba videbit:
Jam mihi pro Druso dona ferenda meo.
Obvia progrediar, felixque per oppida dicar;
Collaque et hoc oculos illius ore premam.
Talis erit: sic occurret: sic oscula junget:
Hoc mihi narrabit: sic prior ipsa loquar.
Gaudia vana foves: spem pone, miserrima, falsam.
Desine de Druso læta referre tuo.
Cæsaris illud opus, voti pars altera vestri,
Occidit. Indignas, Livia, solve comas.
Quid tibi nunc mores prosunt, actumque pudice
Omne ævum, et tanto tam placuisse viro?

---

tuorum.—6 Francius volebat *quæris, Uter.*—13 Med. *memorabile morum.*—21 Alii *coli est:* sed *est* abest a vett. Edd.—29 Vulg. *perceptaque:* Francius *præcerptaque* præferebat.—34 Vulg. *Collaque et os oculosque:* libri scripti cum priscis edd. partim *osque oculosque,* partim *os oculos;* unde Heins. *hos oculos,* vel *hoc oculos.*—37 Alii *gaudia magna.*—39 Plurimi *veluti pars altera:* Heins.

* Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum, *
Ultima sit laudes inter ut illa tuas?
Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum;
Altius et vitiis exeruisse caput?
Nec nocuisse ulli, et fortunam habuisse nocendi?
Nec quenquam nervos extimuisse tuos?
Nec vires errasse tuas Campoque Foroque;
Quamque libet citra constituisse domum?
Nempe per hos etiam Fortunæ injuria mores
Regnat; et incerta est hic quoque nixa rota.
Hic quoque sentitur: ne quid non improba carpat,
Sævit; et injustum jus sibi ubique facit.
Scilicet immunis si luctus una fuisset
Livia, Fortunæ regna minora forent?
Quid? si non habitu sic se gessisset in omni,
Ut sua non essent invidiosa bona?
Cæsaris adde domum: quæ certe, funeris expers,
Debuit humanis altior esse malis.
Ille vigil, summa sacer ille locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
Nec fleri ipse suis, nec quenquam flere suorum;
Nec, quæ nos patimur vulgus, et ipse pati.
Vidimus erepta mœrentem stirpe Sororis.
Luctus, ut in Druso, publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro:
Et cepit generos jam locus ille duos.
Vix posito Agrippa tumuli bene janua clausa est:
Perficit officium funeris, ecce, soror.
Ecce, ter ante datis, jactura novissima, Drusus
A magno lacrymas Cæsare quartus habet.
Claudite jam, Parcæ, nimium reserata sepulcra;
Claudite: plus justo jam domus ista patet.

---

castigat *voti*.—42 Edd. priscæ *jam placuisse*.—43 *Meruisse* pro *inviolata* quidam Mss.—50 Pro *quamque* Pithœus vult *quaque:* Heins. quoque *contimuisse modum*.—52 Edd. priores *regnet*.—53 Heins. *neu quid*.—54 Idem quoque *iniqua facit*.—61 *Sacer ipse* Edd. priscæ cum membranis. Heins. vult *summa patriæ ille loc*.—70 Lipsius legit *Percipit officium*.—75 Pro *incassum* pr. Ed.

Cedis ; et incassum tua nomina, Druse, levantur.
Ultima sit fati hæc summa querela tui.
Iste potest implere dolor vel sæcula tota,
Et magni luctus obtinuisse locum.
Multi in te amissi : nec, cui tot turba bonorum,
Omnis cui virtus contigit, unus eras.
Nec genitrice tua fœcundior ulla parentum :
Tot bona per partus quæ dedit una duos.
Heu ! par illud ubi est, totidem virtutibus æquum ?
Et concors pietas, nec dubitatus amor ?
Vidimus, attonitum fraterna morte, Neronem
Squalida promissa flere per ora coma,
Dissimilemque sui, vultu profitente dolorem :
Hei mihi, quam toto luctus in ore fuit ?
Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidisti : lacrymas vidit et ille tuas.
Affigique suis moriens tua pectora sensit,
Et tenuit vultu lumina fixa tuo :
Lumina, cœrulea jam jamque natantia morte,
Lumina, fraternas jam subitura manus.
At miseranda parens suprema neque oscula fixit,
Frigida nec fovit membra tremente sinu.
Non animam apposito fugientem excepit hiatu ;
Nec traxit cæsas per tua membra comas.
Raptus et absenti, dum te fera bella morantur,
Utilior patriæ, quam tibi, Druse, tuæ.
Liquitur ; ut quondam, Zephyris et solibus ictæ
Solvuntur teneræ, vere tepente, nives.
Te queritur, casusque malos, irrisaque tales, *
Accusatque annos, ut diuturna, suos.

---

in longum.—79 Heins. scribit *nec cui tot turba* ex variis Lectionibus Johannis Rutgersii ; vulg. *nec tu tot verba.* Scaliger legebat *nam cui tot turba.*—82 Pro *quæ dedit* Heins. *edidit.*—86 Vulg. *Pallida promissa.* In ed. Veneta *permissa.*—87 Pro *dolorem* Heins. *colorem.*—88 Alii *in orbe fuit.*—91 Heins. malebat *Affligique ;* quia *lumina fixa* sequitur.—93 In prior. Edd. *jam jam nutantia.*—95 Duæ Edd. *oscula fregit :* Heins. conj. *legit.*—96 Vulg. *Frig. nec movit :* at Heins. aliique *fovit.*—98 Med. *cæsas :* vulg. *cæcas.*—103 Locus, ut critici putant corruptus et mendosus. Combianus liber *casusque etiam derisa malignos :* Heins. vult *casusque malos, irrisaque vota :* Cuperus *irrisuque tabet.* Gangræus

Talis in umbrosis, mitis nunc denique, sylvis
Deflet Threicium Daulias ales Ityn:
Halcyonum tales ventosa per æquora questus
Ad surdas tenui voce sonantur aquas.
Sic plumosa novis plangentes pectora pennis
Œniden subitæ concinuistis aves.
Sic flevit Clymene; sic et Clymeneides, alte
Cum juvenis patriis excidit ictus equis.
Congelat interdum lacrymas, duratque, tenetque,
Suspensasque oculus fortior intus agit.
Erumpunt, iterumque gravant gremiumque sinusque,
Effusæ gravidis uberibusque genis.
In vires abiit flendi mora: plenior unda
Defluit, exigua si qua retenta mora.
Tandem, ubi per lacrymas licuit, sic flebilis orsa est,
Singultu medios impediente sonos.
Nate, brevis fructus, duplicis sors altera partus,
Gloria confectæ, nate, parentis, ubi es?
Sed neque jam duplicis, neque jam sors altera, partus,
Gloria confectæ nunc quoque matris, ubi es?
Heu! modo tantus, ubi es? tumulo portaris et igni.
Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæsaris Uxori si talia dicere fas est;
Jam dubito, magnos an rear esse Deos.
Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,
Quos ego non potui demeruisse Deos?
Hic pietatis honos? artus amplector inanes.
Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

---

ad Juv. x. 251. hunc versum citat hoc modo: *Te quer. casusque malos invisaque fata:* Roverius maluit *irrisaque clamat.* Alii aliter.—111 Vulg. *alto:* Rutgersius *altæ;* at libri scripti *alte.*—114 Vulg. *oculis fortior ictus.*—115 Pro *gravant* Burm. vult *lavant.* Edd. priores *gemitumque sinumque:* Bersman. *fremitumque.*—119 *Sed flebilis* Scalig. Pithœi aliæque edd.—122 Edd. vett. *Gloria conspectæ.*—125 Mss. Combii *Qui modo tantus eras:* Heins. conj. *Heu modo quantus ubi es?*—132 Idem, *Quos ego non fovi, demeruique Deos.*—134 Libri vett. *Evocat hos ipsos.* Vulg. quoque *rogusque suus;* at Rutgersius *suos:* Com-

Tene ego sustineo positum scelerata videre?
Tene meæ poterunt ungere, nate, manus?
Nunc ego te infelix summum teneoque tuorque?
Effingoque manus? oraque ad ora fero?
Nunc primum aspiceris consul victorque parenti?
Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?
Quos primum vidi fasces, in funere vidi:
Et vidi eversos, indiciumque mali.
Quis credat? matri lux hæc mœstissima venit,
Qua natum in summo vidit honore suum.
Jamne ego non felix? jam pars mihi rapta Neronum,
Materni celeber nomine Drusus avi?
Jamne meus non est, nec me facit ille parentem?
Jamne fui Drusi mater? et ipse fuit?
Nec cum victorem referetur adesse Neronem,
Dicere jam potero, Major, an alter, adest?
Ultima contigimus: jus matris habemus ab uno.
Unius est munus, quod tamen orba negor.
Me miseram! extimui, frigusque per ossa cucurrit.
Nil ego jam possum certa vocare meum.
Hic meus ecce fuit: jubet hic de fratre vereri.
Omnia jam metuo: fortior ante fui.
Sospite te saltem moriar, Nero, tu mea condas
Lumina, et excipias hanc animam ore pio.
Atque utinam Drusi manus altera, et altera fratris,
Formarent oculos, comprimerentque, meos!
Quod licet, hoc certe tumulo ponemur in uno,
Druse: neque ad veteres conditus ibis avos.
Miscebor cinerique cinis, atque ossibus ossa.
Hanc lucem celeri turbine Parca neat!
Hæc et plura refert: lacrymæ sua verba sequuntur,
Oraque nequicquam per modo questa fluunt.

bii Liber *sinus*.—138 Alii *Affigoque manus*.—141 Meliores *Quos*: Rutgersius *Quum*: edd. priscæ *Quo*.—142 Multi volunt *inversos*; Heins. *Sed vidi aversos*.—143 *Mœstissima* ed. postrema Aldi: vulgo *carissima*.—144 *Quæ natum* ed. Bersman.—146 Ed. Gryphii minor *Materno celeber*.—147 Heins. *nec me vocat*.—149 Vett. *referetur*: vulg. *referatur*.—161 Heins. scribendum putat *o certe*.

Quin etiam corpus, matri vix vixque remissum,
Exequiis caruit, Livia, pæne suis.
Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,
Inter quæ periit, ponere certus erat.
Abstulit invitis corpus venerabile Frater;
Et Drusum patriæ, quod licuitque, dedit.
Funera ducuntur Romana per oppida Drusi;
(Heu facinus!) per quæ victor iturus erat.
Per quæ deletis Rhætorum venerat armis.
Hei mihi, quam dispar huic fuit illud iter!
Consul init fractis mœrentem fascibus Urbem.
Quid faceret victus, sic ubi victor init?
Mœsta domus plangore sonat, cui figere lætus
Parta sua dominus voverat arma manu.
Urbs gemit, et vultum miserabilis induit unum;
Gentibus adversis forma sit illa, precor!
Incerti clauduntque domos, strepitantque per urbem;
Hic illic pavidi clamque palamque dolent.
Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges:
Aspicitur toto purpura nulla foro.
Dique latent templis: neque iniqua ad funera vultus
Præbent: nec poscunt thura ferenda rogo.
Obscuros delubra tenent: pudet ora colentum
Aspicere, invidiæ, quam meruere, metu.
Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
Sustulerat timidas sidera ad alta manus:
Jamque precaturus, Quid ego autem credulus, inquit,
Suscipiam in nullos irrita vota Deos?
Livia, non illos pro Druso Livia movit.
Nos crimus magno maxima cura Jovi?

—168 Alii *pæne tuis.*—170 Rutgers. *Inter quæ periit:* vulg. *Inter quæque ruit:* nonnulli vett. *Inter quæque ruens.*—172 Vulg. *Et Drusum prunæ:* sed plerique veteres *primæ;* nisi quod Combianus cum duabus vetustis Edd. *patriæ.* Francius item legebat *quem licuitque.*—177 Vett. nonnulli *Consul init;* at vulg. *Consuluit.* Norisius ad Cenotaph. Pisan. Dissert. III. c. 2. legit *Cum subiit.*—184 Vett. Edd. *Hic illi.*—185 Pro *tacent* Heins. et Francius malebant *jacent;* ut illud Metam. I. 149. *Victa jacet pietas.*—187 Francius, *Di latitant.*—

Dixit: et iratus vota insuscepta reliquit;
  Duravitque animum, destituitque preces.
Obvia turba ruit: lacrymisque rigantibus ora
  Consulis erepti publica damna refert.
Omnibus îdem oculi; par est concordia flendi.
  Funeris exequiis adsumus omnis Eques.
Omnis adest ætas: mœrent juvenesque senesque;
  Ausoniæ matres, Ausoniæque nurus.
Auctorisque sui præfertur imagine mœsta,
  Quæ victrix templis debita laurus erat.
Certat onus lecti generosa subire juventus:
  Et studet officio sedula colla dare.
Et voce et lacrymis laudasti, Cæsar, alumnum;
  Tristia cum medius rumperet orsa dolor.
Tu letum optasti, Dis aversantibus omen,
  Par tibi: si sinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur cœlum: te, fulmine pollens,
  Accipiet cupidi regia magna Jovis.
Quod petiit, tulit ille; tibi ut sua facta placerent:
  Magnaque laudatus præmia mortis habet.
Armatæque rogum celebrant de more cohortes:
  Et pedes exequias reddit equesque duci.
Te clamore vocant iterumque iterumque supremo.
  At vox adversis collibus icta redit.
Ipse pater flavis Tiberinus inhorruit undis:
  Sustulit et medio nubilus amne caput.
Tum salice implexum, muscoque et arundine, crinem
  Cœruleo magna legit ab ore manu:
Uberibusque oculis lacrymarum flumina misit:
  Vix capit adjectas alveus altus aquas.

---

193 Plerique vett. *ego autem:* vulg. *ego jam.*—207 Vulg. *Certat onus luctu:* unus vetus liber, et Naugerius *lecti.*—210 Duo Mss. *ora dolor:* totidem alii et pr. Ed. *ossa dolor;* alii *orso.*—212 Heins. *Par sibi.*—215 Vulg. *Quid petiit? vult ille:* libri veteres *Quod petiit.* Nostra lectio placet Heinsio, quam et habet Naugerius cum uno antiquo cod. Lipsius, *Quod petii, tulit ille.* Pro *placerent* Burm. Sec. vult *probaret.*—218 Pithœus, *Ac pedes;* libri vett. *Ast;* quidam *At.*—221 Vulg. *adhorruit undis;* tres libri *abhorruit;* unus *inhorruit.*—222 *Et medio* priscæ edd. vulg. *e medio:* Combianus, *Et tulit e medio;* Heins. *Extulit et med.*—224 Plurimi edd. *Cærulea,* nam habent distinctionem post

Jamque rogi flammas extinguere fluminis ictu,
Corpus et intactum tollere, certus erat.
Sustentabat aquas, cursusque inhibebat equorum,
Ut posset toto proluere amne rogum.
Sed Mavors templo vicinus, et accola Campi,
Tot dixit siccis verba nec ipse genis:
Quanquam amnes decet ira; tamen, Tiberine, quiescas:
Non tibi, non ullis, vincere fata datur.
Iste meus periit: periit arma inter et enses:
Et dux pro patria: funere causa latet.
Quod potui tribuisse, dedi: victoria parta est.
Auctor abît operis, sed tamen extat opus.
Quondam ego tentavi Clothoque duasque sorores,
Pollice quæ certo pensa severa trahunt,
Ut Remus Iliades et frater conditor Urbis
Effugerent aliqua stagna profunda via.
De tribus una mihi, Partem accipe, quæ datur, inquit,
Muneris: ex istis, quod petis, alter erit.
Hic tibi; mox Veneri Cæsar promissus uterque.
Hos debet solos Martia Roma Deos.
Sic cecinere Deæ: nec tu, Tiberine, repugna,
Irrite; nec flammas amne morare tuo.
Nec juvenis positi supremos destrue honores.
Vade age, et admissis labere pronus aquis.
Paret: et in longum spatiosas explicat undas;
Structaque pendenti pumice tecta subit.
Flamma diu cunctata caput contingere sanctum,
Erravit posito lenta sub usque toro.
Tandem ubi complexa est sylvas, alimentaque sumsit,
Æthera subjectis lambit et astra comis.

---

crinem: vulg. *Cæruleum.*—226 Conj. Heins. *alveus arctus;* Burm. *amplus.*—227 Rutgers. *fluminis auctu;* Heins. *actu;* Francius, *unda.*—229 Conj. Heins. *Sustentabat utrox—inhibebat in æquor:* unus liber vetus, *inhib. aquarum.*—234 Vett. libri *non nullis;* Heins. *aliis,* vel *ulli.*—235 Vulg. *periitque arma.*—236 Scaliger, *Et lux proh! patriæ funere clausa latet.* Omnes vett. *funera:* unus etiam *patriæ;* unde Heins. *Et lux proh! patriæ lumine cassa latet.* Burm. vult *causa patet.*—240 Vett. edd. *Impia quæ certo pollice pensa trahunt.*—248 Vulg. *Irrita.*—250 *et immissis* veteres omnes.—252 Edd. vett. *Strictaque.*—254 Vett. *sibi usque;* pro quo Heins. *subitque,* monente Lipsio: *subitque*

Qualis in Herculeæ colluxit collibus Œtæ,
Cum sunt imposito membra cremata Deo.
Uritur heu decor ille viri, generosaque forma,
Et faciles vultus; uritur ille vigor!
Victricesque manus, facundaque principis ora,
Pectoraque, ingenii magna capaxque domus!
Spes quoque multorum flammis uruntur in ĭsdem.
Iste rogus miseræ viscera matris habet.
Facta ducis vivent, operosaque gloria rerum.
Hæc manet: hæc avidos effugit una rogos.
Pars erit historiæ, totoque legetur in ævo:
Seque opus ingeniis carminibusque dabit.
Stabis et in rostris tituli speciosus honore;
Causaque dicemur nos tibi, Druse, necis.
At tibi jus veniæ superest, Germania, nullum.
Postmodo tu pœnas, barbare, morte dabis.
Aspiciam regum liventia colla catenis;
Duraque per sævas vincula nexa manus:
Et tandem trepidos vultus: inque illa ferocum
Invitis lacrymas decidere ora genis.
Spiritus ille minax, et Drusi morte superbus,
Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
Consistam, lætisque oculis, lentusque videbo
Strata per obscœnas corpora nuda vias.
Hunc Aurora diem, spectacula tanta ferentem,
Quam primum croceis roscida portet equis.
Adjice Ledæos, concordia sidera, fratres;
Templaque Romano conspicienda foro.
Quam parvo numeros implevit principis ævo,
In patriam meritis occubuitque senex!
Nec sua conspiciet (miserum me!) munera Drusus,
Nec sua pro templi nomina fronte leget.

Pithœi, et aliæ edd.—260 Plurimæ edd. *Et facilis:* Francius, *graciles.*—272 Heins. *barbara, morte.*—274 Francius, *per servas.*—275 *Intrepidos vultus* Cod. Bersmanni.—289 Pro *lentusque* vulg. *lætusque:* Heins. vult *lentisque oculis lætisque.*—282 Multæ edd. *rosida portet.*—288 Unus Heins. *pro templi:*

Sæpe Nero, illacrymans, submissa voce loquetur:
Cur adeo fratres, heu sine fratre, Deos?
Certus eras nunquam, nisi victor, Druse, reverti.
Hæc te debuerant tempora: victor eras.
Consule nos, duce nos, duce jam victore, caremus:
Invenit en tota mœror in urbe locum.
At comitum squalent immissis ora capillis,
Infelix, Druso sed pia turba suo.
Quorum aliquis, tendens in te sua brachia, dixit:
Cur sine me, cur sic incomitatus abis?
Quid referam de te, dignissima conjuge Druso,
Atque eadem Drusi digna parente nurus?
Par bene compositum; juvenum fortissimus alter,
Altera tam forti mutua cura viro.
Fœmina tu princeps; tu filia Cæsaris: illi
Nec minor es magni conjuge visa Jovis.
Tu concessus amor, tu solus et ultimus illi,
Tu requies fesso grata laboris eras.
Te moriens, per verba novissima, questus abesse:
Et mota in nomen frigida lingua tuum.
Infelix recipis, non quem promiserat ipse:
Nec qui missus erat: nec tuus ille redit.
Nec tibi deletos poterit narrare Sygambros,
Ensibus et Suevos terga dedisse suis.
Fluminaque, et montes, et nomina magna locorum:
Et si quid miri vidit in orbe novo.
Frigidus ille tibi, corpusque refertur inane:
Quemque premat sine te, sternitur ecce torus.
Quo raperis, laniata comas, similisque furenti?
Quo ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache, cum vir religatus ad axem
Terruit admissos sanguinolentus equos.

vulg. *præ templi.*—289 Alii *Nero in lacrymas.*—290 Scaliger, *Cur adeo, frater, heu sine fratre tuo es?*—294 Vulg *in tota:* Mycillus *hic tota:* Med. *et tota;* sic et Scal. Alii legunt *Invenit tota;* vel etiam *Invenis in tota.*—302 Heins. vult *tam forti.*—304 Scalig. *Nec minor et.* Vulg. etiam *jussa Jovis.*—305 Burm. vult *confessus amor.*—308 Francius *ad nomen.*—314 Idem *Et quicquid.*—

Hoc fuit Evadne, tunc cum ferienda coruscis
  Fulminibus Capaneus impavida ora dedit.
Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexaque natos,
  Pignora de Druso sola relicta tenes?
Et modo per somnos agitaris imagine falsa,
  Teque tuo Drusum credis habere sinu?
Et subito tentasque manu, sperasque receptum;
  Quæris et in vacui parte priore tori?
Ille pio (si non temere hæc creduntur) in arvo
  Inter honoratos excipietur avos.
Magnaque maternis majoribus, æqua paternis
  Gloria, quadrijugis aureus ibit equis:
Regalique habitu, curruque superbus eburno,
  Fronde triumphali tempora vinctus erit.
Accipient juvenem Germanica signa ferentem
  Consulis imperio conspicuumque decus.
Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis;
  Quod solum domito victor ab hoste tulit.
Vix credent tantum rerum cepisse tot annos.
  Magna viri latum quærere facta locum.
Hæc ipsum sublime ferent: hæc, optima mater,
  Debuerant luctus attenuare tuos.
Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,
  Principibus natis, principe digna viro.
Quid deceat Drusi matrem, matremque Neronis,
  Aspice: quo surgas, aspice, mane toro.
Non eadem vulgusque decent, et lumina rerum.
  Est quod præcipuum debeat ista domus.
Imposuit te alto Fortuna, locumque tueri
  Jussit honoratum, Livia: perfer onus.
Ad te oculos, auresque trahis: tua facta notamus.
  Nec vox missa potest principis ore tegi.
Alta mane; supraque tuos exsurge dolores:
  Infragilemque animum, quod potes, usque tene.

---

319 Priores edd. *ad axes.*—321 Prima Ed. *furibunda coruscis:* Heins. *feriunda.* —338 Heins. cum vet. libro *Quod solus.*—347 Burm. conj. *culmina rerum.*—349 Libri vett. *alte fort.* Vulg. etiam *locumque teneri;* sed Combianus priscæque

An melius per te virtutum exempla petemus,
Quam si Romanæ principis edis opus ?
Fata manent omnes : omnes expectat avarus
Portitor : et turbæ vix satis una ratis.
Tendimus huc omnes : metam properamus ad unam :
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Ecce necem intentam cœlo, terræque, fretoque,
Casurumque triplex vaticinantur opus.
I nunc, et, rebus tanta impendente ruina,
In te solam oculos et tua damna refer.
Maximus ille quidem juvenum, spes publica vixit ;
Et, qua natus erat, gloria summa domus.
Sed mortalis erat : nec tu secura fuisti,
Fortia progenie bella gerente tua.
Vita data est utenda : data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.
Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis.
Illa rapit juvenes : sustinet illa senes.
Quaque ruit, furibunda ruit : totumque per orbem
Fulminat, et cæcis cæca triumphat equis.
Regna Deæ immitis parce irritare querendo :
Solicitare animos parce potentis heræ.
Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore venit,
Sæpe eadem rebus favit amica tuis.
Nata quod en alte es, quod fœtibus aucta duobus ;
Quodque etiam magno consociata Jovi :
Quod semper domito rediit tibi Cæsar ab orbe,
Gessit et invicta prospera bella manu :
Quod spes implerunt maternaque vota Nerones ;
Quod pulsus toties hostis utroque duce.
Rhenus, et Alpinæ valles, et sanguine nigro
Decolor infecta testis Itargus aqua.

Edd. *tueri*.—354 Vulg. *quo potes*.—356 Vetustæ edd. *Quin tu Rom*.—357 Heins. pro *avarus* conj. *Avernus*.—361 Alii *necem in tantam*.—362 Scalig. *Causarumque...vaticinatur*, et sic quidem multi alii.—367 Vett. plerique *mortalis erit :* Heins. *enim*.—371 Vulg. *dispens. ubique :* vett. nonnulli *inique ;* Heins. emendat *iniquis*.—372 Vulg. *sustulit illa*.—379 Plerique *quod es alte ;* alii *alte es :*

Danubiusque rapax, et Dacius orbe remoto
  * Apulus huic hosti perbreve Pontus iter:
Armeniusque fugax, et tandem Dalmata supplex,
  Summaque dispersi per juga Pannonii:
Et modo Germanus Romanis cognitus orbis.
  Aspice quot meritis culpa sit una minor.
Adde quod est absens functus: nec cernere nati
  Semineces oculos sustinuere tui.
Quique dolor menti lenissimus influit ægræ,
  Accipere es luctus aure coacta tuos.
Prævertitque metus per longa pericula luctum;
  Tu quibus auditis anxia mentis eras.
Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,
  Sed per mollitos ante timore gradus.
Jupiter ante dedit fati mala signa cruenti,
  Flammifera petiit cum tria templa manu:
[Junonisque gravi nocte impavidæque Minervæ,
  Sanctaque et immensi Cæsaris icta domus.]
Sidera quin etiam cœlo fugisse feruntur;
  Lucifer et solitas destituisse vias.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe,
  Et venit stella non præcunte dies.
Sideris hoc obitus terris instare monebat;
  Et mergi Stygia nobile lumen aqua.
At tu, qui superes mœstæ solatia matri,
  Comprecor, illi ipsi conspiciare senex.
Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque;
  Et vivat nato cum sene mater anus.

Bersmannus edidit *quod est alte.*—386 Mycillus conj. *testis it Albis.*—387 *Rapax* est in Combiano et duabus vetustis edd. vulg. *capax.*—388 Burm. conj. *Angulus: hinc h. p. pontis iter.*—391 Vulg. *modo Germani;* Med. *Germanus.* Burm. Sec. etiam vult *Romano cogn.*—392 Heins. emend. *quot;* vulg. *quam.*—393 Med. et Combianus *functus;* plurimi *fætus.*—395 Vulg. *Qui dolor et menti. Levissimus* etiam Pith. et Scalig. edd.—396 Rutgersius, veteresque libri *Accipere es;* vulg. *acciperes:* ed. minor Gryphii *Accipis en luctus.*—403 Combii Cod. *Junonisque Grais notæ;* primæ edd. *gradus note.* Cuperus totum locum ita refingit: *Flammifera petiit cum sua templa manu, Junonisque gravis, doctæ impavidæque Minervæ, Sanctaque divini Cæsaris icta domus.* Burm. conj. *Junonisque gravi castæ, impavidæque Minervæ, Signaque divini Cæsaris, icta manu.*—409 Francius malebat *Sideris hic obitum;* Burm. conj. *hunc obitus.*—410 Vulg. *numen aqua.*

Eventura precor. Deus excusare priora
Dum volet; a Druso cetera læta dabit.
Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori:
Longius ut nolis, heu male fortis, ali. *
Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,
Obtulit invitæ cum tibi Cæsar opem:
Admovitque preces, et jus immiscuit illis:
Aridaque affusa guttura tinxit aqua.
Nec minor est nato servandæ cura parentis:
Hic adhibet blandas, nec sine jure, preces.
Conjugis et nati meritum pervenit ad omnes:
Conjugis et nati, Livia, sospes ope es.
Supprime jam lacrymas: non est revocabilis istis,
Quem semel umbrifera navita lintre tulit.
Hectora tot fratres, tot deflevere sorores;
Et pater, et conjux, Astyanaxque puer,
Et longæva parens: tamen ille redemtus ad ignes
Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.
Contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles
Iliaca ambustis ossibus arva premit.
Illi cœruleum Panope matertera crinem
Solvit, et immensas fletibus auxit aquas.
Consortesque Deæ centum, longævaque magni
Oceani conjux, Oceanusque pater;
Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipsa, neque omnes
Mutarunt avidi tristia jura Dei.
Prisca quid huc repeto? Marcellum Octavia flevit,
Et flevit populo Cæsar utrumque palam.
Sed rigidum jus est, et inevitabile mortis.
Stant rata, non ulla fila renenda manu.
Ipse tibi emissus nebulosi littore Averni,
Si liceat, forti verba tot ore sonet:

—415 *Et ventura* priscæ edd. cum Pith. et Scalig.—417 Heins. vult *usque*, vel *ora potes*. Burm. ita refingit, *ausa fores tantum i. d. L. u. nolles, &c.* ubi *fores* pro *fuisses*.—419 Combianus liber *Quin etiam*. Mycillus quoque pro *fueras* vult *fueris*.—423 *Servandæ* Combianus et prim. edd. *servandi* vulg.—441 Med. *quid hæc repeto?*—444 Vulg. *fila tenenda*.—445 Roverius malebat

Quid numeras annos? vixi maturior annis.
Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.
His ævum fuit implendum, non segnibus annis.
Hostibus eveniat longa senecta meis.
Hoc atavi monuere mei, proavique Nerones.
Fregerunt ambo Punica bella duces.
Hoc domus ista docet, per te mea, Cæsaris alti.
Exitus hic, mater, debuit esse meus.
Nec meritis (quanquam illa juvant magis) abfuit illis,
Mater, honos: titulis nomina plena vides.
Consul, et ignoti victor Germanicus orbis,
(Cui fuit heu! mortis publica causa) legor.
Cingor Apollinea victricia tempora lauro,
Et sensi exequias funeris ipse mei.
Decursusque virum notos mihi, donaque Regum,
Cunctaque per titulos oppida lecta suos.
Et quo me officio portaverit illa juventus,
Quæ fuit ante meum tam generosa torum.
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Emerui, lacrymas elicuique Deo.
Et cuiquam miserandus ero? jam comprime fletus.
Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.
Hæc sentit Drusus, si quid modo sentit in umbra.
Nec tu de tanto crede minora viro.
Est tibi, sitque precor, multorum filius instar:
Parsque tui partus sit tibi salva prior.
Est conjux, tutela hominum: quo sospite vestram,
Livia, funestam dedecet esse domum.

---

emensus nebulosum littus; nam vulg. *emissus nebulosum littus.* Med. et Combianus cum pr. Ed. *nebulosi in littore:* Heins. tollit *in:* vel conj. *nebuloso litt,*—446 Edd. priores *Sic liceat.*—450 Vulg. *senecta metu;* Heins. emendat *meis,* Scaligero etiam probante.—455 Gronovii est emendatio. Alii *meritis quenquam* vel *quicquam: ulla* pro *illa: affuit* vel *obfuit* pro *abfuit;* Lipsius citat *affluit illis.*—456 Burm. vult *omnia plena.*—458 Vulg. *Qui fuit;* Mycillus *Quæ fuit;* Heins. emendat *Cui.*—462 Idem *Victaque p. t. o. lata* a ferendo.—464 Idem conj. *Quæ subiere meum.*—466 Vulg. *Et merui.*—469 Heins. malebat *in umbris.* Burm. Sec. *si quid modo sentiat umbra.*—472 Heins. *it tibi salva:* Francius, *est tibi.*

NUX,

ELEGIA.

Sunt qui asserant, hoc quoque opusculum de Nuce falso ascribi Nasoni. Ego vero, ipsius, non alterius Poëtæ partum esse asseverarim: quod ex dicendi charactere quivis vel mediocriter eruditus deprehendere poterit. Sed (ut ad opusculi ipsius argumentum deveniam) inducit Poëta arborem nucem, quæ in publica via stabat, conquerentem, quod a transeuntibus et viatoribus frequenter saxis feriatur. Et ab hac Nucis querela occasione capta, latenter carpit sui temporis avaritiam ac luxuriam, antiquorumque laudat severitatem et continentiam.

Nux ego juncta viæ, cum sim sine crimine vitæ,
  A populo saxis prætereunte petor.
Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,
  Publica cum lentam non capit ira moram.
Nil ego peccavi: nisi si peccasse vocatur,
  Annua cultori poma referre suo.
At prius arboribus, tum cum meliora fuere
  Tempora, certamen fertilitatis erat.

Ego nux proxima viæ, cum sim sine probro vitæ, appetor lapidibus a plebe transeunte. Hoc supplicium solet opprimere noxios deprehensos, cum publica ira non patitur tardam moram. Ego in nulla re deliqui: nisi si deliquisse dicatur, reddere poma annua suo cultori. At quondam contentio erat de fœcunditate inter arbores,

5 Alii *peccare.* Pro *vocatur* alii *videtur*, vel *fatemur*, vel *fatetur:* R. *vocetur.*

NOTÆ

3 *Obruere*] Obruitur proprie qui vi, subito, multitudine opprimitur.

4 *Lentam*] Qualem esse oportet, si ad judices noxius damnandus trahatur.

Capit] Pro *fert*, eleganter.

Cum domini memores sertis ornare solebant
  Agricolas, fructu proveniente, Deos.
Sæpe tuas igitur, Liber, miratus es uvas:
  Mirata est oleas sæpe Minerva suas.
Pomaque læsissent matrem; ni subdita ramo
  Longa laboranti furca tulisset opem.
Quin etiam exemplo pariebat fœmina nostro;
  Nullaque non illo tempore mater erat.
At postquam platanis, sterilem præbentibus umbram,
  Uberior quavis arbore venit honos;
Nos quoque frugiferæ (si nux modo ponor in illis)
  Cœpimus in patulas luxuriare comas.
Nunc neque continuos nascuntur poma per annos:
  Uvaque læsa domum, læsaque bacca venit.
Nunc uterum vitiat, quæ vult formosa videri:
  Raraque in hoc ævo est, quæ velit esse parens.

tum cum tempora fuerunt feliciora. Cum possessores grati solebant decorare corollis Deos agricolas, et fructu nascente. Ergo, Bacche, admiratus es sæpe racemos tuos: Minerva admirata est suas oleas. Poma quoque offendissent matrem, nisi furca longa supposita ramo succumbenti tulisset auxilium. Quin etiam fœmina partus edebat nostro exemplo; et nulla non erat mater illa tempestate. At postquam major honor accessit platanis exhibentibus umbram infœcundam quam ulli arbori; nos etiam fructiferæ, (si nux modo numeror in illis,) cœpimus diffluere in frondes patulas. Nunc neque poma gignuntur per annos assiduos: et ura extenuata fertur domum, et bacca extenuata. Nunc quæ vult videri pulchra, corrumpit uterum: nec plurima est in hoc sæculo, quæ cupiat esse mater. Certe ego securior essem si

---

—6 Bodl. *referre meo.*—9 Vulg. *Tunc domini.*—10 *Agricolæ* plerumque legitur. Et quidam, *prævenientе.*—13 Alii *læsissent matres.* Vulg. *nisi subdita.* Marg. Bersm. *ramis.*—17 Alii *steriles...umbras.*—19 Vulg. *fructiferæ.* R. et duo alii *ponar.*—21 Alii *Nos neque:* Heins. *Hinc neque.*—23 R. et tres alii

NOTÆ

9 *Domini memores*] Dei cujusvis in cujus esset tutela quævis arbor: nam suo Deo olim quæque sacra credebatur; ut vitis Baccho, olea Minervæ, Esculus Jovi.

10 *Proveniente*] Et primitiis quidem; quibus videlicet in proximum annum augerent etiam arborum fœturam.

12 *Oleas*] Cum olivarum pondere gravatæ essent.

13 *Matrem*] Arborem, scil. quam oneri imparem furcis sæpe fulcire opus est.

15 *Pariebat*] Ex Bibliis constat etiam ludibrio fuisse olim fœminas quæ nulla prole beatæ essent.

20 *Cœpimus*] In hominum luxum rejicit, quod alternis annis et malignius fructus ferat ipsa, aliæque arbores, hominum stultitiæ servientes.

22 *Læsa*] Quia nec tam magna,

Certe ego, si nunquam peperissem, tutior essem.
Ista Clytæmnestræ digna querela fuit.
Si sciat hoc vitis, nascentes supprimet uvas:
Orbaque, si sciat hoc, Palladis arbor erit.
Hoc in notitiam veniat maloque piroque;
Destituent sylvas utraque poma suas.
Quæque sibi vario distinguit poma colore,
Audiat hoc cerasus, stipes inanis erit.
Non equidem invideo: numquid tamen ulla feritur,
Quæ sterilis sola conspicienda coma est?
Cernite sinceros omnes ex ordine truncos,
Qui modo nil, quare percutiantur, habent.
At mihi sæva nocent mutilatis vulnera ramis;
Nudaque dejecta cortice ligna patent.

nunquam fœtus edidissem. Ista querimonia fuit digna Clytæmnestra. Si vitis hoc noscat, compescet uvas prorumpentes: et arbor Minervæ erit orba, si hoc noscat. Hoc resciscant malus et pyrus; utraque poma desrent suas arbores. Cerasus, quæ pingit sibi poma diverso colore, hoc accipiat; erit truncus vacuus. Non equidem invideo: anne tamen ulla petitur, quæ infœcunda insignis est solis frondibus? Aspicite ex ordine singulos stipites intactos, qui saltem nihil habent quamobrem feriantur. At plagæ crudeles mihi officiunt, ramis truncatis; et ligna nuda

---

Nunc uterus vitii est: Pal. *mulier vitio est:* Me. *uterum servat:* Lov. *uterus vitis.* —25 Jun. *Ecce ego.*—26 Vulg. *Clytæmnestra.*—30 *Destituant* Mor. et alius: Francius volebat *Destituet s. u. pæne suas.* Post hunc versum in multis codicibus ascripti erant ineptissimi quidam versus, quæ Monachorum sordes facile produnt: *Audiat hoc prunus, dare desinet utile munus. Audiat hæc cerasus, stipes inanis erit. Audiet hæc ficus, ficu privabit amicum* (vel *amicos.*) *Esculе ne parias, ne quoque tu pereas. Fraxinus horroris causam cum vestit honoris.* Et hæc ipsa etiam diverso modo leguntur in codicibus, et multa etiam deesse hujus Poëtastri, indicium dabat Junianus codex, ubi inter primum et secundum versum intervallum erat, unde excidisse quædam constat. In aliis erat: *Fructus jucundos, qui fert simul et rubicundos Audiat hoc ficus, ficus privabit amicus. Audiat hoc cerasus, &c.* In alio post, *Audiat hoc prunus, &c. Doctanus excutiet quæ gignit et arida fiet.* Contra in Moreti codice a vs. 27. deerant quatuor disticha. *Burm.*—31 Lov. *vestit sua poma.*—33 Vulg. *nunquam tamen.*—35 Unus Cod. *Cernite securos.*—37 Duo Codd. *scæva nocent.* Fr. *nudatis vulnera.*—38 Pro *dejecta* alii *detecto*, vel *decerpto*, vel *direpto*; unus *delecto*:

NOTÆ

nec tam bene nutrita, foliis succum ad se derivantibus.

26 *Clytæmnestræ*] Quæ, cum maritum Agamemnonem occidisset, haud immerita ab Oreste filio interfecta est.

27 *Hoc*] Quod scilicet feracibus arboribus damno sint sui fructus.

28 *Palladis arbor*] Olea est, quam Pallas ex terra eduxit, munus hominibus gratissimum, quando cum Neptuno olim certavit.

30 *Sylvas*] Arbores.

33 *Invideo*] A se amolitur, quod fœminarum prope commune est vitium, invidiam.

35 *Ex ordine*] Solent vero in ordi-

Non odium facit hoc, sed spes indulta rapinæ.
Sustineant aliæ poma; quærentur idem.
Sic reus ille fere est, de quo victoria lucro
Esse potest: inopis vindice facta carent.
Sic timet insidias, qui scit se ferre viator,
Cui timeat: tutum carpit inanis iter.
Sic ego sola petor; soli quia causa petendi est.
Frondibus intactis cetera turba virent.
Nam quod habent frutices alii quoque proxima nobis
Fragmina, quæ læso vimine multa jacent;
Non istis sua facta nocent: vicinia damno est.
Excipiunt ictu saxa repulsa meo.
Idque fide careat; si non, quæ longius absunt,
Nativum retinent inviolata decus.

cortice detracto aperta sunt. Malevolentia non hoc præstat, sed spes concessa rapinæ. Aliæ ferant poma, conquerentur idem. Sic ille propemodum est reus; de quo victoria potest esse utilitati: facta pauperis carent ultore. Sic viator, qui novit se gestare cui metuat, reformidat insidias: vacuus viam ingreditur securam. Sic ego sola ferior, quia est causa soli feriendi. Reliqua turba virescunt comis illibatis. Nam quod alii frutices habent quoque fragmenta proxima nobis, quæ multa sternuntur fractis virgultis; sua facta non officiunt istis: vicinitas detrimento est. Excipiunt lapides remissos ictu meo. Atque id nullam fidem inveniat; si quæ longius sunt dissita non servant intacta honorem nativum. Ergo, si sapiant et voces respon-

---

Fr. *dejecta.*—39 Me. *spes indicta;* alius *illustra;* vulg. *inducta.*—40 R. et alius *querantur;* Lov. *queruntur.*—41 Ex V. legebat Heins. *Fit reus ille fere.* In multis etiam *victoria læta.*—44 Vulg. *Quod timeat;* Ma. *Cur tim.* Pro *carpit* Pat. *curris.*—45 N. *soli mihi causa;* alius *quia fructus causa.*—46 Vulg. *turba viret.*—47 Mor. *alii quoque;* vulg. *aliquando,* et quidam *alioquin.*—48 A. *quæ læso;* vulg. *quod læso;* duo vett. *collæso.* In Mor. *quod multo vimine læsa jacent;* unde Heins. *mutilo.* In Lov. *læso vimine juncta;* unde Burm. *trunca jacent.*—

NOTÆ

nem digeri steriles arbores, quæ frondis et umbræ causa coluntur.

41 *De quo*] 'Non rete accipitri tenditur neque milvio Qui male faciunt nobis; illis, qui nil faciunt, tenditur: Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur: Aliis aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest.' Terentius.

42 *Carent*] Quia nihil inde abradi potest.

44 *Cui*] Auro nempe, et id genus aliis, quæ expetit latro.

Tutum] 'Cantabit,' scilicet, 'vacuus coram latrone viator.'

45 *Petendi*] Passive: id est, Cur petar, et lapidibus obruar.

47 *Frutices*] Quibus agros solent obsepire.

Proxima] Id est, ex proximis mihi arboribus decussa.

48 *Vimine*] Ramusculos dicit, lapidum ictu ex arboribus revulsos.

49 *Facta*] Fructus puta, quos ferant ipsæ.

Vicinia] Quia sunt juxta me positæ.

Ergo, si sapiant, et mentem verba sequantur;
  Devoveant umbras proxima quæque meas.
Quam miserum est, odium damnis accedere nostris;
  Meque ream nimiæ proximitatis agi!
Sed, puto, magna mei est operoso cura colono.
  Invenias, qui det nil mihi, præter humum.
Sponte mea facilis contemto nascor in agro:
  Parsque loci, qua sto, publica pæne via est.
Me, sata ne lædam, (quoniam sata lædere dicor,)
  Imus in extremo margine fundus habet.
Non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras:
  Duratam renovat non mihi fossor humum.

deant menti; proxima quæque maledictis insectentur umbras meas. Quam calamitosum est, malevolentiam adjungi nostris detrimentis; et me accusari nimiæ propinquitatis! Sed, arbitror, magna est cura mei agricolæ laborioso. Reperias qui nihil præbeat præter solum. Ultro nascor facilis in agro neglecto: et pars loci, qua sto est propemodum iter publicum. Extremus ager me habet in extrema ora, ne noceam segetibus (quoniam perhibeor nocere segetibus). Falx Saturnia non mihi resecat nimias frondes: fossor non instaurat terram induratam. Quamvis

---

51 Ed. pr. *Atque fide careant;* Heins. *Hacque fide caream.*—55 In uno Cod. *accrescere nostris.*—58 Vetusta editio cum Med. codice, *Invenies quod det nil mihi:* alia cum tribus scriptis, *Invenias dederit quid mihi:* unus, *Invenies dederit quid mihi:* alius, *Inveniat:* duo, *Inveniat si quid det mihi.* Lege, *Invenias, qui det nil mihi, præter humum:* nam in uno V. *Inveniet qui det nil.* Heins.—60 Alii *quo sto.*—63 O. *Nunc mihi.* Marg. Bersm. *Saturni* pro *Saturnia.*—

NOTÆ

51 *Idque*] Quod dico, scilicet, a me in proximas arbores redundare injuriam. Atque hic lepidus est ad argumentum inconcussum ingressus; et ejus vitii dissimulationem quod in nuce est, quæ umbra sua et omnem terræ succum ad se trahendo, magis quam saxa repellendo, propinquas perdit arbores.

53 *Verba sequantur*] Si ipsæ arbores loquantur, et sua de me cogitata proferant.

54 *Devoveant*] Annon ingeniosissime sibi Nux consulit, quæ vicinas arbores amoris specie a se propellens, multam terram suam facit?

55 *Odium*] Aliarum arborum, scilicet, quæ propter Nucis viciniam lapidibus impetitæ, illi male precantur.

56 *Ream*] Cum alias sit vicinia in propinqua parte amicitiæ, si modo seni Terentiano fides.

57 *Puto*] Ironice loquitur.

61 *Dicor*] Et verum dicitur; sed acute dissimulat quod negare erat difficile; ut etiam patienter obtrectationis videatur tolerare injuriam.

63 *Nimias*] Vitis præsertim, multarum insuper arborum vitium est luxuries, quam ferro compescere opus est, ut fructus producant. Nuces non ita solent putari, nisi forte cum fructus earum fustibus aut perticis decutiuntur. Quanquam tamen fit et illud, totumque earum caput rescinditur; quod certe non parum ad fruc-

Sole licet siccaque siti peritura laborem;
  Irriguæ dabitur non mihi sulcus aquæ.
At cum maturas fisso nova cortice rimas
  Nux agit; ad partes pertica sæva venit.
Pertica dat plenis immitia vulnera ramis;
  Ne possim lapidum verbera sola queri.
Poma cadunt, mensis non interdicta secundis;
  Et condis lectas, parca colona, nuces.
Has puer aut rectus certo dilaminat ictu;
  Aut pronus digito bisve semelve petit.
Quatuor in nucibus, non amplius, alea tota est;
  Cum sibi suppositis additur una tribus.
Per tabulæ clivum labi jubet alter; et optat,
  Tangat ut e multis quamlibet una suam.

crucier peritura Sole et siti arida; non mihi exhibebitur sulcus aquæ irriguæ. At cum nux recens ducit rimas cortice scisso; pertica fera accedit ad partes. Pertica infligit sævas plagas ramis plenis; ne possim conqueri solos ictus saxorum. Poma decidunt non prohibita bellariis; et servas nuces collectas, colona tenax. Puer aut decutit certo ictu ordinatas; aut inclinatus aut semel aut bis appetit digito. Tota alea est in quatuor nucibus, non plus; cum una imponitur tribus sibi subjectis. Alter cogit volvi per declivitatem tabulæ; et cupit ut una e multis attin-

64 Heins. pro *non* vult *num.*—66 Multi libri *succus aquæ;* in tribus erat *rivus.*—68 Duo libri *pertica longa;* Pal. *scæva.*—69 N. *Pertica scæva venit, plenis dans v. r.* Fr. *P. dat plenis inimicaque v. r.*—70 Bersm. Ed. *Nec possim:* Lov. *Nec possum.*—72 Mor. *Et comedit:* Jun. *Sed condis.*—73 Vulg. *rectas,* et multi vett. *lectas:* Heins. vult *sectas.* In R. est *rectus.* Multi ex scriptis *dilaniat ictu;* unde Erasmus *dilaminat:* alii *delineat, divulnerat, disseparat.* Douza *dererberat.*—74 *Pronus* R. et Me. vulg. *pronas.*—78 Alii *quælibet una.*—

NOTÆ

tus copiam et bonitatem confert.

Saturnia] Quæ Saturno et tempori omnia absumenti insigne attributum est.

Umbras] Aut certe frondes et ramos, qui ejus causa sunt. Metonymia est effecti.

67 *Maturas*] Maturitatis indicium. Metonymice.

68 *Nux agit*] Solent nuces, cum maturescunt, ex cortice exteriori sese expedire, qui primo dehiscit seu rimas agit.

71 *Secundis*] Gall. dicimus, *au dessert.*

73 *Rectus*] Alii *rectas*, id est, recto ordine dispositas, quem qui frangit inferius digestas pro se capit. Vel per *rectas* castellatim dispositas intellige: qui sunt hodierni quoque puerorum lusus.

74 *Pronus*] Nec placet Dominici, nec placet Erasmi expositio, nec qui sit hic lusus possim dicere: nisi est vulgaris puerulorum, qui nuces in rectum ordinem digestas, alia rotunda volvendo, non impetendo, a linea sua divellunt.

Est etiam, par sit numerus qui dicat, an impar:
Ut divinatas auferat augur opes.
Fit quoque de creta, qualem cœleste figuram
Sidus, et in Græcis litera quarta gerit.
Hæc ubi distincta est gradibus; qui constitit intus,
Quot tetigit virgas, tot rapit inde nuces.
Vas quoque sæpe cavum, spatio distante, locatur;
In quod missa levi nux cadat una manu.
Felix, secreto quæ nata est arbor in arvo;
Et soli domino ferre tributa potest!
Non hominum strepitus audit, non illa rotarum:
Non a vicina pulverulenta via est.
Illa suo, quæcumque tulit, dare dona colono,
Et plenos fructus annumerare potest.

gat unamquamque suam. Est etiam qui divinet, numerus sit par an impar: ut vaticinator tollat divitias prædictas. Fit quoque figura de creta, qualem sidus cœleste et litera quarta apud Græcos habet. Ubi hæc divisa est gradibus, qui constitit intus tot sumit inde nuces quot attigit virga. Vas quoque cavum apponitur sæpe spatio distante; in quod nux una decidat jacta manu levi. Arbor beata, quæ crevit in agro remoto; et potest pendere vectigal uni domino! illa non audit tumultus hominum, non rotarum: non est pulvere oppressa a via proxima. Illa potest exhibere munera quæcumque produxit suo cultori, et numerare

81 Aldinæ, et Bersm. Edd. *cœleste figura.*—83 Alii *quæ constitit.*—84 Vulg. *virga, tot capit ipsa nuces:* vetus ed. Cod. R. et Langermanni *tot capit inde:* in A. *tot rapit;* et Burm. corrigit *virgas.*—87 *In arvo* Ed. pr. et meliores scripti: vulg. *in agro.*—88 Pal. *Quæ soli.*—90 Duo libri *Non est vic.* R. *Non*

NOTÆ

80 *Augur*] Puerum dicit qui par an impar numerus fuisset nucum quas alius manu aut veste occultasset, feliciter indicavit.

81 *Qualem*] Trianguli dicit, qualis est sideris quod Græci *Deltoton* vocaverunt, a figura hac Δ sui δέλτα, quod quarta est alphabeti eorum litera.

83 *Gradibus*] Lineas dicit certis intervallis distinctas, in quibus disponebantur nuces.

85 *Cavum*] Ut nuces continere possit.

86 *Levi*] Agili, et ad caute mittendum expedita.

87 *Secreto*] Procul a via publica.

88 *Et soli*] Arbor profecto frugi, et bonæ fidei, cui grave sit quod debet non posse reddere! Atque hinc atrocior videtur in illam injuria.

89 *Hominum strepitus*] Quo non majus aliud pacificæ malum.

92 *Annumerare*] Metaphora a debitoribus.

93 *Maturos nunquam*] Ad fœminarum alludit abortum, quæ earum maxima est infelicitas.

94 *Ante diem*] Ante tempus datum ad fœtus maturitatem.

At mihi maturos nunquam licet edere fœtus;
Ante diemque meæ decutiuntur opes.
Lamina mollis adhuc tenero dum lacte, quod intro est;
Nec mala sunt ulli nostra futura bono;
Jam tamen invenias, qui me jaculentur, et ictu
Præfestinato munus inane petant.
Si fiat rapti, fiat mensura relicti;
Majorem domini parte, viator, habes.
Sæpe aliquis, foliis ut nuda cacumina vidit,
Esse putat Boreæ triste furentis opus.
Æstibus hic, hic me spoliatam frigore credit:
Est quoque, qui crimen grandinis esse putet.
At mihi nec grando, duris invisa colonis,
Nec ventus fraudi, solve, geluve fuit.
Fructus obest: peperisse nocet: nocet esse feracem.
Quæque fuit multis, et mihi præda malo est.

plenos fructus. At nunquam possum proferre fœtus maturos; et divitiæ meæ excutiuntur ante tempus. Dum cortex est adhuc tener lacte molli, quod est intus; nec damna nostra sunt futura compendio cuiquam; jam tamen reperias, qui me appetant, et quærant præmium inutile ictu præpropero. Si fiat mensura rapti, et *fiat mensura relicti; viator, habes* partem *majorem parte possessoris. Sæpe aliquis ut aspexit verticem privatum foliis, credit opus esse luctuosum Aquilonis rapidi. Hic arbitratur me nudatam caloribus, hic frigore: est etiam, qui credat esse vitium grandinis. At neque grando odiosa asperis agricolis, nec ventus, aut sol, aut gelu damno fuit. Fœtus officit: damno est peperisse: obest esse fœcundam. Et præda est mihi*

---

sibi vic. et omittit *est.*—91 Ciofanus e Ma. emendat *dare poma colono.*—93 Ms. Fabricii *At mihi maternos.*—94 Ed. pr. et duo scripti *Ante diem nostræ dejiciuntur:* et vulg. *percutiuntur.*—95 Vulg. *tenero est in lacte quod intra est. Tenero de lacte quod intro est* O. *tener et de lacte quod intro est* N. *tenero de lacte quod intus* vetus editio, et quinque scripti: *tenero de lacte quod intra est,* duo: *teneroque in lacte quod intro est* V. Scribo, ut cum superioribus hæc cohæreant, *Lamina mollis adhuc tenero dum lacte, quod intus,* vel, *intro est.* Heins.—97 *Invenias* meliores scripti; vulg. *invenio.* Cod. Mor. *qui me jaculetur;* et mox *petat:* Pal. *jaculantur,* et *petunt.*—98 Vulg. *nomen inane;* et Mor. *numen.*—100 Pal. *domino;* unde Heins. *domina parte.* Quidam etiam *habet* pro *habes.*—101 Alii *foliis ubi.*—102 Vet. ed. cum Med. *frementis opus.*—103 N. *Æstibus hic, alius spol.* in Mor. *Æstibus hic veris;* unde Heins. *Æstibus hic vernis spol. hic frig. &c.*—105 Bo. *magnis invisa.*—106 Alii *ventus damno.*—108 Vulg. *hæc mihi præda;* alii *est mihi pr. malo;*

NOTÆ

95 *Lamina*] De cortice viridi exteriori loquitur.

98 *Inane*] Quia nondum in nucleum coaluit lac quod intus est.

99 *Si fiat*] Viatores majorem fructus partem tollere, fraudato Domino, queritur.

104 *Crimen*] Quod ita foliis spoliata fuerim.

Præda malo, Polydore, fuit tibi: præda nefandæ
  Conjugis Aonium misit in arma virum.
Hesperii regis pomaria tuta fuissent:
  Una sed immensas arbor habebat opes.
At rubus, et sentes tantummodo lædere natæ,
  Spinaque vindicta cetera tuta sua est.
Me, quia nec nocco, nec obuncis vindicor hamis;
  Missa petunt avida saxa proterva manu.
Quid, si non aptas solem fugientibus umbras,
  Finditur Icario cum cane terra, darem?

damno, quæ fuit damno multis. Polydore, præda fuit tibi damno. Præda uxoris sceleratæ impulit virum Aonium ad bellum. Pomaria Regis Hesperii fuissent secura: sed una arbor gerebat divitias infinitas. At rubus et vepres tantummodo ortæ ad nocendum, et dumus reliquus securus est sua ultione. Lapides petulantes me appetunt jacti manu rapaci, quia nec officio, nec defendor spinis aduncis. Quid, si non præberem umbras idoneas Solem vitantibus, cum humus dehiscit cane Icario? Quid

---

vel *hei mihi pr. mal. est:* Heins. vult *et mihi.*—109 In Ma. *Præda fuit, Polydore, malo tibi.*—110 Vulg. *misit ad arma.*—111 Mor. *Hesperiique ducis.*—115 *Obuncis* duo libri: unus *abuncis;* vulg. *aduncis.*—117 Alii *vituntibus um-*

NOTÆ

109 *Præda*] Quam quilibet possit de nucibus facere.

Polydore] Fuit hic Priami filius, quem, suis rebus diffidens infelix Pater Polymnestori Thraciæ regi, tunc amico, cum magno auri pondere credidit; eo quidem consilio ut si Troja a Græcis vastaretur, ille Polydorum suum quandoque in regnum restitueret. Verum perfidus, auri sacra fame urgente, post eversam Trojam Polydorum interfecit. Qua de re Virgilius.

110 *Aonium*] Est Aonia pars Bœotiæ montana, tota Apollini et Musis sacra: unde hic per Aonium virum, Amphiaraum intelligit Dominicus, vatem seu augurem Argivum Apollineum, quem latitantem conjux Eriphyle aureo monili ab Adrasto rege corrupta ad bellum Thebanum, unde rediturum se non esse vates didicerat, perfido exemplo produxit. Erasmus vero totum hunc locum de Helena exponit, præda quam, postquam Paris suam fecisset, Græci decennali bello repetiverunt.

111 *Hesperii*] Atlantem dicit, aut ejus fratrem Hesperum, cujus filiæ hortum habuisse dicuntur, in quo arbores aurea mala ferentes; quæ ut auferret Hercules ab Eurystheo missus est.

113 *Lædere natæ*] Pro, ad lædendum, phrasis Græca.

114 *Vindicta*] Quia propinquius tentantem lædere spinis suis vulnerant.

115 *Hamis*] Spinas dicit hamis similes.

116 *Proterva*] Quia manu proterva mittuntur.

117 *Quid si non*] Tutiorem se fingit, quod sibi propter umbram parcat viator.

118 *Icario*] Comitem volunt fuisse Icari, Dædali filii, Canem, qui ob

Quid, nisi suffugium nimbos vitantibus essem;
Non expectata cum venit imber aqua?
Omnia cum faciam, cum præstem sedula cunctis
Officium, saxis officiosa petor.
Hæc mihi perpessæ domini patienda querela est.
Causa habeor, quare sit lapidosus ager.
Dumque repurgat humum, collectaque saxa remittit;
Semper habent in me tela parata viæ.
Ergo invisa aliis, uni mihi frigora prosunt:
Illo me tutam tempore præstat hyems.
Nuda quidem tunc sum; nudam tamen expedit esse:
Nec spolium de me, quod petat, hostis habet.
At simul induimus nostris sua munera ramis;
Saxa novos fructus grandine plura petunt.
Forsitan hic aliquis dicat, Quæ publica tangunt,
Carpere concessum est: hoc via juris habet.
Si licet hoc; oleas destringite: cædite messes.
Improbe, vicinum carpe, viator, olus.

nisi essem perfugium effugientibus imbres, cum nimbus ruit aqua improvisa? Cum præstem omnia, cum assidua prosequar omnes officiis, officiosa abraor lapidibus. Querimonia heri toleranda est mihi hæc passæ. Dicor causa, quamobrem fundus sit saxis plenus. Et dum mundat agrum, et rejicit lapides collectos; viæ habent semper missilia parata in me. Ergo frigora odiosa aliis, juvant me solam: hyems me securam facit illa tempestate. Sum equidem tunc nuda; tamen jurat esse nudam: nec hostis habet prædam quam rapiat de me. At statim atque induximus sua dona nostris ramis; plures lapides grandine impetunt novos fructus. Forte hic aliquis dicat, Licet sumere quæ extenduntur ad publica: via habet hoc juris. Si istud concessum; colligite olivas: subsecate messes. Viator proterve, corripe olus vicinum.

---

bras; vel *nutantibus;* Heins. vult *mutantibus.*—121 N. *cum cunctis sedula præstem:* Jun. *sedula nutrix.*—122 Duo libri et Bersm. ed. *invidiosa petor.*—124 Vulg. *Causabor quare:* O. *Causabor queritur:* Francius malebat *Causa feror, quare.*—128 Alii *Illo ne metuam temp.* scripti nonnulli *Illo ut non metuam;* unde Heins. *Illo ne metuam.*—130 Fr. *Non s. d. m. qui, &c.*—131 Vulg. *sua vellera,* vel *vulnera:* Heins. *nova munera.*—133 Alii *hoc aliquis.* Heins. vult *Si roget hic aliquis.*—135 Scripti plerique *Scilicet;* et pro *hoc* pr. Ed. et quinque manu exarati *has;* duo *hic,* unus *huc.* Heins. retingit *Scilicet ite oleas;*

NOTÆ

officium in domini extincti corpus, quod prodidit, collatum, inter sidera locum mernerit. Hoc signum cum Sol ingreditur æstum facit vehementissimum.

124 *Lapidosus*] Propter lapides in Nucem projectos, qui super agrum recidunt.

Intret et urbanas eadem petulantia portas;
Sitque tuis muris, Romule, juris idem.
Quilibet argentum prima de fronte tabernæ
Tollat: et ad gemmas quilibet alter eat.
Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos;
Et quascumque potest tangere, tollat opes.
Sed neque tolluntur: nec, dum regit omnia Cæsar,
Incolumis, tanto præside, raptor erit.
At non ille Deus pacem intra mœnia finit.
Auxilium toto spargit in orbe suum.
Quid tamen hoc prodest, media si luce palamque
Verberor, et tutæ non licet esse mihi?
Ergo nec nidos foliis hærere, nec ullam
Sedibus in nostris stare videtis avem.
At lapis, in ramo sedit quicumque bifurco,
Hæret, et ut capta victor in arce manet.

Eadem procacitas subeat etiam portas urbanas; et idem juris sit tuis mœnibus, Romule. Quilibet auferat argentum de fronte obriæ tabernæ: et quivis alius se conferat ad gemmas. Hic rapiat aurum, ille lapillos peregrinos; et auferat divitias quascumque potest auferre. Sed neque auferuntur; nec dum Cæsar omnia administrat, prædator erit impunitus tanto præside. At ille Deus non claudit pacem intra muros. Diffundit opem suam toto orbe. Quid tamen hoc jurat si aperto die et palam percutior, et non licet esse secure? Ergo neque cernitis nidos stare in frondibus, nec avem ullam quiescere in nostris sedibus. At saxum remanet quodcumque constitit in ramo bifido, et perstat ut victor in arce expugnata. Reliqua

---

et *distringite* pro *destr.* vult.—137 A. *Intret in urb.* Bo. et Jun. *violentia portas.* —139 Pr. Ed. et quatuor scripti *primæ de fr.*—141 Bo. *Aufer. hinc;* quod Heinsio placet; qui et pro *ille* reponit *inde.*—142 Quidam *tollere tollat:* N. *tangere tangat.*—143 Douza legebat *dum reget.*—145 Med. et vet. ed. *pater intra mœnia sumit:* libri veteres *finit;* duo *figit.*—146 Vulg. *sparsit in orb.*— 148 Quidam *tutam non licet esse nucem;* alii *tutæ...nuci.* Med. cum Erfurtano libro habet *tutæ mihi.*—150 Duo scripti *videbis avem.*—151 Alii *Ut lapis.* Pro *se-*

NOTÆ

137 *Intret*] Ut cuilibet impune liceat quidvis de via furari et perdere. Quod si ridiculum, tale et erit in me irruere.

138 *Tuis muris*] Pro, in tuos muros. Nove dixit.

Romule] Romanos sub Romæ conditoris nomine compellat.

Juris idem] Eadem impetendi licentia.

139 *Fronte*] Ubi res venales exponuntur.

145 *Deus*] Augusto, vivo etiam, templa posita, data thura, pace per totum mundum ab illo stabilita, veræ pacis quam Dei filius in mundum attulit symbolo.

Cetera sæpe tamen potuere admissa negari,
Et crimen nox est inficiata suum.
Nostra notat fusco digitos injuria succo,
Cortice contactas inficiente manus.
Ille cruor meus est: illo maculata cruore
Non profectura dextra lavatur aqua.
O ego, cum longæ venerunt tædia vitæ,
Optavi quoties arida facta mori!
Optavi quoties, aut cæco turbine verti,
Aut valido missi fulminis igne peti!
Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ:
Vel possem fructus excutere ipsa meos.
Sic, ubi detracta est a te tibi causa pericli,
Quod superest, tutum, Pontice castor, habes.
Quid mihi tunc animi est, cum sumit tela viator;
Atque oculis plagæ destinat ante locum?
Nec vitare licet moto fera verbera trunco,
Quem sub humo radix vinclaque firma tenent.

tamen facinora potuerunt sæpe abnegari, et nox non agnovit crimen suum. Nostra injuria inficit digitos succo subnigro, cortice tingente manus tactas. Ille est meus sanguis; manus infecta illo sanguine abluitur aqua non profutura. O quoties cupivi exsiccata interire, cum tædia subierunt vitæ prolixæ! quoties desideravi aut eradicari cæca procella, aut percuti potenti igne fulminis intorti! Atque utinam repentini turbines diriperent meas nuces: vel ipsa possem dejicere meos fructus. Sic ubi derepta est tibi a te causa discriminis, castor Pontice, geris securum quod restat. Quid mihi est tunc animi, cum viator carpit missilia; atque antesignat oculis locum vulneri? Nec licet effugere sævos ictus stipite domito, quem radix et vincula valida

---

dit unus liber *venit*. N. *in ramos...bisuleos.*—154 V. *nox:* vulg. *vox:* A. *nux.* Multi alii *Crimen ut est uxor:* Fr. *Crimen ut et nux est.*—157 Fr. *Ille color.*—161 Duo libri *certo turbine;* sex cum pr. Ed. *rapido.* Mss. Mor. et alii *turbine venti.*—165 Vetus editio, et Med. *dejecta est.*—169 *Verbera* duo libri Bersm. et Edd. veteres: *vulnera* novem scripti.—170 Lovaniensis *vinclaque sæva:* Fr. et vett. edd. *curvaque vincla:* Med. et ed. una vet. *vincula curva.*—172 Ciofanus et Fa-

NOTÆ

153 *Admissa*] Crimina, quæ in quempiam redundant.

155 *Nostra notat*] Inficit enim manus succus qui ex nucum cortice exteriori exsudat.

161 *Cæco*] Quia non sine cœli obscuratione insano tumultu furit.

166 *Castor*] Animal est amphibium, in Ponto nascens, Canis forma, quod etiam fibrum vocant, quem fabulantur testes sibi præcidere, quorum causa ad medicamina sese quæri intelligit. 'Redimunt se,' inquit Cicero, 'ea parte corporis, propter quam maxime

Corpora præbemus plagis : ut sæpe sagittis,
  Cum populus manicas deposuisse vetat :
Utve gravem candens ubi tolli vacca securim,
  Aut stringi cultros in sua colla videt.
Sæpe meas vento frondes tremuisse putastis :
  Sed metus in nobis causa tremoris erat.
Si merui, videorque nocens ; imponite flammæ ;
  Nostraque fumosis urite membra focis.
Si merui, videorque nocens ; excidite ferro :
  Et liceat miseræ dedecus esse semel.
Si nec cur urar, nec cur excidar, habetis,
  Parcite. Sic cœptum perficiatis iter.

tenent sub terra. Exhibemus corpora vulneribus : ut sæpe reus *sagittis cum populus prohibet removisse manicas : et ut vacca alba cum cernit securim ponderosam attolli, aut cultros nudari in sua colla. Sæpe credidistis mea folia trepidasse aura : sed timor erat in nobis causa trepidationis. Si merui, et sons videor ; immittite membra nostra in ignem, et cremate focis fumidis. Si merui et sons videor ; resecate ferro ; et concedatur infelici esse semel ignominiæ. Si nec habetis quamobrem incendar, nec quamobrem resecer ; ignoscite : sic absolvatis iter inceptum.*

bricius *Quem populus.*—173 Vulg. *Utque gravem pavida est :* Alii *grav. patiens,* vel *pascens* vel *pandens.* Heins. emend. *candens.*—177 Erasmus conj. *imponite flammam.*—180 Heins. vult *Ut lic. mis. dedoluisse semel :* Burm. *deperiisse.*

NOTÆ

expetuntur.'

172 *Cum populus*] Sese perinde viatorum plagis et fustibus esse dicit expositam, ut manicis palo alligatus reus, cui venientia tela corporis motu aut fuga minime liceat effugere.

173 *Candens*] Alba, qualem Diis superis mactare solebant.

180 *Semel*] Non semper. Atque hoc maxime ad injuriæ deprecationem videtur conferre, quod sponte potius morti certæ nux sese objiciat, quam tot opprobria pati sustineat. Nec mihi certe satis emunctæ naris esse licuit, qui claris. juxtaque doctissimi Heinsii censuram qua nihil sani, aut Latini leporis in hoc versu esse affirmat, approbare potuerim.

A. SABINI

EPISTOLÆ TRES,

TRIBUS

OVIDII EPISTOLIS

RESPONDENTES.

Aulus Sabinus imperante Octavio atque Ovidii temporibus claruit. Ad Trisenam amicam Elegiarum librum dedit. Fastorum inchoatos reliquit. Scripsit etiam epistolas, quibus Ulysses Penelopæ, Hippolytus Phædræ, Æneas Didoni, Demophoon Phyllidi, Iason Hypsipylæ, Phaon Sapphoni respondent. Quæ omnes, præter has tres quas nunc præ manibus habemus, sæculorum ignavia perierunt.

EPISTOLA I.

ULIXES PENELOPÆ.

Pertulit ad miserum tandem tua casus Ulixen,
  Penelope, chartis verba notata piis.
Agnovi caramque manum, gemmasque fideles.
  Solamen longis illa fuere malis.
Arguis ut lentum : mallem quoque forsitan esse ;
  Quam tibi quæque tuli dicere, quæque feram.
Non hoc objecit mihi Græcia : cum mea fictus
  Detinuit patrio littore vela furor.
Sed thalamis nec velle tuis, nec posse carere :
  Causaque fingendæ tu mihi mentis eras.

1 Douza mallet *Pertulit ad miserum tandem quis casus Ulixen Penelope, chartis verba notata tuis?*—5 Heins. *mallem quod.*—6 Idem pro *feram* vult *fero ;* vel totum versum sic refingit, *Quam tibi quæ tulerim dicere, quæque feram.*—10 Douza corrigebat *Et mihi tu falsi causa furoris eras ;* vel *Fingendique mihi.*

Nil tibi rescribam curæ est, properemque venire.
Dum propero, adversi vela tulere Noti.
Non me Troja tenet, Graiis odiosa puellis;
Jam cinis, et tantum flebile, Troja, solum.
Deiphœbusque jacet, jacet Asius, et jacet Hector:
Et quicumque tui causa timoris erat.
Evasi et Thracum cæso duce prælia Rheso,
In mea captivis castra revectus equis:
Tutus et e media Phrygiæ Tritonidis arce
Fatalis palmæ pignora capta tuli.
Nec timui commissus equo; male sedula quamvis
Clamabat vates, Urite, Troës, equum:
Urite; mendaci celantur robore Achivi:
Et Phrygas in miseros ultima bella ferunt.
Perdiderat tumuli supremum munus Achilles,
Sed Thetidi est humeris redditus ille meis.
Nec laudem Danai tanto renuere labori:
Erepti pretium corporis arma tuli.
Quid refert? pelago sunt obruta. Non mihi classes;
Non socii superant: omnia pontus habet.
Solus adhuc mecum, qui me tot casibus unus
Duravit, patiens ad mala, perstat Amor.
Illum non avidis canibus Niscia virgo
Fregit: non tumidis torta Charybdis aquis:
Non ferus Antiphates, nec in uno corpore dissors
Parthenope, blandis insidiosa modis.
Non quod Colchiacis Circe tentaverit herbis,
Non quod solennes altera Diva toros.
Utraque se nobis mortalia demere fila
Spondebat, Stygias utraque posse vias.
Te tamen, hac etiam spreta mercede, petivi,
Passurus terra tot mala, totque mari.

—11 *Curæ est* conj. Heins. vulg. *curas*.—16 *Erat* pr. Edd. alii *erant*.—17 Quidam sic corrigit, *Erasi, ut Thracum ceciderunt prælia Rheso*.—21 Heins. *male credita quanquam*.—24 Burm. Sec. conj. *ultima tela*.—31 Heins. *casibus unum*.—33 *Niscia* restituit Heins. vulgo *Nereia*.—35 *Dissors* reponit Heins. pro *discors*.—36 Pro *modis* Douza vult *notis*.—37 *Colchiacis Circe* corr. Heins. vulgo *Colchiacas artes:* Heusing. mavult *Colchiacas Circe tentaverat herbas*.—

Sed tu fœmineo nunc forsan nomine tacta,
Non secura leges cetera verba mea.
Quæque mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso,
Jamdudum ignoto solicitere metu..
Certe ego cum Antinoum, Polybumque, Medontaque legi,
Heu toto sanguis corpore nullus erat!
Tot juvenes inter, tot vina licentia, semper
(Hei mihi! quo credam pignore?) casta manes.
Curve placent ulli, si sunt in fletibus ora,
Deperit et lacrymis non decor iste tibi?
Pacta quoque es thalamo, nisi mendax tela moretur,
Et cœptum revoces callida semper opus.
Ars pia; sed quoties oculos frustrabere lana,
Successum toties ars dabit ista tibi.
Ah melius, Polypheme, tuo superatus in antro,
Finissem ingratos ad mala tanta dies!
Threicio melius cecidissem milite victus,
Ismaron errantes cum tenuere rates:
Crudelemve illo satiassem tempore Ditem,
Quo redii Stygiis fata moratus aquis.
Vidi ubi (nequicquam quod me tua litera celat)
Sospes digresso quæ mihi mater erat.
Retulit illa domus eadem mala: meque querentem
Fugit, ab amplexu ter resoluta meo.
Phyllaciden vidi; contemtis sortibus ille
Primus in Hectoreas intulit arma domos.
Felix laudata cum conjuge! læta per umbras
Illa suum fortes it comitata virum.

—40 Heins. corr. *Spondebant*.—45 Swarthius in Analectis II. 2. e vet. libro *cauta Calypso*.—48 *Ut toto* Heins. Francius *In toto*.—49 *Licentia* vult Heins. e conj. Barthii et Swarthii: vulgo *liquentia*.—50 Vulgo *Hei mihi! quid credam? pign. c. m.*—51 Heins. conj. *Curve places;* et Francius, *si sordent fletibus*.—53 Burm. *thalamos*, nisi *pacta* passive usurpatur.—54 *Revoces callida* a conj. Heins. vulgo *revocas pallida*.—55. 56 Heins. vult *quoties...lana? Succ. quoties a. d. i. tibi?* atque ita ed. Gryph. ann. 1554.—57 Swarthius e vet. libro *At melius;* deinde *tuo si pransus in antro*.—58 Salmasius *ac mala;* Heins. *ob mala*.—65 Delrius Comment. Senec. Troad. 459. *terque querentem* legit.—66 Pro *resoluta* Heins. vult *revoluta*.—70 *Fortes it* conj. Swarth. et Heins. vulg. *forte sit*. Douza malebat *fortis est;* Salmas. *fertur sic:* qui et superiore

Necdum illi Lachesis dictos numeraverat annos:
Sed juvat ante suum sic cecidisse diem.
Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes,
Deformem Atriden (hei mihi) cæde nova.
Illum Troja virum non læserat: ille furentem
Nauplion, Euboicos transieratque sinus.
Quid refert? animam per vulnera mille profudit,
Jam reduci solvens debita vota Jovi.
Tyndaris has illi læso pro fœdere pœnas
Struxerat; externos ipsa secuta viros.
Ah! mihi quid prodest (captivas Teucridas inter
Cum staret conjux Hectoris, atque soror)
Defectis Hecuben potius legisse sub annis,
Ne tibi suspectus pellicis esset amor?
Prima meis omen metuendum puppibus illa
Fecit: non membris ipsa reperta suis.
Latratu miseras finivit mœsta querelas;
Et stetit in rabidam protinus acta canem.
Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor,
Æolus infusis incubuitque Notis.
Pervagus hinc toto non felix differor orbe;
Et, quocumque vocat fluctus et aura, feror.
Sed si Tiresias tam læti providus augur,
Quam verax vates in mala nostra fuit;
Et terra et pelago, quicquid mihi triste canebat,
Emensus fato jam meliore vagor.
Jam mihi nescio quo comitem se in littore jungit
Pallas, et hospitibus per loca tuta trahit.
Nunc primum Pallas versæ post funera Trojæ
Visa mihi: medium temporis ira tulit.

versu *laudato cum conjuge.*—71 Heins. mallet *perneverat annos.*—77 Vetus liber Swarth. *per adultera tela.*—79 Vulg. *lætas pro fœdere.*—80 Heins. *toros* pro *viros.*—82 Idem *Cum starent.*—83 Al. *Hecubam.* Prima Ed. *Hecuben potui. Potui* etiam ed. Bersm. Plantin. et Gryph. ann. 1554.—86 Heins. conj. *Fecit anus membris orba reperta suis:* Burm. mallet *Fecit anus membris lapsa* [vel *cassa*] *repente suis;* vel *Fecit, non membris usa repente suis.*—90 Heins. *Æolus effusis.*—91 Margo Bersm. *Pervagus hoc totum enim felix.*—92 Al. edd. *quacumque.*—

Quicquid Oilides commiserat, omnibus unus
Peccavit: Danais omnibus ira nocens.
Nec te, Tydide, cujus modo foverat arma,
Eximit: errato tu quoque ab orbe venis.
Non Telamone satum capta de conjuge Teucrum:
Non ipsum, pro quo mille fuere rates.
Felix Plisthenide, quacumque in sorte fuisti
Conjuge cum cara: non gravis illa fuit.
Seu venti fecere moras, sive æquora vobis;
Ad nulla est vester damna retentus amor.
Oscula nec venti certe tenuere, nec undæ:
Promtaque in amplexus brachia semper erant.
Sic utinam errarem: faceres tu mollia, conjux,
Æquora: te socia nil mihi triste foret.
Nunc quoque, Telemacho tecum mihi sospite lecto,
Omnia sunt animo jam leviora mala.
Quem tamen infestas rursus queror ire per undas,
Herculeam Sparten, Nestoreamque Pylon.
Ingrata est pietas, cui tanta pericula subsunt:
Nam male commissus fluctibus ipse fuit.
Sed labor in fine est: occursum in littore vates
Dixit. In amplexus, care, ferere tuos.
Noscendus soli veniam tibi: tu preme solers
Lætitiam, et tacito gaudia conde sinu.
Non vi certandum, nec aperta in bella ruendum.
Sic cecinit laurus ille monere suas.
Forsitan ante dapes, interque vacantia vina,
Ultoris pharetris utile tempus erit.
Et modo despectum subito mirentur Ulixen.
Heu, precor, ut properet ille venire dies!

---

101 Edd. al. *Quicquid et Œnides.*—102 Heins. conj. *ille nocens.*—103 *Foverat* conj. Heins. vulgo *noverat.*—106 *Præ quo* citat Swarth.—107 *Plisthenide* vult Heins. vulgo *Plisthenides.*—111 Heins. mallet *certi tenuere.*—115 *Lecto* rescribunt Swarth. et Heins. pro *tecto.*—117 Burm. conj. *infestas jussum* vel *missum.* Heusing. mavult *infesto cursu.*—120 Heins. *Jam male.*—127 Jan. Gebhardus Antiq. II. 15. conj. *bacchantia vina;* Heins. conj. *vocantia vina,* h. e. ad ultionem invitantia tanquam opportuna: Burm. conj. *ante lares, inter fragrantia vina.*—130 Heins. malebat *Hic, precor, hic properes velle venire, dies:* Fran-

Antiqui renovet qui lætus fœdera lecti:
Et tandem incipias conjuge, cara, frui.

cius, *Quam precor*, vel *Hic precor, ut properet velle venire dies:* Burm. conj. *Heu, precor, heu properes ille v. d.*—131 Idem, *Antiqui renoves qui.* Heins. *quo tandem;* et Francius *ut tandem.*

EPISTOLA II.

DEMOPHOON PHYLLIDI.

Phyllidi Demophoon patria dimittit ab urbe:
Et patriam meminit muneris esse tui.
Nec face Demophoon alia, nec conjuge captus,
Sed tam non felix, quam tibi notus erat.
Thesea, (quo socero nequicquam, Phylli, tumebas;
Impuleritque ignes forsitan ille tuos,)
Turpe pati nobis, regno ferus expulit hospes:
Hunc illi finem longa senecta dedit.
Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis,
Alcidæ magni, non minor ipse, comes.
Qui socerum Minoa gravi sibi fecit ab hoste,
Mirantem monstri cornua victa sui.
Arguor exilii (quis credat?) causa fuisse:
Nec tacitum frater me sinit esse reum:
Dum thalamos, inquit, dilectæ Phyllidos urges,
Et tuus externo cessat in igne furor;

1 Aliæ edd. *demittit.*—4 Prima Ed. *Sed tamen felix:* Heins. conj. *Esset tam felix.* Heusing. *natus erat;* Burm. *Sed non tam felix, quam tibi fidus erat;* vel *certus.*—5 Alii *Phylli timebas.*—6 Bersm. *impuleritne.*—10 *Ipse* a conj. Heins. vulgo *esse.*—13 Ita scribit et distinguit Heins. vel etiam *Arguor exilii, si credis:* vulgo *Arg. auxilii, quem credis:* prima ed. *Arg. exilii qui credis.*—

Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci;
Prævenitque tuas flebilis hora moras.
Forsitan aut nondum fractis occurrere rebus,
Aut poteras fractis utilis esse tamen.
Cur potiora tibi Rhodopeia regna fuere,
Quæque magis regnis cara puella fuit?
Intonat his Acamas: eadem mox objicit Æthra;
Infelix functæ jam prope sortis anus.
Et quod non condant nati sua lumina palmæ,
Fecisse hæc nostras arguit usque moras.
Non equidem inficior: multum clamavit uterque:
Staret Threiciis cum mihi puppis aquis.
Poscunt, Demophoon, (quid cessas?) carbasa venti:
Demophoon patrios respice dure Deos.
Respice: et exemplum, qua gaudes, Phyllida sume.
Sic amat, ut terra nolit abire sua.
Utque redire velis, non ut comitetur euntem,
Te rogat: et præfert barbara regna tuis.
Me tamen hæc inter tacitum convicia sæpe
Adversis memini vota tulisse Notis.
Sæpe abitura tuo ponentem brachia collo,
Gavisum in fluctus æquora mota truces.
Nec metuam hoc ipso coram genitore fateri:
Libertas meritis est mihi facta tuis;
Dicere, non duro dilectam Phyllida liqui
Pectore: nec præceps vela ferenda dedi.
Et flevi; et flentem solando sæpe, remansi,
Cum staret cursus jam mihi certa dies.
Denique Threicia veni rate: non dare Phyllis
Quam potuit, jussit tardius ire ratem.

---

14 *Me sinit* corr. Heins. vulgo *nec sinit.*—19. 20 Edd. Bersm. et Plantin. *et nondum: fractis* rescripsit Heins. pro *factis.* Edd. Bersm. Plant. et Gryph. ann. 1554. *At poteras.*—21 *Cur* conj. Heins. vulgo *Cum.* Edd. Ald. Bersm. et Plantin. *potiora mihi.*—23 *Acamas* corr. Heins. vulgo *Athamas.*—26 *Hæc* conj. Heins. pro *hic.*—30 *Dure* vel *iture* Heins. vulgo *jure:* Ed. Gryph. *thure.*—39 *ipsum* Bersm.—41 *Dicere* conj. Heins. pro *Dices.*—45 Hoc distichon Burm. vult ita refingere: *Remige Threicio veni; nam non dare Phyllis Quam voluit, jussit tardius ire ratem:* vel, *Remige Threicio veni, rate nam dare Phyllis Quam*

Ignosce et fasso; memor es Minoidos ipse.
Antiquus necdum pectore cessit amor.
Et quoties oculis circumdat sidera, dixit,
Quæ fulget cœlo, nostra puella fuit.
Illum dilecta Bacchus sibi cedere jussit
Conjuge: desertæ crimen at ille subit.
Exemploque patris perjurus dicor et ipse:
Nec quæris causas, Sithoni dura, moræ:
Nec satis ampla putas redituri pignora, si me
Non amor alterius, non amor ullus habet.
Nullane fama tibi turbatos, Phylli, penates
Theseos, et miseræ retulit acta domus?
Non laqueos audis caræ me flere parentis?
Flebilior laqueis (hei mihi!) causa subest.
Non fratrem Hippolytum: cecidit miserabilis ille,
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Non tamen excuso reditus: licet undique fata
Accumulent causas; tempora parva peto.
Thesea, quod superest, patrem tumulabimus ante:
Succedat tumulo non sine honore decens.
Da spatium veniamque, peto: non perfidus absum:
Nec mihi jam terra tutior ulla tua est.
Quicquid mite fuit post diruta Pergama, quicquid
Aut bella, aut pelagi detinuere moræ;
Sola fuit Thrace: patria quoque jactor in illa:
Auxilium superes casibus una meis.
Si modo mens eadem: nec quod sit jam mihi dives
Regia, Cecropia non minor arce, movet:
Nec patris offendunt casus; nec crimina matris;
Nec jam non felix omine Demophoon.

---

potuit jussit tardius ire meam.—49 Ed. Gryph. et margo Bersm. *dicis*, pro *dixit.*—59 *Caræ* reposuit Burm. vulgo *cari.*—63 Burm. Sec. distichon ita legere velit: *Non tamen excuso: reditus (licet undique fata Accumulent causas) tempora parva peto.*—66 Heins. vult *decet.*—67 Heins. *Des spatium.*—68 Burm. *gratior* vel *latior ulla;* Heins. *mitior.*—70. 71 Heusing. corr. *Haud bella, haud pelagi;* et mox *jactor in ipsa.*—72 *Superes* prima Ed. Vulgo *superest.*—73 Heins. *nec tam quod sit tibi dives:* Francius, *Sit tibi mens eadem, nec quod*

Quid? si Phœbeam peterem te conjuge Trojam,
Perque annos sequerer bella gerenda decem?
Penelopen audis: toto laudatur in orbe,
Exemplum fidi non leve facta tori.
Illa piæ (sic rumor ait) mendacia telæ
Struxit, et instantes distulit arte procos:
Cum properata palam revocaret stamina noctis,
Atque iterum in lanas omne rediret opus.
At tua ne fugiant spreti connubia Thraces,
Phylli, times: ulli nubere, dura, potes?
Estque tibi pectus cujusque accedere tædæ?
Obstat perfidiæ nec metus iste tuæ?
Ah tibi quantus erit facti rubor! ah tibi quantus
Tum dolor, aspicies cum mea vela procul!
Damnabisque tuos sero temeraria questus?
Demophoon, dices, hei mihi, fidus erat!
Demophoon rediit, et sævos forsitan Euros
Passus, et hybernas dum quoque currit aquas.
Ah cur nescio quam properavimus (hei mihi!) culpam?
Rupi, quam ruptam sum mihi questa, fidem.
Sic tamen ah potius, sic perstes; quam mihi de te
Ulterior tangat pectora, Phylli, dolor!
Quos tibi (me miserum!) laqueos, quæ fata minaris?
Et nimis audaces gens habet ista Deos.
Parce, precor: famamque domus mihi crimen habentis
Perfidiæ, gemina ne preme, dura, nota.
Excuset patrem fatis in parte relicta
Gnosis: non merui, cur ferar ipse nocens.

---

sit regia dives Jam tibi.—79 Heins. *toto laudetur ut orbe.*—80 Ed. Bersm. *fidei.*—81 *Piæ* a conj. Heins. vulgo *pic.*—82 *Procos* prima Ed. vulgo *toros.*—83 Heins. *revocarent...noctes:* ed. Gryph. et margo Bersm. *noctu.*—84 Heins. conj. *reneret opus.*—87 Ed. Gryph. *cujusquam accedere tædas:* Heins. conj. *Estne t. p. cujusquam accedere tædæ,* vel *accendere tædas.*—92 *Demoph. dicens,* Heins.—93. 94 *Rediit* prima Ed. item Bersm. et Plant. vulgo *redit huc.* Mox prima Ed. *dum quoque credit:* Heins. conj. *dum properavit;* vel, *dum freta currit:* Burm. *dum modo currat.* Ed. Gryph. *En mihi Demophoon et sævos redditur Euros Passus, et hybernas dum freta sulcat, aquas.*—100 Heins. conj. *Ut nimis audaces gens habet ista Deos!* Burm. Sec. *Et nimis audaces gens habet ista manus.*—101 *Flammasque domus* pr. Ed. *flammaque* Bersm. *flammamque* Plant. *famamque domus modo crimen habentis* Burm. Sec. Heins. *jam crimen;* vel,

Nunc venti mea verba ferant, qui vela tulerunt.
Est animus reditus: sed pia causa tenet.

male crimen habenti.—103 Margo Bersm. et ed. Gryph. *Accuset p. f. prædæque rel.* Heins. conj. *Accuset patrem fatis si forte rel.* Heusing. mavult, *Excuset p. f. in patre rel.*—105 Heusing. corr. *Nec venti m. v. ferunt.*

EPISTOLA III.

PARIS ŒNONÆ.

Quæ satis apta tibi tam juste, Nympha, querenti
Rescribam, fateor quærere verba manum.
Quærit, nec subeunt. Sentit sua crimina tantum:
Solvere, quæ sentit, non sinit alter amor.
Si levat hoc iras, ipso me judice damnor.
Quid refert? causa tu meliore cales.
Damnatumque tibi me sub sua jura Cupido
Retrahit: alterius sic quoque præda sumus.
Prima meis tu pacta toris: fassusque juventam
Te primum accepta est conjuge noster amor.
Nondum tantus eram. Quo me genitore superbum
Arguis; hoc dominus tunc retinendus eram:
Non ego Deiphobum sperabam, aut Hectora fratrem,
Cum pastos agerem, te comitante, greges:

1 Burm. Sec. emend. *Nymphæ tam justa querenti.*—2 Heins. vult *Rescribat.*—5 *Hoc* conj. Gronovius: vulgo *hic.*—6 *Cales* substituit Heins. pro vulg. *cares:* idem et Bersm. conj. *cades,* vel *cadis.*—7 *Tibi* a conj. Burm. vulgo *sibi.* Primæ edd. *non sub sua jura:* Heins. conj. *non sub tua,* Burm. *tibi me sub nova jura.*—12 Gronov. conj. *hoc domino:* Heins. *huic domino tunc renuendus eram;* vel *hoc domino, te retinendus hera:* Heusing. edidit *hic domino jure timendus*

Reginamque Hecuben, nisi matris nomine, noram:
  Et fueras illi digna manere nurus.
Sed non est rationis amor. Te consule, Nympha.
  Læsa es: sed læsam scribis amare tamen.
Cumque petant Satyri connubia, cum tua Panes;
  Rejectæ memor es tu tamen usque facis.
Adde, quod hic fatis amor est adjutus, et illum
  Præscia venturi viderat ante soror.
Nondum Tyndaridos nomen mihi sederat aure,
  Nec cecinit Graios illa vocare viros.
Omnia vera vides: superant mea vulnera tantum.
  Utque tuam supplex poscere cogar opem.
Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque:
  Victuri jam nunc pectora sume tibi.
Flevisti, memini, tamen hac in voce canentis:
  Et, Mala, dixisti, sint precor ista procul.
Nec si fata ferant, tulerint sic cetera quamvis,
  Ut possim Œnone perdere læsa Parin.
Tot superare metus, qui me, nec credere cogit,
  (Ignoscas) idem te quoque fallit Amor.
Imperat ille Deis: cum vult, in cornua tauri,
  Cum vult, in pennas destruit ille Jovem.
Non foret in terris tanto miranda decore
  Tyndaris; (heu flammis nata puella meis!)
Si sua non cycno mutasset Jupiter ora.
  Fluxerat in Danaës aureus ante sinus:
Piniferamque Iden falsus lustraverat ales:
  Inter Agenoreas constiteratque boves.
Victorem Alciden dominæ quis pensa tenere
  Crederet? at lanas nere coëgit Amor.

---

eram.—15 Heins. *Reginæque Hecuben, non m. n. n.*—16 Burm. Sec. *digna venire.*—18 Priscæ edd. *Lædere.* Al. *et læsam:* margo Bersm. *Læsa es; te læsam:* Heins. conj. *Læderis et læsam;* vel *Læsa licet læsam.*—20 *Rejectæ* emend. Heins. vulgo *Dejectæ.*—21 Edd. Bersm. et Plant. *his fatis.*—24 Heusing. edidit *Me cec. Gr. illa vocare toros.*—25 Bersm. ed. *vera fides.*—26 *Cogar* scribit Heins. vulgo *cogor.*—28 Prima Ed. *Victuræ jam n. pectore.* Heusing. scribit *sumo,* et hunc versum parentheseos notis ab oratione reliqua sejungit. —35 *Deis* reposuit Heins. vulgo *Deus.*—36 Ed. Bersm. *instruit.*—41 Alii

Dicitur et Coa sedisse in veste puellæ.
Illa Cleonæo tecta leone fuit.
Te memini Phœbum, Œnone, (mea crimina dico)
Fugisse, et nostros præposuisse toros.
Non ego præstabam Phœbo: sed tela Cupido
His in te voluit legibus ire sua.
Consolare tamen digna tua pellice damna:
Quam tibi prætulimus, nata puella Jove est.
Sed quod nata Jove est, minimum me tangit in illa:
Quod non est facies pulchrior ulla, nocet.
Atque utinam formæ judex incallidus essem
Creditus Idæis, Pegasi Nympha, jugis!
Non mihi Junonis, nec obesset Pallados ira;
Laudata est oculis quod Cytherea meis.
Dividit hæc aliis flammas celeresque paresque:
Ut libitum est, nati temperat ipsa faces.
Non tamen evaluit vitare domestica tela.
Quos aliis arcus, et sibi dura tulit.
Deprensam conjux illam in Mavorte dolebat.
Testibus hic Divis cum Jove questus erat.
Jam dolet et Mavors, terras ultroque reliquit:
Prætulit Anchisen huic habitura suum.
Anchisen propter voluit formosa videri:
Visaque post latam jacuit ulta Deam. *
Quid mirum est potuisse Parin succumbere Amori,
Immunis sub quo non fuit ipsa parens?
Quam læsus Menelaus amat, non læsus amavi.
Adjice, non læso quod comes ipsa fuit.

Pinniferamque.—45 *Coa* corr. Heins. vulgo *Coæ.*—51 Al. *Consuluere tamen*, vel *Consolere.*—54 Pro *nocet* Heins. vult *movet.*—55 Idem *male callidus.*—58 Idem *Blandita est oculis.*—63 *Deprensam illam* prima Ed. alii *Deprensa illa.*—65. 66 Margo Bersm. et ed. Gryph. ann. 1554. *Cælo terrasque relicto*, et mox *hinc habitura:* vulgo *his abitura. Habitura* etiam prima Ed. *Huic habitura* a conj. Heins. Gryph. alia *hinc abitura.* Burm. vult *ultorque reliquit, Prætulit, Anch. hæc hab. s.* Heusing. legit: *Terras, utroque relicto,* (vel *utroque relictis,*) *Prætulit, Anch. hic h. s.*—68 Heins. conj. *Divaque postlatos marcuit* (vel *languit*) *ulta Deos*, vel etiam *Bisque ita* (vel *Bis Dea*) *postlatos marcuit ulta Deos.* Heusing. mavult *Visaque, postlatos mœruit ulta Deos.*—69. 70 *Parin succumbere;* et mox *ipsa parens* emend. Heins. vulgo *pari succurrere*, et *ipse Paris:* margo Bersm. et ed. Gryph. *ipsa Parin.*—72 Ed. Bersm. *ipse fuit.*—73 *Cogit* conj.

Et magnos (video) cogit mihi rapta tumultus:
  Armatæque petunt Pergama mille rates.
Non vereor belli ne non sit causa probanda:
  Est illi facies digna movere duces:
Si mihi nulla fides; armatos respice Atridas.
  Quam sibi sic repetunt, sic metuenda mihi est.
Quod si vertendæ spem mentis concipis hujus;
  Cur cessant herbæ, carmina curve tua?
Nam te nec Phœbi solertior artibus ulla est;
  Phœbeæque Hecates somnia vera vides.
Tecum sideribus, tecum deducere Lunam
  Nubibus, et memini surripuisse diem.
Pascebam tauros: interque armenta leones
  Obstupui placidos vocibus ire tuis.
Quid retro Xanthum, retro Simoënta vocatum
  Adjiciam cursus non tenuisse suos?
Ipse pater Cebren, natæ male tutus ab ore,
  Cantatas quoties restitit inter aquas!
Nunc locus Œnonæ est, nunc illam ostende: parabis
  Sive tuos ignes pellere, sive meos.

Heins. atque ita margo Bersm. vulgo *cogi*.—78 Heins. conj. *sic retinenda*, et ita edd. Plant. Gryph. et Bersm.—81 *Nam te* a conj. Heins. vulgo *Cum te*.—89 *Cebren* et *tutus ab ore* restituit Heins. vulgo *ceu rem*, vel *seu rem*; et *tutus haberet*.—91 Ita emendavit Heins. vulgo *Œnone est: nunc illas tende, paravit*, vel *parabit*. *Parabis* etiam unus liber Bersm. et ed. Gryph. ann. 1551.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBRI XV.

NASONIS EPIGRAMMA.

Orba parente suo quicumque volumina tangis,
His saltem vestra detur in urbe locus.
Quoque magis faveas, non sunt hæc edita ab illo,
Sed quasi de Domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, erat.

INDEX EORUM

QUÆ

IN UNOQUOQUE LIBRO

METAMORPHOSEON OVIDII

CONTINENTUR.

LIBRI I.

METAMORPHOSEON.

Chaos in quatuor elementa.
Cœlum et terram quinque distingui zonis.
Quatuor ventorum regiones.
Hominis origo.
Quatuor ætatum descriptio.
Gigantum sanguis in homines crudeles.
Lycaon in lupum.
Lactei circuli descriptio.
Jovis oratio.
Diluvii descriptio.
Lapides in homines.
Terra in varias animalium figuras.
Pythonis serpentis cædes.
Pythia ludi.
Cupidinis sagittarum descriptio.
Daphne in laurum.
Tempe descriptio.
Io in vaccam.
Argi oculi in caudam pavonis.
Syrinx nympha in calamum.
Io vacca in humanam formam.
Phaëthontis Epaphique contentio.

LIBRI II.

Regiæ solis descriptio.
Quatuor anni partes.
Solis currus descriptio.
Equorum solis nomina.
Terræ incendium.
Telluris querelæ.
Phaëthontis casus.
Heliades in populos.
Cycnus rex Ligurum in olorem.
Calisto Lycaonis filia in ursam.
Arcas cum Calisto matre in sidera.
Corvus ex candido niger.
Coronis in cornicem.
Erichthonius sine matre natus.
Nyctimene in noctuam.
Ocyroë Chironis filia in equam.
Apollo in pastorem.
Battus in lapidem indicem.
Aglauros Cecropis filia in saxum.
Invidiæ domus descriptio.
Invidiæ effictio.
Jupiter in taurum.
Europa ex Phœnicia in Cretam avecta.

LIBRI III.

Draconis dentes in viros armatos.
Cadmus Bœotiæ conditor.
Actæon in cervum.
Bacchus ex Semele Cadmi filia.
Juno in anum.
Bacchi educatio.
Tiresias in fœminam.
Tiresias in marem.
Narcissus in florem.
Echo in vocem.
Tyrrheni nautæ in delphinos.
Bacchus in puerum.
Penthei descriptio.

LIBRI IV.

Bacchi nomina.
Dercetis Babylonia in piscem.
Semiramis in columbam.
Nais in piscem.
Mora ex albis nigra Pyrami et Thisbes sanguine effecta.
Veneris cum Marte adulterium.
Leucothoë in thuris arborem.
Clytie in heliotropium herbam.
Daphnis Idæus in saxum.
Scython in fœminam.
Celmus puer in adamantem.
Crocos cum Smilace in flores.
Salmacidis fontis natura.
Hermaphroditus cum Salmacide nympha copulatus.
Mincides in vespertiliones.
Ino Athamantis uxor in Deam.
Viæ ad Inferos descriptio.
Juno ad Inferos.
Melicerta in Deum marinum.
Comites Inus in saxa et aves.
Cadmus cum uxore in anguem.
Jupiter in aurum.
Persei gesta.
Guttæ sanguinis Medusæ capitis in serpentes.
Atlas in montem.
Andromeda cete exposita.
Virgulta in coralia.
Andromedæ Perseique nuptiæ.
Pegasus equus alatus e sanguine Medusæ.
Medusæ capilli in serpentes.

LIBRI V.

Cephenes Perseum oppugnantes in saxa.
Cephenum tumultus descriptio.
Phineus Cephei frater in statuam.
Prœtus in lapidem.
Polydectes in saxum.
Hippocrenes fontis descriptio.
Pyrenei sacrilegium.
Musæ in aves.
Pierides in picas.
Gigantomachiæ descriptio.
Jupiter in arietem.
Apollo in corvum.
Bacchus in caprum.
Diana in felem.
Juno in vaccam.
Venus in piscem.
Mercurius in ibim.
Cereris laudes.
Proserpinæ raptus.
Pergi lacus descriptio.
Cyane nympha in stagnum.
Puer temerarius in stellionem.
Arethusa nympha in fontem.
Ascalaphus in bubonem.
Sirenes in aves.
Lyncus rex Scytharum in lyncem.

LIBRI VI.

Arachne in araneam.
Arachnes cum Pallade certamen.
Pallas in vetulam.
Telarum Palladis Arachnesque descriptio.
Hæmus et Rhodope in montes.
Pygmæa in gruem.
Antigone in ciconiam.
Cynaræ filiæ in saxa.
Jupiter in taurum.
Jupiter in aquilam.
Jupiter in cycnum.
Jupiter in satyrum.
Jupiter in Amphitryonem.
Jupiter in aurum.
Jupiter in ignem.
Jupiter in pastorem.
Jupiter in serpentem.
Neptunus in juvencum.

Neptunus in Enipeum fluvium.
Neptunus in arietem.
Neptunus in equum.
Neptunus in delphinem.
Apollo in pastorem.
Apollo in accipitrem.
Apollo in leonem.
Bacchus in uvam.
Saturnus in equum.
Niobe in marmor.
Niobes filiorum mors.
Amphionis exitus.
Lycii rustici in ranas.
Marsias in fluvium.
Eburneus Pelopis humerus.
Tereus in upupam.
Progne in hirundinem.
Philomela in lusciniam.
Orithyiæ raptus.
Zetes et Calais alati.

LIBRI VII.

Draconis dentes in homines armatos.
Jasonis in Colchos expeditio.
Phinei calamitas.
Medeæ amores.
Tauri ignem efflantes.
Pervigilis Draconis sopor.
Æson ex sene juvenis.
Aridus olivæ ramus in viridem.
Guttæ aquæ in flores.
Nutrices Bacchi ex vetulis juvenes.
Aries senio confectus in agnum.
Peliæ cædes.
Cerambus in avem.
Draco in saxum.
Juvencus in cervum.
Coæ mulieres cornutæ.
Telchi visu omnia mutantes.
Hyries filius in cycnum.
Hyrie in lacum.
Combe in avem.
Fungi in homines.
Phineus in avem.
Periphas in avem.
Polyphemonis filia in avem.
Medea ad Ægeum.
Cerberi spuma in aconitum.
Thesei gesta.
Scironis latronis ossa in scopulos.
Minois bellum in Athenienses.
Sithonis in monedulam.
Ægina insula quæ et Œnona.
Æaci filii.
Formicæ in homines.
Pestis descriptio.
Cephalus Procris maritus in aliam figuram.
Vulpes et canis in saxa.
Procridis mors.

LIBRI VIII.

Nisus in halietum avem.
Scylla in Cyrim avem.
Muri vocales.
Labyrinthi Cretensis descriptio.
Ariadnæ corona in sidus.
Dædali volatus.
Talus puer serræ circinique inventor, in perdicem.
Dædalus ad Cocalum.
Apri Calydonii descriptio.
Atalantæ forma.
Althææ fratres a Meleagro cæsi.
Stipes in quo Meleagri vita.
Meleagri mors.
Meleagri sorores in aves meleagridas.
Naiades in Echinadas insulas.
Perimele nympha in insulam.
Oppidum in stagnum.
Jupiter cum Mercurio in homines.
Casa in templum.
Philemon cum Baucide uxore in arbores.
Proteus in varias formas.
Metra Erisichthonis filia in varias figuras.
Erisichthonis impietas.
Famis patria.
Famis descriptio.
Fœdus Erisichthonis exitus.
Achelous in varias figuras.

LIBRI IX.

Acheloi Herculisque lucta.
Achelous in anguem.
Achelous in taurum.
Copiæ cornu.
Nessi centauri cædes.
Tunica a Deianira ad Herculem missa.

Herculis labores.
Lichas in scopulum.
Hercules in Deum.
Galantis in mustelam.
Dryope in arborem.
Lotos nympha in arborem.
Iolaus senex in juvenem.
Callirhoës pueri in juvenes.
Deos quoque fatis obnoxios esse.
Miletus Mileti urbis conditor.
Byblis Mileti filia in fontem.
Caunus Byblidos frater, Cauni urbis conditor.
Iphis puella in marem.

LIBRI X.

Orphei Eurydicesque nuptiæ.
Orphei ad Inferos descensus.
Atys in pinum.
Cyparissus in cupressum.
Orphei carmen.
Jupiter in aquilam.
Hyacinthus puer in florem.
Hyacinthia festa.
Propetides in saxa.
Cerastæ in tauros.
Statua eburnea in virginem.
Myrrha Cinyræ filia in arborem.
Adonis in florem.
Hippomenes in leonem.
Atalanta in leænam.
Mynte nympha in mentam.

LIBRI XI.

Serpens in saxum.
Orphei cædes.
Bacchæ Thraciæ in arbores.
Midæ stoliditas.
Contacta a Mida in aurum.
Arena Pactoli in aurum.
Midæ aures in asininas.
Cannæ vocales.
Apollo cum Neptuno in homines.
Hesionæ Laomedontis filiæ liberatio.
Thetis in varias formas.
Ceyx in avem.
Dædalion in accipitrem.
Lupus in saxum.
Haleyone in avem.
Somni domus descriptio.
Dei somni effictio.
Morpheus in homines.
Phobetor in animalia bruta.
Phanthasos in inanimata.
Morpheus in Ceycem.
Æsacus in mergum.

LIBRI XII.

Serpens in saxum.
Iphigenia, Agamemnonis filia, in cervam.
Famæ domus descriptio.
Protesilai cædes.
Cycnus puer in avem.
Cæneus in avem.
Cænis puella in marem.
Pirithoi et Hippodamiæ nuptiæ.
Lapitharum Centaurorumque prælia.
Periclymenus, Nelei filius, in varias figuras.
Achillis mors.

LIBRI XIII.

Ajax in hyacinthum florem.
Armorum Achillis judicium.
Ajacis oratio.
Artificiosissima Ulyxis oratio.
Hecuba in canem.
Polydori cædes.
Polyxenæ immolatio.
Polymnestoris Thraciæ regis excæcatio.
Memnonis cineres in aves.
Æneæ in Latium navigatio.
Anii filiæ, omnia suo tactu in frumentum, vinum, oleumve convertentes, in columbas.
Duo juvenes ex rogi favilla.
Index in saxum.
Siciliæ descriptio.
Scylla in monstrum.
Acis in fluvium.
Polyphemi cantilena.
Glaucus in Deum marinum.

LIBRI XIV.

Scyllæ inguina in canes.
Cercopes in simias.
Sibylla in vocem.
Socii Ulyxis in porcos.

Socii Ulyxis in pristinam formam.
Picus in avem.
Pici comites in feras.
Canens Pici uxor loci nomen.
Diomedis socii in aves.
Apulus pastor in oleastrum.
Æneæ naves in nymphas.
Navis in scopulum.
Ardea in avem.
Æneas in Deum indigetem.
Albani reges.
Vertumnus in varias figuras.
Vertumnus in vetulam.
Anaxarete puella in saxum.
Urbis Romæ conditores.
Aquæ frigidæ in calidas.
Romulus in Deum.
Hersilia, Romuli uxor, in Deam Oram.

LIBRI XV.

Calculi albi in nigros.
Numa ad Pythagoram.
Pythagoræ dogmata.
Pythagoræ sermo.
Pythagoræ metempsychosis.
Pythagoras in Euphorbum.
Omnium rerum vicissitudinem esse.
Annus in quatuor partes.
Quatuor hominis ætates.
Sperma hominis in hominem.
Ex quatuor elementis omnia fieri.
Omnia in quatuor elementa resolvi.
Terra in mare.
Mare in terram.
Mira Lyci fluminis natura.
Erasinus fluvius.
Caicus fluvius.
Amasenus fluvius.
Anigrus fluvius.
Hypanis fluvius.
Insulæ in continentem.
Ex continenti insulæ.
Helice Buraque urbes submersæ.
Ex planitie montes.
Mira aquarum natura.
Crathis et Sybaris fluvii.
Salmacidis fontis natura.
Æthiopiæ lacus.
Clitorii fluvii natura.
Lyncestus fluvius.
Arcadiæ lacus.
Ortygia insula ex mobili immobilis.
Symplegades insulæ olim instabiles.
Ætnæ montis incendium.
Homines in aves.
Scythicæ mulieres in aves.
Apes ex vitulis.
Crabrones ex equis.
Scorpius ex cancro.
Tineæ agrestes in papiliones.
Limus in ranas.
Informis caro in ursum.
Apes sine pedibus.
Aves ex ovi medio.
Hominis spinæ medulla in anguem.
Phœnix ex seipso.
Hyænam feram modo marem modo fœminam esse.
Mira chamæleontis natura.
Lyncurium ex lyncum urina.
Coralium ex molli durum.
Gentium vicissitudines.
Trojæ ruina.
Sparta.
Mycenæ.
Athenæ.
Thebæ.
Romæ origo.
Hominem ex anima et corpore constare.
Numæ regnum.
Hippolytus in Virbium.
Egeria, Numæ uxor, in fontem.
Gleba in puerum.
Hasta Romuli in arborem.
Cippo cornua.
Æsculapius in anguem.
Æsculapius Romam advectus.
Julius Cæsar in cometen.
Augusti laudes.
Metamorphoseon commendatio.

METAMORPHOSEON

SERIES COMPENDIOSA,

EX

GUILIELMI CANTERI

NOVARUM LECTIONUM

LIBRO I. CAP. 20.

Existimo equidem multis, cum Ovidii Transformationes legunt, idem quod mihi sæpe, contingere: ut perpetuam illam et nunquam interruptam narrationum tam variarum connexionem satis mirari nequeant: quodque in hoc Opere Poëta tam convenienter proposito suo, a prima mundi origine ad sua usque tempora, perpetuum carmen artificiosissime deducat. Quæ quidem res ita me semper delectavit, ut temperare mihi tandem non potuerim, quin, Opere toto semel pervoluto, ordinis rationem per singulas fabellas considerarem, atque adeo totum Opus quasi in Epitomen quandam redigerem: ut quam ex partibus singulis olim voluptatem ceperam, eam post e toto poëmate breviter sub oculos posito longe pleniorem perciperem: et Poëtæ ingenium, ut in aliis rebus multis, ita in hac præcipue non vulgare fuisse deprenderem. Hujus porro voluptatis fructum ut cum aliis etiam, nec invitis fortasse, communicemus; visum est hoc loco Transformationes Ovidii, quam brevissime fieri potuit, excerptas, Lectori, tanquam in tabella, spectandas proponere: earumque methodum omnem velut digito commonstrare. Ea vero talis est.

Liber I. Principio Chaos in elementa quatuor distinguitur, quibus cum sui darentur singulis incolæ; homo ex terra et aqua creatus est. Secutæ sunt ætates hominum quatuor. In quarum postrema de Gigantum sanguine nati sunt homines. Qui cum essent impii, Jupiter, quamvis antea Lycaonem in lupum mutarat, generali nihilominus supplicio diluvium inducens, omnia in aquam convertit. Hic soli relinquuntur superstites, Deucalion et Pyrrha. Qui post redditam terram, jactis post terga lapidibus, humanum repararunt genus. Nam reliqua quidem animalia sponte sua ex humore et calore prodierunt. In his etiam Pytho serpens. Quem cum Apollo interemisset,

Pythios ludos in rei memoriam instituit, quibus victores æsculea corona donabantur: nondum enim extiterat laurus, donec in eam Daphne puella fuit conversa. Quod cum accidisset, tum ad patrem ejus Peneum reliquis fluviis, sive congratulandi sive etiam consolandi gratia congregatis, solus desideratus est Inachus, quod de filia Ione solicitus esset, quam Jupiter post stuprum in juvencam commutarat. Ea cum ab Argo custodiretur, hunc Mercurius, narrata prius nymphæ Syringis in arundinem transformatione, occidit: cujus oculi deinde a Junone in pavonem collati fuerunt. Tum Iö, pristina mulieris forma recepta, Epaphum parit.

Lib. II. Qui cum aliquando Phaëthonti Apollinem, ut falsum ac supposititium patrem, objecisset, ille currus Solaris imperium ad diem unum a patre in pignus veræ stirpis petiit. Quo impetrato, terra ab eo tota accenditur, et inter cetera nigrescunt Æthiopes. Phaëthontem deinde fulmine percussum dum lugent sorores, et una cognatus Cycnus; illæ in arbores, hic in cycnum mutatur. Tum Jupiter lustrato terrarum orbe, ac pristino vigori restituto, in Callistonem incidit, eamque sumta Dianæ forma stupravit. Ob id irata Juno, Callistonem in ursam convertit: quam postea Arcas filius transfixurus fuerat, nisi utrumque Jupiter inter sidera retulisset. Qua de re cum apud Oceanum Juno conquesta esset, in cœlum relata fuit humeris pavonum, qui nuper variati fuerant: sicut et corvus nuper ex albo niger erat redditus, cum cornicis monitis, quæ illi tum suam in cornicem, tum Nyctimenes in noctuam mutationem explicarat, non obtemperasset: verum audacter Coronidis adulterium ad Apollinem detulisset. Ejus deinde filio, Æsculapio, dum futura prædicit Ocyroë; in equam ira divina vertitur. Tum Chiron pater Apollinis auxilium frustra invocavit: quod ille jam in Elide pastor factus, aliud ageret, neglectis etiam bubus. Id quod Mercurio furandi occasionem dedit: qui deinde, Batti, (is erat solus furti conscius,) perfidia se commutando deprehensa, ipsum in indicem lapidem convertit. Inde in Atticam ingressus, Herse, Cecropis filia, potitur. Cui dum invidet soror Aglaurus, in saxum obrigescit. Postea Jupiter, cum ipsum boves Agenoris ad littus advertere jussisset, sumta tauri specie, Europam per mare in Cretam transvexit.

Lib. III. Hic Agenor Cadmum jubet filiam amissam investigare. Quod dum ille facit, e dentibus draconis occisi satis enascuntur homines: cum quibus ille deinde Thebas condidit. Huic primum valide luctuosa fuit nepotis Actæonis in cervum mutati dilaceratio: quamvis Junoni grata fuerit, quæ Semelen pellicem oderat. Ideoque ad ipsam facie Beroës nutricis accedens, mortem illi procuravit. Paulo post Jupiter cum Junone disputans, utra sit Venus suavior, Tiresiam adhibet arbitrum: quandoquidem sexum utrumque fuerat expertus. Is lata contra Junonem sententia, ab illa quidem visu privatus, a Jove autem vaticinandi scientiam consecutus est. Primum ejus oraculum in Narcisso comprobatum fuit: qui cum puellas omnes, inter quas et Echo præ amoris impatientia in vocem fuerat conversa, contemsisset; sui ipsius denique amore contabescens, flos factus est. Penthens tamen vatem hunc irridebat, quanquam et ipsi vera prædixerat. Nam, cum Bacchi celebrarentur Orgia, ille famulum quendam sacrorum, postquam nautas in pisces fuisse transformatos intellexerat, in vincula conjecit: atque inde a Bacchis fuit discerptus: id quod magnam apud omnes fidem sacris conciliavit.

Lib. iv. Alcathoë tamen, una cum sororibus, constanter ea contemnebat. Sic ut festo die varias ad colum historias illæ inter se narrare cœperint, partim de moris denigratis, partim de Apolline in Eurynomen verso, ut cum Leucothoë concumberet: quamobrem Clytie zelotypa in heliotropium mutata: partim etiam de Hermaphrodito et Salmacide nympha, in unum corpus concretis. Quo facto, sorores ipsæ in vespertiliones, earumque telæ in vitem et pampinos transformatæ sunt. Hac de re cum Agave lætaretur, magnus ei dolor oblatus est: cum Ino et Athamas in mare per insaniam prosiluerunt, factique sunt Dii marini. Quos dum mulieres Thebanæ pro mortuis deplorant, in saxa et volucres commutantur. Cadmus quoque hac calamitate commotus, relictis Thebis, in Illyriam cum uxore profectus est: ubi uterque anguineam formam accepit. Solus ergo restabat de Bacchi contemtoribus Acrisius, avus Persei, qui Gorgonis caput amputavit, e cujus guttis in terram delapsis angues exorti sunt: et Atlantem in montem, virgasque, post Andromedam liberatam, in lapides convertit. Orto deinde in nuptiis tumultu, Phineum cum suis, unaque Prœtum et Polydecten, saxeos reddidit.

Lib. v. Tum Pallas, quæ hactenus comes fuerat, ipso relicto, in Heliconem se confert, ut Hippocrenen inspiciat. Ibi narrant illi Musæ de Pyreneo, et Pieridibus in picas conversis; postquam, cantu de variis transformationibus instituto, cum ipsis contendissent.

Lib. vi. Quo exemplo mota Dea, anum se fecit. Itaque inito cum Arachne texendi certamine, postquam utriusque tela varias transformationes repræsentavit, ipsam in araneam mutavit. Nihil tamen hoc Nioben movit, quo minus amissis liberis in saxum obdureseeret. Quo quidem cognito, vulgus Lycios rusticos in ranas a Diana versos, et Marsyam ab Apolline excoriatum, in memoriam revocavit. Cumque ad consolandos Thebanos urbes finitimæ convenissent, soli defuerunt Athenienses: quoniam a Tereo Rege infestabantur. Qui deinde stuprata Philomela, in upupam transformatus fuit: quemadmodum et Philomela in lusciniam, ac Procne in hirundinem. Quæ res Pandioni socero intellecta, mortem attulit. Huic in regno successit Erechtheus: e cujus filia Orithyia, Boreas Calain procreavit et Zethen. Qui in Argonautarum numero quondam fuerunt; cum Jason, seminatis serpentis dentibus, e quibus homines armati prodierunt, et dracone sopito, vellus aureum retulit.

Lib. vii. Is postquam domum cum Medea rediit, Æsoni illa juventutem reddidit. Eandemque Peliæ pollicita, præmisso arietis in agnum reformati specimine, dolo eum occidit. Inde per varia loca multis insignia transformationibus delata, post occisos liberos, Ægeo nupsit. Contra hunc postea bellum movit Minos; collectis undique copiis: ut et e Paro. Quam cum Arne quondam prodidisset, in monedulam fuerat conversa. At Æacus ab Ægeo stetit, et ad eum Myrmidones suos, e formicis ortos, auxilio misit, duce Cephalo: qui olim uxorem suam, mutata sibi forma, in adulterium pellexerat, canemque suum simul cum vulpe in saxa converti viderat.

Lib. viii. Minos interim Alcathoën obsidet: qua capta, Nisus in haliæetum et Scylla in cirin fuere translati. Hinc in Cretam ille reversus est, ubi Minotaurus labyrintho erat inclusus. Quem cum Theseus de medio sustulisset, cum Ariadne in patriam rediturus, eam in itinere dereliquit. Tunc eam Bacchus assumsit, ejusque coronam inter sidera collocavit. Icarus vero, cum

ex insula conaretur post patrem evolare, submersus est: ejusque exequias celebrantem patrem vidit perdix, e Talo nuper transformata. Theseus interea, cum valde celebris jam esset, ad aprum Calydonium, cujus interfectore sublato, sorores ejus in meleagrides aves mutatæ sunt, fuit convocatus. Inde ad Acheloum divertitur, et Echinades insulas conspicit, in quas Naiades erant conversæ. Quod ita fieri potuisse Lelex, primum Baucidis et Philemonis probat exemplo, qui in arbores fuerint commutati: sicut et domus ipsorum in templum, ac pagus ipse in stagnum. Achelous deinde Protei et Mestræ transformationes adjicit, ac suas denique, quibus usus quondam fuerat, cum ipsum premeret Hercules, gratia Deianiræ.

Lib. ix. Hæc illi postea vestem misit, qua periit (postquam Lichas in scopulum fuit translatus) et in cœlum traductus est. Tum Alcmena ad Iolen se contulit: eique Galanthidem in mustelam, et illa vicissim sororem suam in arborem conversam narravit. Interim supervenit ipsis Iolaus, reparata per Heben juventute. Id quod non posse omnibus contingere, Jupiter Æaci exemplo docet. Hunc fugiens Miletus, in Asiam discessit, et Byblidem procreavit atque Caunum: cujus illa desiderio tabefacta, in fontem periit. Quæ quidem res magis mira cunctis visa fuisset; nisi paulo ante Iphis, ipso nuptiarum die, virilem sexum accepisset.

Lib. x. His porro nuptiis qui interfuerat Hymenæus, ad Orpheum inde se contulit, sed malo omine: quandoquidem mox obiit Eurydice, et postea secundo. Cum quidem non aliter obstupuit Orpheus, quam qui Cerbero conspecto saxeus est effectus. Postea cum in monte quodam varias transformationes lyra exprimeret, accurrerunt arbores omnes, et inter ceteras pinus ex Aty, et cupressus e Cyparisso mutata.

Lib. xi. Hinc Thraciæ mulieres cum illum discerpsissent, in arbores mutatæ sunt. Tum Bacchus e Thracia recessit, et Midæ pro Sileno restituto auri copiam fecit: cujus cum illum pœniteret, in Pactolo lotus, arenas ejus aureas reddidit. Postea Phœbus pro iniquo judicio aures illi asininas tribuit. Quo facto, Trojæ mœnia, humanam indutus formam, exstruxit. Hanc urbem postquam cepit Hercules, Hesionam Telamoni uxorem dedit: quandoquidem Peleus jam Thetidem post multas ejus transformationes duxerat: et ad Ceycem postea profectus, Dædalionem in accipitrem, et lupum in lapidem conversum, partim intellexerat, partim ipse viderat. Accidit deinde, ut Halcyone, marito post naufragium sub Morphei figura secundum quietem conspecto, in avem, sicut et maritus, mutaretur. Quos in aëre volantes cum animadvertissent quidam, Æsacum quondam in mergum, qui tum forte aderat, meminere transformatum.

Lib. xii. Huic tum Priamus pater, tanquam mortuo, exequias fecit una cum filiis; excepto tamen Paride, qui in Græciam profectus erat: quemque deinde persecuti Græci, draconem Aulide lapideum viderunt redditum. Inde Cycnus ab Achille occisus in avem vertitur; cum invulnerabilis fuisset: ut et Cænis olim in Cæneum, post in avem, commutata. Quod cum narrasset Nestor, Periclymeni quoque transformationes adjunxit.

Lib. xiii. Neptunus deinde Achilli mortem procurat. De cujus armis Ajax et Ulixes post mortem contendunt. Ajace vero hac de causa mortuo,

sanguis ejus in hyacinthum vertitur. Capta jam Troja, Hecuba fit canis. Cujus infortunium cum Dii omnes deplorarent, Aurora sola Memnonem duntaxat, avem jam factum, lugebat. Æneas porro profugus ad Anium, cujus filiæ in columbas erant conversæ, aliaque deinceps loca transformationibus clara, delatus est. In Latium denique ut venit, bellum cum Turno suscepit.

Lib. xiv. Is cum per Venulum peteret auxilium a Diomede, cujus socii in aves fuerant mutati, repulsam tulit; redeunte Venulo per ea loca, in quibus pastor quondam in oleastrum erat conversus. Postea naves Æneæ in prælio nymphæ fiunt. Sicut et Ardea, post occisum Turnum, avis: atque Æneas ipse, Indiges. Successerunt huic reges alii. Quorum inter ceteros sub Proca floruit Pomona: quam cum amaret Vertumnus, sumta primum anus forma, et Anaxaretes in saxum conversæ exemplo usurpato; deinde rursum juvenis factus, voto potitur. Inde sub Numitore aquæ frigidæ redduntur calidæ. Cui qui successit, Romulus, factus est Quirinus; ejusque uxor Ora Dea.

Lib. xv. Secutus est Numa: qui cum de originibus Crotonis inquireret, nigros calculos quondam in albos fuisse commutatos comperit; et Pythagoram de perpetuis rerum transformationibus disputantem audivit. Mortuum deinde Numam deflens Ægeria, nec Hippolyti, qui suas ipsi conversiones proponebat, consolationem admitteus, in fontem liquescit. Id quod non minus fuit mirandum, quam quod Romuli lancea arbor, aut Cipus factus est cornutus. Julius Cæsar denique in stellam post obitum commutatus fuit.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER I.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Di cœptis (nam vos mutastis et illas)
Aspirate meis: primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Mens mea *cupit cantare formas versas in nova corpora. Dii (nam vos quoque convertistis illas) favete meis ausis, et deducite poëma continuum a primo exordio orbis ad meam ætatem.*

Metamorphoscon, non *Metamorphoseos*, inscriptum esse hoc opus ab Auctore, Mss. optimorum, auctorum hoc carmen laudantium, Planudis in metaphrasi Græca, et Græcorum, ad quorum imitationem Noster hæc scripsit, evincunt auctoritates, quas vide ap. Heins.—2 Pro *vos* Pal. Berneg. unus Hamb. a m. pr. et Schedæ Leod. *Di;* quæ repetitio concinna Heinsio videbatur et nervosa. *Di* dedit Mitscherl....*et illas.* Codd. quidam *easdem.* Francius conj. vel *nam vos mutastis in illa*, vel *namque has mutastis in illa.*—4 Codd. nonnulli *continuum*, improbante Burm. Plin. VII. Ep. 9. 9. *continuum carmen*

NOTÆ

1 *In nova*] Omnium Poëtarum laudatissimo more hic noster scite et breviter totius operis sui proponit argumentum.

Formas mutatas] Hypallage ad scopum aptissima, pro Corpora mutata in novas formas; nec melius potuit poëta quam verborum conversione ad rerum conversionem descendere.

2 *Et*] Vis est non sine gratia multa in hac causali conjunctione, qua sibi Deos propitios facit Poëta.

3 *Aspirate*] Metaphora a navigantibus, quibus aspirantes venti maxi-

Fab. I. Chaos in Species.

Chaos, ut Hesiodus indicat volumine quod Deorum originem continet, fuit in initio quædam rerum confusio, quæ postea in suas species distributa est, ita ut levissima corporum, æther igneus, et infra hunc aër frigidus, ceteraque sidera sublimem peterent partem universa: per quæ solis splendor ac lunæ vagaretur: gravissima autem, humus, liquorque, in ima parte subsiderent.

Ante, mare et tellus, et, quod tegit omnia, cœlum,
Unus erat toto Naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles;

1. *Mare et terra, et cœlum, quod involvit cetera, fuerunt prius una facies Naturæ in mundo universo, quam vocaverunt Chaos;* quæ quidem fuit *massa crassa et con-*

eodem sensu.—5 Vivianus e suo Cod. notaverat hanc lectionem *et tellus:* extat etiam in uno Med. et recepit Heins. vulg. *et terras.*—6 In Scholiaste inedito Senecæ Tragici ad Thyest. 832. qui servatur in bibliotheca Ultrajectina, legebatur, *primo naturæ,* quod non invenustum videtur Burmanno.—

NOTÆ

mo sunt auxilio. Stultissime vero hodie plerique eorum qui se Christianos vocant non opem a Deo petunt, qua utantur ipsi, sed ipsum Deum volunt turpissimi otii ministrum.

Prima] Non quidem omnino prima, quo nulla mentis humanæ acies penetrare possit; sed a prima rerum distinctione, et ex Chao extractione.

Ab origine] A Judæis ad Ægyptios, ab Ægyptiis ad Græcos, alias deinde gentes ita, quasi per manus, pervenit Patriarcharum traditio, ut, licet variis fabularum involucris obscuratam, ipsissimam tamen veritatem sæpissime retinuisse etiam Ethnicos nullus non possit jure suspicari. Ceterum haud scio, quanquam ex Platonicis, Hesiodo, aliis, plurima hauserit noster, an non ex Judæis ipsis multa surripuerit.

4 *Perpetuum*] Ut ad optatam metam cursu æquabili, perque rerum haud interruptam seriem, pervenire possim. Quæ summa laus est tum ingenii, tum artificii Poëtæ, qui tot fabulas tam reconditas, tam varii argumenti, continua serie, et quasi contigua structura, ad modum annulorum in torque aut catena consertorum, ab orbe usque condito ad Augusti tempora tam apte contexuerit.

Deducite] Voci *perpetuum* verbum aptissime respondens; metaphora a lanam trahentibus seu fila ducentibus, sumta.

6 *Vultus*] Forma, figura, species, imago.

7 *Chaos*] Per istam Poëtarum vocem nihil aliud intelligendum, quam philosophorum materia prima; tantaque omnium rerum confusio, ut omnia sint quasi unum. Quem prope arbitror fuisse naturæ statum post Angelorum malorum apostasiam: de quibus non hic locus est prolixe disputandi.

Nec quicquam, nisi pondus iners ; congestaque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan;
Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe ;
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis : nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quaque fuit tellus, illic et pontus et aër:
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
Lucis egens aër ; nulli sua forma manebat.
Obstabatque aliis aliud : quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc Deus et melior litem Natura diremit :

fusa, nec aliud, quam pondus ignavum, et semina dissidentia rerum male cohærentium in unum coacta. Nullus Sol ministrabat adhuc lucem orbi ; nec Luna renovabat nova cornua crescendo ; nec terra stabat in aëre circumfluo suspensa sua gravitate ; nec mare extenderat brachia ad vastas et dissitas *oras terrarum : et qua* parte *fuit terra, ibidem et mare et aër* fuerunt. *Eo modo terra non erat solida, nec aqua natabilis,* aut fluida ; *aër* erat *luce carens : nulli sua forma constabat. Atque unum cetera impediebat ; quia in eadem mole frigida certabant cum calidis, humida cum aridis, mollia cum duris, gravia cum levibus. Deus et æquior Na-*

8 Quidam Codd. *congestaque in unum.*—9 Heins. *dissortia rerum.*—11 In quibusdam *renovabat cornua.*—13 Alii *Ponderibus libranda.* Cod. Ms. Academiæ Berolinensis, *nec margine longo Brachia terr.*—14 Unus liber *riparum* pro *terrarum.* In multis *Amphitrides ;* in aliis *Amphitrites.*—15 Alii *Quaque erat et tellus.* Porphyr. ad Horat. Od. III. 4. *Quaque fuit tellus ; illic et pontus, ut aër.* Hoc placuit Jac. a Cruce, eo quidem sensu, ut post *Quaque* (ubique) *fuit tellus* suspendatur oratio, tum inferatur *illic et pontus* (fuit) *ut* (ubi) *aër.* Ms. Francof. et alii, *Ut qua erat et tellus, illic.* Burm. suadebat, *Utque fuit tellus illic, ubi pontus et aër, Sic erat, &c.* ut similitudo inferatur.—18 *Quod cor-*

NOTÆ

8 *Congestaque*] Certe felicissime rem ipsam expressit; nec verbis ullis melius, credo, dici possit.

10 *Titan*] Sol est, a patre Hyperione ex Titanibus uno sic appellatus.

11 *Phœbe*] Luna est, a fratre Phœbo, seu Sole, sic dicta.

13 *Librata*] Rem istam perspicue explicant Cartesiani, quorum consulenda philosophia.

14 *Amphitrite*] Neptuni fuit uxor, quæ hic pro mari terram circum terente et alluente ponitur ; παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν.

19 *Frigida pugnabant*] Totus hic locus rhetoricus est magis quam philosophicus aut verus.

21 *Deus*] Ille vero est, qui, quanquam ab omni concretione et materia liber, infinita sua potentia omnia sentit et movet. Quod qui non capiet, auræ divinæ nescius quæ in ipso est,

Nam cœlo terras, et terris abscidit undas,
Et liquidum spisso secrevit ab aëre cœlum.
Quæ postquam evolvit, cæcoque exemit acervo,
Dissociata locis concordi pace ligavit.
Ignea convexi vis et sine pondere cœli
Emicuit, summaque locum sibi legit in arce.
Proximus est aër illi levitate locoque :
Densior his tellus, elementaque grandia traxit;

tura composuit hanc discordiam. Separarit enim terram a cœlo, et aquam a terra, et sejunxit ætherem fluidum ab aëre crasso. Quæ postquam expedivit, et extraxit obscura congerie, conjunxit ea *separata locis amica concordia. Igneus impetus convexi cœli et sine mole exiliit, et sibi elegit sedem in arce ultima. Aër est illi proximus levitate et sede. Terra* est *spissior istis, et sumsit principia crassiora: et*

pore legit Gebhard. Crepund. I. 6. In Bernegger. cod. erat *corpora*.—23 In Aldin. *ab æthere:* meliores *ære*.—27 Fl. et tres alii *fecit in arce*, non impro-

NOTÆ

aut verius ipse est, corporis molem agitans, caveat cæcitate sua in propriam perniciem violare.

Natura] Nihil est aliud, quam res ipsæ, vi divinæ voluntatis, eo quo sunt modo dispositæ, seseque invicem producentes.

23 *Spisso*] Respectu ætheris, scilicet, propter vapores e terra in aërem ascendentes.

Cœlum] Pro æthere posuit, qui purissimus est et clarissimus.

24 *Cæco*] Chao, scilicet, quod in tenebris latebat.

25 *Dissociata*] Vere equidem locis distincta elementa pro majori sui parte, non ita tamen ut non simul maneant, et ex uno generetur aliud.

Concordi pace] Quia præsertim, tametsi figura sua, motu aut quiete, aliisque ejus generis quæ evolvunt physici, diversa sint inter se elementa, multa tamen habent communia, quæ, ut loquuntur, ex identitate fluunt materiæ.

26 *Convexi*] Eo nomine appellatur corpus in orbem figuratum, cum extrinsecus consideratur; intrinsecus *concavum* dicitur.

Sine pondere] Non bene hæc a veteribus fuerunt intellecta, quæ ex Cartesianis facile est cupienti cognoscere; hic evolvere non licet.

27 *Arce*] De cœlo quod finxerunt, loquitur, ultimo, et supremo: namque in editioribus locis solent arces ædificari.

28 *Proximus est aër*] Hinc factum, ut Juno, quo nomine aër intelligitur, soror et conjux Jovis, qui ignis est, seu æther, dicatur. Atque huc pertinet audax illud Homeri commentum de Junone in aëre a Jove suspensa. Quas fabulas, seu potius veritatis, indignis et porcis non objiciendæ, involucra si quis quoad usum damnaverit, hinc saltem veritatis ipsius increatæ methodum dediscat damnare. Qui melius quam ænigmatibus, et sibi et suis non potuit, adversus stultissimos et ferocissimos mundi porcos, consulere. A Deo patre luminum, videntes occæcante, orta est veritas sub carne latens, in qua hærent carnei, per quam ad spirituales in carne latentes oportuit descendere.

Et pressa est gravitate sui : circumfluus humor
Ultima possedit, solidumque coërcuit orbem.

Fab. II. Terra in varias personas.

Separata erat terra a ceteris elementis, sed homo nondum natus, ipsius terræ futurus cultor ac dominus. Itaque Promethens Iapeti filius terram imbre mollivit, et ex hac hominem ad Dei similitudinem ac imaginem finxit, cui facies non prona, ut cetera animalia, esset in terram, sed cœlum spectaret erecta.

Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit, sectamque in membra redegit ;
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
Tum freta diffundi, rabidisque tumescere ventis

compacta est suo pondere. Aqua circumfusa quartam partem obtinuit, et compescuit durum terrarum *orbem.*

11. *Postquam, quisquis ille fuit Deorum, eo modo divisit et ordinavit acervum, et divisum in partes reduxit, primo rotundavit terram in modum ingentis globi, ne non esset æqualis ab omni parte. Deinde imperavit maria diffluere, et turgescere ventis*

---

bante Burmanno.—30 Cant. et viginti alii *grarit. sua.*—32 R. unus *Sic ubi compositam.*—36 *Diffundi* pro vulg. *diffudit* Heins. ex Urbin. et Langerm.

NOTÆ

29 *Elementaque*] Per elementa partes intelligit crassiores, quibus res terrenæ componuntur.

Traxit] Veterum sequitur opinionem, quasi appetitu quodam naturali Terra graviora deorsum raperet.

30 *Humor*] De aquæ elemento loquitur.

31 *Ultima*] Non dixit *infima*, quod philosophis falsum fuisset ; nam, secundum eorum opinionem, terra gravissima et in centro posita ; quod aperte indicat Poëta cum humorem dicit *circumfluum*. Sed per *ultima* quartum intelligit elementum, quod ultimo nominavit, ei rei serviens, quod totum mundum in orbem dispositum, et in centro coarctatam terram voluit affirmare ; cum oculis et plebi ultimum videatur, et in centro positum aquæ elementum terram penetrans, quodque non videmus undiquaque terram cingere. Quem quidem locum non mihi videntur alii bene explicuisse.

32 *Dispositam*] Per sectionem et divisionem, scilicet. Non secuit dispositam, sed per sectionem disposuit.

Quisquis] Major aliquis Deus, quam triviales illi poëtæ cogniti ; siquidem tamen aliquis a vero et unico Deo diversus cognosci potest.

33 *Congeriem*] De Chao loquitur.

Membra] Elementa, scilicet.

35 *Magni*] Ita tamen ut aqua si-

Jussit, et ambitæ circumdare littora terræ.
Addidit et fontes, immensaque stagna, lacusque;
Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis:
Quæ diversa locis partim sorbentur ab ipsa;
In mare perveniunt partim, campoque recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Jussit et extendi campos, subsidere valles;
Fronde tegi sylvas, lapidosos surgere montes.
Utque duæ dextra cœlum, totidemque sinistra

præcipitibus, et circumcingere oras telluris circumdatæ. Adjecit etiam scaturigines, et vasta stagna, et lacus; et repressit amnes defluentes ripis sinuosis: qui quidem *sedibus dissiti partim absorbentur ab ipsa, partim in mare devolvuntur, et recepti æquore aquæ liberioris, pro ripis obstrepunt littoribus. Imperavit etiam planitiem porrigi, valles ima petere, nemora vestiri foliis, montes saxosos tolli. Et sicuti duo Cingula dividunt cœlum a dextra parte, et totidem a sinistra, quintum est fervidius*

recepit: accedit et Lactant. *Rabidis* pro *rapidis*, in Mss. repertum, et Heinsio probatum recepit Burm.—37 Liber Cœlest. *brachia terræ*.—38 Mor. Med. et unus Heinsii *immensaque stagna*: Vulg. *et stagna immensa*.—39 Heins. vult *strinxit decliv.* Cod. Menardi *declinia*.—41 Fr. *In mare conveniunt*, addita hac glossa, 'id est, cum aliis fluminibus:' Berolin. *proveniunt*. Pro *campoque* alii volunt *partimque*, quod et in quibusdam Mss. reperitur: Gifan. in Indice Lucret. legit *partique*.—44 Gebhard. in Crepund. *spatiosos crescere*

NOTÆ

mul cum terra sumatur: alioqui non foret terra rotunda, nequidem rotunditate illa imperfecta, quæ montes, rem levissimi momenti ratione habita tantæ magnitudinis, non excludit.

37 *Ambitæ*] Non omni quidem parte, sicuti aëre undiquaque terra simul et aquis cingitur; sed tamen ita ut in illis quasi fluitet. Ceterum pleonasmus est in verbis *ambitæ* et *circumdare*, cujusmodi sæpe utitur Naso.

39 *Obliquis*] Propter terræ flexuosam neque versus eandem partem continuatam declivitatem; qua re fluenti aquæ serpentis in modum necesse est flexus capere. Habet adeoque hic locus plus artis rhetoricæ quam veritatis philosophicæ, si magis verba quam rem ipsam ponderes. Nec tamen inde, quod stultissimi faciunt et levissimi tenebriones, minus summum opificem suspicias, postquam naturæ, quam Is fecit sanctissimam, leges inviolatas perspexeris.

40 *Sorbentur*] Talem memorant in Peloponneso Alpheum; talis est in Hispania citeriore Anas; in tali navigavimus nostro Rhodano: quanquam non ita sorbentur a terra isti fluvii quin post aliquod spatium renascantur, et aperto alveo in mare recurrant.

41 *Campo*] Æquor dicit aut mare.

42 *Liberioris*] Quia non angustis ripis in mari aqua coarctatur, prout ut antea cum alveo suo retinebatur.

Littora] Distinguit Poëta inter littus et ripam, ut hæc sit fluminum, illud maris: quanquam non semper observatur hæc differentia.

45 *Utque duæ*] Cœlum dividunt as-

Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis;
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei: totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utrumque locavit;
Temperiemque dedit, mixta cum frigore flamma.
Imminet his aër: qui, quanto est pondere terræ
Pondus aquæ levius, tanto est onerosior igni.

illis; ita Dei providentia divisit molem inclusam pari numero; et totidem terræ tractus urgentur. Quorum qui medius est non potest coli propter ardores: nives cumulatæ tegunt duos: posuit totidem inter utrumque: et temperavit calore cum frigore conjuncto. Aër imminet istis, qui tanto est gravior igne, quanto gravitas

montes: et ita Pal. sec.—49 *Medio non est* Gronov.—50 Duo Leid. *inter utrumque:* Vulg. *utramque*, quod et Gierig præfert.—52 Vulgo, *qui quanto est pondere terræ, Pondere aquæ levior.* Sed alterum e Cod. pervetusto protulit Const. Fanens. et *pondus levius* agnoscunt etiam excerpta Vatic. Calandræ, quanquam in his etiam *aqua* scribitur, quod argutum videbatur Heinsio.—53 Vetustum *igni* ex Medic. Bonon. et Strozæ accepit Burm. pro *igne.*—

NOTÆ

tronomi secundum latitudinem, in quinque Zonas seu partes. Quarum media inter Tropicos, quos Sol non transgreditur, *torrida* dicitur; duæ quæ ab istius dextra versus Polum Arcticum, et sinistra versus Antarcticum porriguntur, *temperatæ;* totidemque *frigidæ*, quæ Polos seu mundi cardines tangunt. Voluerunt que iidem astronomi his cœli Zonis similes terræ respondere. Atque elegantissime quoque has Zonas sic descripsit Virgilius Georg. I. cujus versus, comparationis et illustrationis causa, huc libuit transcribere: 'Quinque tenent cœlum Zonæ; quarum una corusco Semper Sole rubens, et torrida semper ab igni; Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur, Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris. Has inter mediamque duæ mortalibus ægris Munere concessæ Divum.'

47 *Onus*] Terram dicit, cujus partes non imperite dixerunt astronomi partibus cœli oppositis, et ejus virtutibus, respondere: quanquam ea sapientia Deus omnia attemperavit, ut etiam sub Sole et in ipsis ardoribus, quod veteres non satis cognoverunt, jucundissimam vitam brutis et hominibus liceat agitare.

Numero] Zonarum, scilicet.

48 *Cura Dei*] Pro Deo ipso, Græcorum more venustissimo, Poëtis familiari.

Plagæ] Quæ cœli respectu dicuntur Zonæ, eæ in se sunt plagæ, aut terræ partes, quas cœlum premit.

49 *Quarum*] Ita vero illi credidere unt, qui ventis, terræ situ, aliisque plurimis nesciverunt inexperti temperari Solis ardores.

50 *Duas*] Quæ sunt versus Polos.

51 *Mixta*] Temperatas dicit Zonas ab utroque latere torridæ; quæ Solis radiis illustrantur quidem, non ita tamen ut non Polorum frigus participent.

Illic et nebulas, illic consistere nubes
Jussit, et humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoque non passim mundi fabricator habendum
Aëra permisit. Vix nunc obsistitur illis,
Cum sua quisque regant diverso flamina tractu,
Quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum.
Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,
Persidaque, et radiis juga subdita matutinis.
Vesper, et occiduo quæ littora Sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro: Scythiam Septemque trionem
Horrifer invasit Boreas; contraria tellus

aquæ est minor gravitate terræ. Voluit etiam nubes et nebulas illic locum habere, et tonitrua concussura mentes hominum, et cum fulminibus ventos procreantes frigus. Atque orbis conditor non illis dedit aërem passim possidendum. Ægre jam illis resistitur; quanquam singuli moderentur suos flatus alia plaga, quo minus orbem discerpant; tanta est fratrum dissensio. Subsolanus profugit ad Auroram et regionem Nabathæam, et Persidem, et montes subjectos radiis matutinis. Vesper, et oræ, quæ calescunt Sole occidente, tangunt Favonium. Terribilis Aquilo occupavit

54 Heins. *considere nubes.*—58 Berolin. *vis nunc obsist.*—59 *Regant* opt. Fl. et uno Mor. vulg. *regat.*—64 *Trionem*, non *triones*, præferunt Florent. Berneg.

NOTÆ

55 *Jussit*] Historice et poëtice hæc omnia describit Naso; quæ si quis philosophice cupiat cognoscere, Cartesianos et alchymistas veros, Philosophos adeat, et quærat.

57 *Non passim*] Quia alter ab ortu, alius ab occasu spirat, &c.

60 *Fratrum*] Ventorum, Auroræ et Astræi Gigantis, filiorum.

61 *Auroram*] Pro Oriente posita est, unde spirat ventus *Eurus* seu *Subsolanus* dictus.

Nabathæaque] Regio est Arabiæ, quam suo nomine appellasse volunt filium Ismaëlis *Nabath:* quæ regio ad ortum respectu Italiæ est porrecta.

62 *Persidaque*] Est Persis Asiæ regio notissima.

Radiis] Periphrasis est terrarum, quæ Solem Orientem respiciunt, habita ratione Græcorum et Italorum, a quibus ad nos pervenerunt scientiæ.

64 *Proxima*] Ita ut ad Zephyri seu Favonii ditionem spectent, qui ab illa parte spirat.

Scythiam] Est Scythia ad axem versa Asiæ, itemque Europæ, ferocissimis populis notissima regio.

Septemque trionem] Borealem plagam, frigore horridam, per signum cœleste describit, quod Ursam majorem vocant. *Septemtriones* vero aut *septem Trionum* dictum est hoc signum, quia plaustri refert speciem cum septem bobus aratoriis stellarum dispositio quæ illud signum constituunt; quos quidem boves aratorios *Triones* prisca lingua dixerunt.

Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab Austro.
Hæc super imposuit liquidum, et gravitate carentem,
Æthera, nec quicquam terrenæ fæcis habentem.
Vix ea limitibus dissepserat omnia certis;
Cum, quæ pressa diu massa latuere sub illa,
Sidera cœperunt toto effervescere cœlo.
Neu regio foret ulla suis animantibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum:
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ:
Terra feras cepit: volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, et quod dominari in cetera posset.

Scythiam et Septemtrionem. Terra opposita humida est a *Noto pluriali, et nubibus perpetuis. Collocavit super hæc ætherem fluidum et destitutum pondere, nec retinentem quicquam terrestris sedimenti. Vix disjunxerat ea omnia firmis terminis, cum astra, quæ coacta diu occultata fuerant sub illa mole, cœperunt radiare toto cælo. Neve ulla ora esset expers suis animalibus: sidera et formæ Deorum occupant sedes cœlestes: aquæ fuerunt nitidis piscibus frequentandæ: terra excepit feras; aër mobilis alites. Desiderabatur adhuc animal sanctius his, et capacius excelsæ mentis,*

Urbin. idque ex antiquo usu loquendi comprobat Heins.—69 *Dissepserat* Heins. dedit e Leodic. fragm. antiquissimo: multi Mss. *discepserat*, quod in quibusdam corrigitur *discerpserat*. Edd. antiquæ *discreverat;* Gifan. mallet *descripserat*.—70 Berolin. *Cum depressa.* Vulg. *sub ipsa.* Edd. vett. *fulgescere cælo:* alii *fervescere, clarescere*, vel *splendescere*. Pro *cælo* unus Mor. *mundo*.—74 Pro *nitidis* Heins. conj. *mutis*, aut *simis*, aut *udis*.—76 Heins. conj. *capacius*

NOTÆ

65 *Inrasit*] Optime hac voce usus est Poëta cum de vento vehementissimo locutus est.

Contraria] Meridionalis, scilicet, Septemtrionali opposita.

66 *Pluvio*] Quia Auster seu Notus, a mari perflans Italiam, Galliamque et ejus tractus provincias, nubes quæ in aquam solvuntur secum volvit. Ceterum plurimi sunt venti intermedii, quos ex nautis præsertim licet cognoscere, de quibus Poëtam loqui non decuit.

67 *Liquidum*] Purum et ab omni fæce remotum.

70 *Massa*] Chao, scilicet.

71 *Sidera*] Signa sunt cœlestia, pluribus stellis figurata.

73 *Astra*] Adeoque in Platonicorum descendit opinionem, qui Astra et Deos inter animantia recensent.

Solum] Eo nomine dicitur quicquid rem aliquam sustinet; atque ita mare piscium solum, cœlum astrorum, &c.

74 *Cesserunt*] In orbis divisione piscibus obtigerunt, et in jus eorum venerunt.

76 *Sanctius*] Hic fere pro positivo positus est comparativus, ut admirandum et suspiciendum dicat hominem.

77 *Deerat*] Cui ante a sapientissimo opifice omnia in usum parata, quam crearetur.

Natus homo est: sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli.
Quam satus Iapeto, mixtam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaque cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit: cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.
Sic, modo quæ fuerat rudis et sine imagine, tellus
Induit ignotas hominum conversa figuras.

et quod posset imperium tenere in reliqua. Homo ortus est: seu ille rerum artifex, fons mundi præstantioris, illum genuit divino semine; seu terra nova, et modo a sublimi æthere discreta, servabat semina cœti congeniti. Quam dilutam aquis fluvialibus filius Iapeti efformavit ad imaginem Deorum omnia gubernantium. Et cum reliqua animalia inclinata intueantur humum; fecit homini vultum elatum, et imperavit cœlum respicere, et erigere sublimem faciem ad astra. Sic terra, quæ nuper fuerat inculta atque informis, immutata sumsit formas hominum incognitas.

---

almæ.—77 *Qui domin.* quidam Codd. Viviani. *Possit* etiam duo codd.—79 Alii *melioris imago.*—80 Jun. *subductaque nuper.*—81 *Vicini* pro *cognati* Mss. Viviani. —83 Unus Mor. *Fingis in effig.* quartus Med. *traxit.*—85 Plerique Mss. *cœlumq. videre.*—86 *Ereptos* ex Cod. Pal. defendit Gebhard. Crepund. I. 6. Ita et

NOTÆ

78 *Divino semine*] Est istud ex Platonis Academia et Zenonis porticu ortum; quibus philosophis anima humana est scintilla cœlestis, et divinæ auræ particula, ut bene docet Scriptura, si modo bene omnia intelligantur.

79 *Origo*] A quo omnia bona orta sunt.

81 *Cognati*] Quod nuper cum terra conjunctum, et in Chao unum fuerat; unde et poëtis Terra Cœli soror.

Semina] Vim quandam eadem producendi quæ in cœlo essent. Ceterum, nobis Christi discipulis quanquam tutius licet inter has tenebras ambulare, quam multa sunt tamen quæ sapientissimo opus habeant enarratore; quæ exclusi Ethnici studiose investigaverunt, ad Patris opera vocati Christiani contemnunt?

82 *Satus Iapeto*] Prometheus est, qui universi generis humani artifex, eo ipso tempore quo alterius filius, a poëtis dicitur. Ridicule, si fabulam spectes, et in veritatis integumento hæreas; apposite, si agrestes et sævos homines ad humanos mores informasse, eosdemque ignis inventionem et usum, multa alia insuper, docuisse Prometheum, virum a providentia, sermone Græco, sic dictum, satis intelligas. Qua re non abludit Scriptura, quæ hominem ad horti culturam in eo constitutum declarat.

83 *Moderantum*] Quæ res, et hominis dignitas, a sua bruta, prava, socordi natura, perditissima voluptatis mancipia deberet retrahere; eos præsertim, qui non veritatem quodammodo, ut hic noster, quasi per nebulam vix tetigisse suspicantur, sed

Fab. III. Mundus in sæcula quatuor, Aureum, Argenteum, Æreum, et Ferreum distributus.

Ex quo Chaos injecta luce discussum est, et discretis elementis, faciem hanc tam claram mundus accepit, deinceps, quasi in ætates quasdam, in sæcula quatuor distributus est, hoc est, aureum, argenteum, æreum, et ferreum: quibus pro qualitate sui ascripta sunt nomina. Nam aureum sæculum dictum est, quod Saturno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas: non furor sæviebat armorum, non avaritia fluctibus commiserat vitam, et cessantibus rastris inarata gravidas fruges terra præbebat. Otiosa erat ac secura vita mortalibus; ac sine vicissitudine temporum continua veris gratia fruebantur. Deinde secundum sæculum in argenteum ab aureo colore migravit. Tunc primum et æstus ardentior cœli, et graviora frigora incubuere mortalibus: tunc meditata domorum tutiora secreta. Antea enim aut in antris habitabant, aut incolebant fruteta sylvarum. Semina etiam tum primum sulcis cœpere committere: cum jam terra solita hominibus negaret alimenta. Tertium sæculum successit æreum, argenteo jam durius. Cœpere homines inverecundius vivere. Nam cupiditate habendi avaritia cum perfidia exorta est. Inde mare pervium factum, dum divitiæ requiruntur. Terra quoque cunctis antea communis, limitibus, terminisque discreta est: et in venis ejus non solum frumenta quæsita sunt, sed metalla inventa crepuerunt. Quartum sæculum ferreum a rigore duratum est: quod in tantam rabiem furoris erupit, ut omnia scelera cupiditatis excelleret. Nam ab odiosa vita, et insanientis avaritiæ grassationibus, ad parricidia usque perventum est.

Aurea prima sata est ætas, quæ, vindice nullo,
Sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.
Pœna metusque aberant. Nec verba minacia fixo

III. *Prima facta sunt tempora aurea, quæ ultro, sine lege, ultore nullo, servabant fidem et æquum. Mulcta et timor procul erant: nec voces minas intentantes lege-*

---

tres Codd. Heinsio inspecti.—87 Voss. *sine semine.*—91. 92 Alii *nec vincla*

NOTÆ

aperto cœlo, coruscante gratiæ Sole, tantum lumen non possunt non intueri.

89 *Aurea*] In quatuor ætates hominum vitam partiti sunt Ethnici, quas metallorum nomine, auri, argenti, æris, et ferri, prout illi a nativa probitate ad omnem nequitiam desciverunt, non imperite inscripserunt. Quam fabulam ex statua per somnum Nabuchodonosori oblata, de qua aliquid inaudierant Græci, derivatam volunt; Daniele illam de quatuor Imperiis explicante.

Vindice nullo] Cum nullus esset, qui mulctam aut pœnam aliis irrogaret, si forte deliquissent.

91 *Minacia*] Qualia etiam hodie

Ære legebantur: nec supplex turba timebant
Judicis ora sui: sed erant sine judice tuti.
Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem,
Montibus, in liquidas pinus descenderat undas:
Nullaque mortales, præter sua, littora norant.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis, erant: sine militis usu
Mollia securæ peragebant otia mentes.
Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:
Contentique cibis, nullo cogente, creatis,
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant,
Cornaque, et in duris hærentia mora rubetis;
Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.
Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

bantur in *ære affixo: nec supplex multitudo metuebant vultum sui judicis; sed securi erant absque ultore. Nondum abies, ex montibus suis desecta, descenderat in aquas fluidas, ut diversum mundum adiret: et nulla littora nisi sua hominibus perspecta. Nondum fossæ præruptæ circumdabant urbes; neque tuba æris oblongi, neque cornua æris curvi, neque cassides erant, neque gladius: animi tranquilli fruebantur alma pace sine ope militis. Ipsa quoque terra libera et rastro illæsa, nec ullo aratri dente vulnerata, sponte cuncta præbebat: et læti esculentis natis sine omni cultura, carpebant fructus arbuteos, et fraga montana, et corna, et mora nascentia in asperis rubetis, et glandes, quæ defluxerant vasta arbore Jovis. Ver erat perpetuum, et Favonii mites flatibus temperatis blandiebantur floribus ortis*

---

minantia collo Ære ligabantur: Berolin. *minantia scisso Ær. ligab.* alii *minantia ficto Ore loquebantur:* in Douzæ Cod. *nec verb. minant. cæso Ære ligabantur.*—92 Langermanni cod. *verba timebat. Timebant* tres scripti; vulg. *timebat.* Pro *supplex* cod. D. et alii *simplex.*—93 Alii *sine vindice.*—96 *Mortulis...norat* Urbini Cod.—98 Berolin. *Nec tuba.*—99 *Erant* quinque vett. vulg. *erat.*—100 Gronovianus *mentes* pro vulg. *gentes.*—102 Vivian. *Saucia vulneribus.*—103 Idem, et alii Codd. *nullo cultore.*—104 Quidam *Arboreos fatus;* Heins. conj. *Roboreos.*—105 Leid. alique *horrentia mora.*—106 In Cod. Heins.

NOTÆ

passim videre est.

94 *Orbem*] Pro orbis parte posuit, synecdochice.

103 *Cogente*] Arando et subigendo terram ad hoc ea videtur cogi, ut fructus ferat.

105 *Rubetis*] Est rubetum, locus rubis et spinis consitus.

106 *Jovis arbore*] Quercu, scilicet, illi sacra; sicuti laurus Apollini, Marti fraxinus, Herculi populus, Baccho vitis, Plutoni cupressus, Minervæ olea,

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant:
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Fab. IV. Idem annus in quatuor tempora.

Cum, Saturno, aurei sæculi rectore, cœli arce dejecto, teneret Jupiter mundum, sic ipse mundus quatuor ac diversa tempora coarctavit, ut ver, quod fuerat ante unum, semper ad serenam tranquillitatem continuum, in partem anni quartam angustissimum coierit tempus: ut huic succederet ardor æstatis, et tertio sequeretur autumni infida temperies, et post hæc totus annus rigida hyeme clauderetur, quæ quatuor tempora veris exordio qualitatem imitarentur, et ordinem sæculorum.

Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,
Sub Jove mundus erat: subiit argentea proles,
Auro deterior, fulvo pretiosior ære.
Jupiter antiqui contraxit tempora veris:
Perque hyemes, æstusque, et inæquales autumnos,

sine semine. Statim etiam terra inculta proferebat fruges; nec requietus ager albicabat plenis aristis. Fluvii currebant nunc lactis, nunc nectaris; et mella crocea fluebant de virenti ilice.

iv. *Postquam orbis fuit sub Jove, Saturno deturbato in obscura Tartara, progenies argentea orta est, pejor auro, melior ære rufo. Jupiter minuit spatium veteris veris, et divisit annum in quatuor partes per hyemem, æstatem, autumnos varios, et*

---

larga Jovis.—107 Plurimi scripti *tepentibus Austris.*—112 Mss. Bersm. *manabant ilice.*—114 *Mundus eras* Mor. Vulgo etiam *subiitque.*—116 Quidam

NOTÆ

Veneri myrtus, &c.

110 *Renovatus*] Novale dicitur ager qui alternis annis seritur, quo genere nihil opus fuit hominibus sponte ex terra natis cibis viventibus.

111 *Nectaris*] Nectar dicitur Deorum potio suavissima, perpetuam fovens juventutem, quam ipsa Hebe juventæ Dea ministrabat.

112 *Ilice*] Aliis etiam arboribus, hac tamen præcipue.

113 *Saturno*] Primam ætatem qui tam suaviter administraverat Saturnum filius Jupiter, sequentibus ætatibus imperaturus, de solio dejecit; et in Latio, quod Virgilius, ipse etiam Naso alibi scribit, latere coëgit. Quæ omnia, quomodo quave causa facta fuerint, si tanti est singulatim cognoscere, apud omnes reperias mythologos.

114 *Proles*] Ætas argenti nomine insignita, aurea durior.

116 *Antiqui*] Semper ante virentis, et perpetui.

117 *Æstusque*] Æstatem dixit.

Et breve ver, spatiis exegit quatuor annum.
Tum primum siccis aër fervoribus ustus
Canduit: et ventis glacies astricta pependit.
Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt,
Et densi frutices, et vinctæ cortice virgæ.
Semina tum primum longis Cerealia sulcis
Obruta sunt, pressique jugo gemuere juvenci.
Tertia post illas successit aënea proles,
Sævior ingeniis, et ad horrida promtior arma;
Nec scelerata tamen. De duro est ultima ferro.
Protinus irrumpit venæ pejoris in ævum
Omne nefas: fugere pudor, verumque, fidesque:
In quorum subiere locum, fraudesque, dolique,
Insidiæque, et vis, et amor sceleratus habendi.
Vela dabant ventis, nec adhuc bene noverat illos

ver contractum. Tum primum aër fervens aridis caloribus ignitus est, *et glacies compacta ventis pependit. Tum primum ingressi sunt domos: domus fuerunt speluncæ, itemque spissi frutices, et rami colligati cortice. Tum primum Cerealia semina operta sunt longis liris, et juvenci usti jugo gemuerunt. Tertia ab illis secuta est ætas ænea, crudelior animis, et paratior ad arma terribilia; nec tamen scelesta. Postrema est de ferro rigido. Continuo scelus omne irruit in sæculum venæ deterioris: verecundia, veritas, et fides recesserunt; in quorum locum et fraudes, et doli, et insidiæ, et violentia, et detestandum habendi studium irrepserunt. Nauta pandebat carbasa ventis, neque adhuc bene illos nove-*

Codd. *Jupiter æterni.*—118 Alii *spatiis divisit;* alii *perfecit.*—120 In uno Bas. *tectis glacies.* — 121 Omnes fere *fuere* pro *fuerunt.* — 125 *Illas* Berneggerianus, Urbin. pr. Med. et Norieus: alii *illam.* Cant. *successit et ænea:* Leid. *subiit aënea:* Arg. *successerat æneu.*—127 Cod. Heidelburg. *Non sceleruta.*—128 *Irrumpit* tert. Med. aliique; vulg. *irrupit:* unus Mor. *erupit.* —129 R. sec. et Leid. unus pro varia lectione *rectumq. fid.*—130 Francius *Inque horum.* Gronov. *subiere loco;* alter *locis.*—131 Langerman. *Invidiæque.*

NOTÆ

Inæquales] Temperie et tempestate incertos, modo calore æstuantes, modo frigore rigentes; atque hinc morbidos.

119 *Tum*] Post exactum a Jove Saturnum.

Fervoribus] Æstatis scilicet, veri succedentis; quo tempore omnia Solis ardoribus maxime illustrantur et incalescunt.

123 *Longis*] In longum aratro ductis.

Cerealia] Quæ, vel quorum usum, et serendi modum, Ceres docuit, ut ipse postea docebit Ovidius.

125 *Aënea proles*] Ætas est præcedente adhuc durior, cui ab ære viliori metallo nomen inditum.

128 *Venæ*] Ad metallum alludit, quod per venas in terræ visceribus

Navita: quæque diu steterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis insultavere carinæ.
Communemque prius, ceu lumina solis et auras,
Cautus humum longo signavit limite mensor.
Nec tantum segetes alimentaque debita dives
Poscebatur humus; sed itum est in viscera terræ:
Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierant; prodit bellum, quod pugnat utroque;
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto. Non hospes ab hospite tutus,
Non socer a genero: fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:

rat: et naves, quæ diu erectæ fuerant in excelsis montibus, impetum fecerunt in undas ignotas. Et peritus mensor distinxit producto termino terram antea cómmunem, ceu lumen solis et aër. Neque modo fruges et cibi debiti petebantur a terra opulenta; sed ventum est in ejus præcordia: et divitiæ, incitamenta scelerum, quas abdiderat, et removerat ad umbras Stygias, eruuntur. Jamque ferrum noxium, et aurum perniciosius ferro exierat; bellum exit, quod certat utroque, et ciet arma strepentia cruenta manu. Præda rescuntur. Hospes non est tutus ab hospite; non socer a genero; amor etiam fratrum est rarus. Maritus incigilat perniciei

—132 Vulg. *Vela dabat.* Heidelburg. *neque adhuc.*—133 *Montibus ulni* J. F. Gronov. volebat.—134 Optim. Med. *Fluct. ignaris.* Gronov. *exultarere:* Berolin. *insulcavere.*—135 Vulg. *solis et aurœ:* Vivian. et unus Bas. *aura.*—138 N. *per viscera.*—142 Vulg. *Prodierat:* Berolin. *Prodiderat.*—143 Voss.

NOTÆ

distributum invenitur.

132 *Nec adhuc bene*] Ut hinc hominum corda prorsus invasisse avaritiam intelligas.

133 *Steterant*] Non naves quidem, sed arbores ex quibus confectæ sunt.

135 *Lumina solis*] Quæ haud scio an non iniqua et invida mente alienum agrum illustrare avari nonnulli conspiciant.

136 *Longo*] Sunt vero agrorum limites seu termini longi; attamen per limites intelligi malim, hoc in loco, sulcos majores seu fossas, quibus agri discernuntur.

137 *Debita*] Propter culturam, et hominis laborem; cujus causa, agenti sudoris præmium debet terra rependere.

139 *Stygiisque umbris*] Id est, In terræ profundissimas speluncas abdiderat. Est enim Styx fluvius aut palus Inferorum, ubi niger Deus habitat, et umbris imperat.

142 *Utroque*] Aerius tamen auro; nam, ut elegantissime scripsit Horat. Carm. lib. III. Ode 16. 'Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa, potentius Ictu fulmineo.'

146 *Imminet exitio*] Nihil opus est

Lurida terribiles miscent aconita novercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa jacet Pietas: et Virgo cæde madentes,
Ultima cœlestum, terras Astræa reliquit. 150

Fab. V. Gigantum sanguis in homines.

Gigantas nomine immensæ molis, et similes matri filios parens Terra progenuit: quorum magnitudini par exarsit audacia: nam exstructis in excelsum aggerem montibus sacrilegas manus injecere cœlestibus. Sed fulminum igne dejecti, impium genus pœnæ suæ cruore generarunt: nam sanguis eorum permixtus terræ, homines procreavit, haud longe ab origine discrepantes.

Neve foret terris securior arduus æther;

uxoris, illa mariti: sævæ novercæ interunt aconita nigricantia: filius sciscitatur, ante tempus, ætatem patris. Pietas protrita destituitur: et virgo Astræa deseruit postrema terras sanguine infectas.

v. *Et ne æther sublimis esset tutior tellure, aiunt Gigantes appetiisse cæleste im-*

et Leid. *manu trepidantia.*—144 Med. et Strozzæ *ex raptu.*—147 *Livida terrib.* quatuor scripti.—148 Variant vehementer codices. Multi, *incurrit, occurrit, in annos;* Bernegger. *concurrit:* unus *desiderat annos.* Menardi, *incurrit honores.* Geneven. *irrupit in annos:* alii aliter. *Burman.*—149 Unus Heins. *a cæde.*

NOTÆ

longius ad fabulas recurrere, ut hoc exemplis probetur monstrum: quotidie conspicitur.

147 *Lurida*] Luridum dicitur esse, quod eo est colore qui in corporibus loris vexatis apparet. Atque adeo ab effectu aconitum, herba venenosa, luridum dicitur; nisi magis ad ipsius plantæ folia sufflava auctor respexit.

Novercæ] Quæ plerumque in privignos sæviunt, non tantum ut suis liberis faveant, sed arcano quodam in illorum matres odio.

148 *Ante diem*] Antequam ad maturam senectam pervenerit.

Inquirit] Quem longæ vitæ patris piget, ejusque bona invadendi sacra cupido corripuit.

149 *Jacet*] Quæ in nullo pretio est, hodie præsertim, postquam ad novissima tempora sumus delapsi; jamque diu ex tam multis terris exulat Pietatis auctor, vix apud paucos toleratur.

150 *Ultima*] Quia, spretis Diis, necesse tamen fuit utcumque brutis hominibus aliquam inter se, utilitatis causa, servare justitiam.

Astræa] Filia fuit Astræi Gigantis, vel Jovis, ut aliis placet, quæ propter insignem justitiam pro ipsa venit.

151 *Neve foret*] Transitio est ad Gigantum fabulam, de qua plerique omnes mythologi, Hyginus, Apollodorus, alii; quam fabulam sicuti et alias suo modo, ut libet, quivis inter-

Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantas:
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, et excussit subjecto Pelio Ossam.
Obruta mole sua cum corpora dira jacerent;
Perfusam multo natorum sanguine Terram
Incaluisse ferunt, calidumque animasse cruorem:

perium, et erexisse ad astra montes in cumulum coactos. Tum Pater omnipotens protrivit Olympum fulmine intorto, et dejecit Ossam Pelio substrato. Cum corpora ingentia Gigantum *jacerent obruta sua mole; dicunt terram delibutam multo cruore filiorum immaduisse, et animasse sanguinem æstuantem: et, ne nulla indicia*

Schepperus apud Fabric. lib. II. Epist. 71. *et larga cæde mad.*—152 Quidam Codd. *Infestasse ferunt.* Alii in accusat. legunt *Gigantes.*—153 Vivian. Leid. et Gronov. Codd. *Altaq. conjectos.*—155 *Subjecto* multi ex vetustioribus: *subjecto Ossa* secundus Pal. et unus Bersmanni: optimus Thuaneus, *subjectum Ossa:* unus Pal. *subjectum Pelion Ossam:* codex, quo vir optimus doctissimusque Carolus Sprotius me donavit, pro diversa lectione exhibebat, *subjectam Pelion Ossam.* Scribe, *excussit subjectam Pelio Ossam:* vel quod in uno Ambrosiano, pro diversa itidem lectione, legebatur, *subjecto Pelio Ossam.* Heins. Barth. ad Stat. x. Theb. 846. legit, *excussit subjecto Pelion Ossæ.*—157 Unus Leid. *merito* pro *multo*, quod Heinsio placet. *Sanguine matrem* unus Heins. et Berolin.—158 Unus Med. *Incaluisse;* vulg. *immaduisse.* Alter

NOTÆ

pretatur, prout in veteri historia, sacra aut profana versatus est, prout de hominibus vel Angelis hæc aut illa audivit, aut suspicatur; prout naturæ arcana penetravit. De his incertis fere omnibus, pro voto disserendi ansam tam facilem alii præbuerunt, ut prolixe hæc enucleare si aggrederemur, aliorum tantum composita scrinia invertisse videremur. Ceterum, quod hic obiter indicasse sat sit, non immerito plurima ab Hebræis hausisse Græcos, quæ per fabularum involucra a vulgi indignis auribus poëtæ removere voluerint, mihi non obscure probare posse videor.

152 *Gigantas*] Fuerunt Gigantes Terra Cœlique sati sanguine, qui ex ejus pudendis defluxit cum a Saturno castratus est, ut plurimis visum; omnes staturæ excelsissimæ, draconum pedibus horribiles, qui adversus Jovem etiam bellum ausi movere. Quorum fabulam alii ad res naturales spiritusque terram concutientes, aut ex terra in cœlum ascendentes, a quibus fulgura et tonitrua, referunt; alii de quibusdam impiis hominibus exponunt; alii alia excogitant. A Nimrodo, seu Nembrotho strenuo venatore, seu potius rebelli, videtur derivata.

154 *Pater omnipotens*] Jupiter, scilicet, qui audacissimorum monstrorum frustraneos conatus elusit.

Olympum] Montem in confinio Thessaliæ et Macedoniæ, quem Pelio et Ossæ, cœlum scandendi causa, Gigantes imposuerant.

155 *Pelio*] Est Pelion mons Thessaliæ, ad Pelasgicum sinum vergens, inter quem et Olympum tertius Ossa porrigitur.

156 *Corpora*] Gigantum, scilicet,

Et ne nulla feræ stirpis monumenta manerent,
In faciem vertisse hominum: sed et illa propago
Contemtrix Superum, sævæque avidissima cædis,
Et violenta fuit: scires e sanguine natos.

Fab. VI. Lycaon Pelasgi filius in Lupum.

De Gigantum sanguine nati quam sacrilega mente versati sint, Lycaonis testatur exemplum: qui tyrannus Arcadiæ, cum advenas et hospites trucidaret, etiam Jovem in se accendit iratum. Nam Jupiter humani sceleris impatiens, in Deos querimonia delata, simulata hominis specie, ad Lycaonis regiam venit: cui Lycaon tanquam mortali præparans mortem, prius humana membra devoranda velut hospitali humanitate apposuit: quæ postquam Jupiter sensit, non eum penitus interemit, ne supplicii amitteret sensum; sed in lupi sævi eum formam convertit; qui et mores in rabie, et nomen Lycaonis in appellatione servaret. Non contentus fuit Jupiter ceteros homines unius Lycaonis terrere supplicio, nisi in genus omne sæviret. Inde denique tantam jussit aquarum copiam redundare, ut opertis diluvio montibus cuncti homines interirent.

Quæ pater ut summa vidit Saturnius arce,
Ingemit: et, facto nondum vulgata recenti,
Fœda Lycaoniæ referens convivia mensæ,

sævæ sobolis superessent, mutasse in vultus hominum. Verum illa etiam progenies fuit impia, et cupidissima feræ stragis, et truculenta: cognosceres ortos fuisse *ex sanguine.*

VI. *Quæ ut Parens Saturnius cognovit ex arce suprema, ingemit; et revolvens animo horrendas epulas mensæ Lycaoniæ, nondum in vulgus prolatas, quia novum*

Med. *rabidumque...calorem.*—159 *Ac ne nulla* duo Med. Codd. Berolin. *suæ stirpis.*—160 *In fac. mutasse* R. et Gronov. pro varia lect. Ms. Bersmanni *In fac. vert. ferunt.*—161 Pal. *obnoxia cædis.* Gronov. *mortis.*—162 Meliores *natos;* alii *natam,* et sic Heidelburg.—163 Ms. Bersm. *e summa.*—165 Qui-

NOTÆ

quos prope corporis sui moles obrueret.

162 *Scires e sanguine*] Ex perversis moribus, inquit, sanguine cretos Gigantum barbaros homines cognoscere erat facile.

163 *Pater Saturnius*] Jupiter Saturni filius.

164 *Facto*] De insidiis loquitur, quas Lycaon Jovi ipsi paraverat, sicuti ipse idem Jupiter mox narraturus est.

165 *Referens*] Animo revolvens.

Convivia] In quorum ferculis Lycaon, Pelasgi filius, sævissimus rex Arcadiæ, hospitum trucidatorum carnes convivis apponebat.

Ingentes animo et dignas Jove concipit iras;
Consiliumque vocat. Tenuit mora nulla vocatos.
Est via sublimis, cœlo manifesta sereno,
Lactea nomen habet; candore notabilis ipso:
Hac iter est Superis ad magni tecta Tonantis,
Regalemque domum. Dextra lævaque Deorum
Atria nobilium valvis celebrantur apertis.
Plebs habitant diversa locis: a fronte potentes
Cœlicolæ, clarique suos posuere Penates.
Hic locus est; quem, si verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse Palatia cœli.
Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu,
Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno,

admissum, ciet animo iras maximas et dignas Jove; et concilium cogit. Nulla cunctatio detinuit accitos. Est callis excelsus, apertus cælo sereno; Lacteus dicitur, albore ipso conspicuus. Hac patet via Divis ad limina magni Tonantis, et domum regiam. A dextra et sinistra frequentantur atria majorum Deorum, portis patentibus. Vulgus habent sedes locis dissitas. Dii potentes et illustres statuerunt suas domos a fronte. Hic locus est, quem, si licentia condonetur vocabulis, non reformidem appellasse Palatia vasti cæli. Postquam igitur Dii consederunt marmoreo secessu, ipse Jupiter *sede sublimior, et incumbens sceptro eburno, terque quaterque agitavit*

---

dam impressi *conviria cœnæ*.—166 Sic Heins. In quibusdam *Ing. animos, dign.* In uno Ciofani *Ing. animos, et dign. conc. iras:* Capoferreus *Ingentesque animos digna J. c. ira.*—167 Berolin. et Heidelburg. *Conciliumque.*—168 Unus Med. et quatuor alii *via declivis.*—170 Vivianus edidit *ad summi tecta Tyranni.* Sæpe etiam *templa* pro *tecta.* Et quidam Codd. *parentis* pro *Tonantis.*—173 *Habitant* Hamburg. aliique; vulg. *habitat.* Quidam *hac fronte.* In Leid. erat *a fronte Senatus.*—176 Quatuor libri *haud dubitem.* Quidam Pal. *regis.*—177 Jun. *sed. theatro.*—178 Jun. et alius *enixus eburno:* Vivian. edidit *insignis.*

NOTÆ

167 *Consilium*] Majorum gentium Deos, quos vocant, et selectos, vel ex iis Consentes duodecim, in maximis rebus consiliarios, Jupiter advocavit.

168 *Via*] Circulum describit, quem in cœlo, nocturno tempore, effusi lactis aut candidarum nubeculârum specie videmus. Viam lacteam, seu circulum lacteum, Latini nominant: philosophi stellarum multitudinem esse definiunt.

170 *Tonantis*] Jovis, scil.

172 *Nobilium*] Majorum gentium, qui propter ampliorem dignitatem a populis majoribus colerentur.

Celebrantur] Frequentantur.

173 *Plebs*] Dii minores, Ascriptitii, Indigetes.

Potentes] Quales Consentes duodecim, quos duobus his versibus comprehendit Ennius: ‘ Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.’

176 *Palatia*] Ad Imperatorum alludit ædes magnificas, quæ in monte Palatino, Palatii nomine, conspiciebantur.

178 *Ipse*] Jupiter, scilicet, Deorum Pater atque hominum Rex.

Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem ; cum qua terram, mare, sidera, movit.
Talibus inde modis ora indignantia solvit :
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabant
Injicere anguipedum captivo brachia cœlo.
Nam, quanquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno
Corpore, et ex una pendebat origine bellum.
Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem,
Perdendum mortale genus. Per flumina juro
Infera, sub terras Stygio labentia luco,
Cuncta prius tentata : sed immedicabile vulnus
Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.
Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Nymphæ,

tremendam comam, cum qua concussit terram, mare, astra. Tum aperuit os ivatum hoc modo : Ego non fui magis solicitus pro orbis imperio, eo tempore, quo quisque anguipedum conabantur immittere centum lacertos cælo domito. Quamvis enim hostis sævus esset, tamen illud bellum imminebat ab uno corpore, et ex una causa : nunc progenies humana est *mihi delenda, qua Nereus concutit universum terrarum ambitum. Juro per fluvios infernos, fluentes sub terras per sylvas Stygias, omnia ante experta : sed malum insanabile resecandum* est *gladio, ne pars integra corrumpatur. Habeo Semideos, habeo Nymphas Deas ruricolas, et Faunos et Satyros, et*

—179 Leid. *Horrificam.*—181 Mor. pr. *indign. solvis.*—183 Leid. *cum centum.* Unus Heins. et Med. *parabant ;* vulg. *parabat.*—187 *Circumtonat* quatuor vett. vulg. *circumsonat.*—189 Arg. Leid. *sub terra ;* Jun. *per terras ;* alter Leid. et Gronov. *sub terris.*—190 *Tentata* Barthius monet ; alii *tentanda.* Fl. et Urbin. *immedic. corpus ;* dum Exc. V. habent *membrum.*—191 Berol. *recidendum est.*—192 Tres V. alter Ma. Ernaldi, Briantii, aliique vett. *numina*

NOTÆ

179 *Concussit*] Indignationem significans.

183 *Centum*] Unum fecit Gigantum et Centimanorum bellum noster Poëta, quod alii distinguunt.

184 *Anguipedum*] Gigantibus, ob naturæ et morum pravitatem, draconum, a Poëtis, attributos pedes diximus.

186 *Corpore*] Gigantum, scilicet, sodalitio : corpus enim etiam pro multitudine hominum sumitur.

187 *Nereus*] Deus est marinus, qui sæpe pro Oceano ponitur, terram ambiente, undarumque mugitibus illi obstrepente.

188 *Flumina*] Stygem dicit, Inferorum fluvium aut paludem, cujus numen nullo jurejurando nec Diis ipsis violare licet.

189 *Luco*] Nemus dicit paludi Stygiæ imminens.

190 *Vulnus*] De effræna loquitur hominum nequitia.

Faunique, Satyrique, et monticolæ Sylvani:
Quos quoniam cœli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certe terras habitare sinamus.
An satis, o Superi, tutos fore creditis illos,
Cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
Struxerit insidias, notus feritate Lycaon?
Confremuere omnes: studiisque ardentibus ausum
Talia deposcunt. Sic, cum manus impia sævit
Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen,

Sylvanos montanos; quos siquidem nondum cœli gloria impertimur, certe patiamur incolere terram, quam obtulimus. An existimatis, o Dii, illos futuros satis tutos, cum Lycaon immanitate cognitus paraverit perniciem mihi, qui habeo vos, et fulmen tempero? Cuncti exhorruerunt; et requirunt flagrantibus desideriis conatum tam atrocia. Eo modo, cum scelesta caterva, furore impulsa, ausa est eruere nomen

****

Nymphæ, Faunique Sat. alii *numina Fauni, Et Nymphæ, Sat.*—195 Vivian. *Quas dedimus terras illis habitare;* Cod. Menard. *Quas ded. saltem terras.*—196 Pal. et unus Heins. *credimus illos.*—197 Heins. malebat *cui fulmen.*—199 Mss. Ciofani, et quidam Heins. *Contremuere.*—201 Barth. Adv. LVIII.

NOTÆ

192 *Semidei*] Faunos dicit, Satyros, Lares; quos omnes, a Jove monitos, in montes se recepisse volunt, ut sibi a diluvio caverent.

Nymphæ] Terrestria quoque fuerunt numina ex fœminarum genere, quæ a locis quos inhabitaverunt, vel quibusdam muneribus, &c. varium nomen acceperunt. Jam de cœlestibus non agitur. Terrestres fuerunt Nymphæ Dryades et Hamadryades in quercubus, aut cum iis natæ, a quibus etiam apud Græcos nomen acceperunt; Oreades seu montanæ, quæ montium; Napeæ, quæ saltuum convalliumque curam gesserunt. Fuerunt item marinæ et fluviales, ex quibus illæ Nereides a Nereo, et Oceanitides ab Oceano patribus, hæ Naiades a fluendo Græcâ etymologia dictæ sunt.

193 *Faunique*] Hi cum Satyris Sylvanisque confunduntur sæpe; et certe non aliter quam nomine, aut re quapiam leviuscula, distinguuntur. Sunt vero illi Dii agrestes cornuti et caudati, caprinis pedibus, villis hispido corpore, omnes salacissimi: qua ex re etiam Satyri apud Græcos, sicut Sylvani a Sylva apud Latinos, nomen sortiti sunt.

198 *Insidias*] Quas postmodum ex ipso Nasone aut Jove ipso audies.

199 *Confremuere*] Dii, scilicet, omnes, Lycaonis factum detestantes, illum ad supplicia poscentes, Jovisque consilium comprobantes.

Ausum deposcunt] Lycaonem, ut sceleri debitas pœnas persolvat, a Jove petunt.

201 *Cæsareo*] Potius est ut hoc de conjuratione aliqua in Augustum, de quibus Suetonius, quam de ea qua periit Julius Cæsar, locus iste intelligatur.

Attonitum tantæ subito terrore ruinæ
Humanum genus est; totusque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum,
Quam fuit illa Jovi. Qui postquam voce manuque
Murmura compressit; tenuere silentia cuncti.
Substitit ut clamor, pressus gravitate regentis;
Jupiter hoc iterum sermone silentia rumpit:
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) solvit;
Quod tamen admissum, quæ sit vindicta, docebo.
Contigerat nostras infamia temporis aures:
Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo,
Et Deus humana lustro sub imagine terras.
Longa mora est, quantum noxæ sit ubique repertum
Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.

Romanum cædc Cæsaris, gens humana perculsa est tanto pavore repentini exitii; et totus mundus confremuit. Nec, Auguste, pietas tuorum tibi minus fuit *accepta, quam illa fuit Jovi. Qui postquam repressit voce et manu tumultum, omnes præstiterunt silentium. Ut sedatus fuit fremitus repressus dignitate moderantis, Jupiter frangit denuo silentium his verbis: Ille equidem luit pœnas, ne amplius sitis soliciti: et tamen narrabo, quodnam sit flagitium,* et *quæ* sit *ultio. Dedecus sæculi pervenerat ad nostras aures; quod fictum exoptans, descendo cælo ultimo, et Deus percurro terras sub forma humana. Prolixum esset recensere, quantum sceleris sit inventum ubique: ipsum dedecus fuit minus re ipsa. Præterieram* mon-

10. mallet *exsting. numen;* Burm. conj. *lumen.*—202 Heins. corr. vulgo *tanto subitæ.*—204 Vett. libri *tuorum est.*—206 *Murmura compressit* Urs. Ernal. et Farnes. In quibusdam vulgatis legitur, *Indiciumque dedit;* quod abest a manuscriptis: in uno Ciofani est, *Suppressit fremitus:* in uno Vatic *Murmura suppressit:* Cant. *depressit: Increpuit subito* Regius unus: *terruit astantes* alter et Argentoratensis: in Vossiano huic versui alter subjectus erat: *Signa dedit subito, tenuere silentia cuncti.*—208 Heidelb. *rupit* pro *rumpit.*—209 Quatuor libri *curam dimittite.*—210 Heins. *Cui tamen:* Gronov. *Quo.*—212 Cant. *de summ. labor Ol.*—213 Voss. *imag. terram.*—215 Heins. mallet *ipso infam.*—

NOTÆ

207 *Regentis*] Jovis, scil. omnia moderantis.

210 *Admissum*] Lycaonis crimen dicit.

211 *Infamia temporis*] Rumor aut fama de perditissimis hominum moribus: quo propemodum modo non Jovem sed Jehovam locutum Gen. 18. legimus: ‘ Descendam,’ inquit, ‘ et videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint, an non sit ita, ut sciam.’ Ut hinc et plurimis aliis ex locis pronum sit conjicere multa, audiendo, ab Hebræis, vel eorum discipulis Ægyptiis, mutuatos veteres poëtas seu Græcos seu Latinos.

212 *Olympo*] Est proprie Olympus, ut supra diximus, mons inter Thessaliam et Macedoniam, qui propter excelsitatem, cum cœlum attingere videretur, pro ipso Cœlo positus; a

Mænala transieram, latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycei.
Arcados hinc sedes et inhospita tecta tyranni
Ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.
Signa dedi venisse Deum; vulgusque precari
Cœperat. Irridet primo pia vota Lycaon.
Mox ait, Experiar, Deus hic, discrimine aperto,
An sit mortalis: nec erit dubitabile verum.
Nocte gravem somno nec opina perdere morte
Me parat: hæc illi placet experientia veri.
Nec contentus eo, missi de gente Molossa

tem *Mænalum terribilem latibulis ferarum, et pineta Lycei frigidi, cum Cylleno: inde subeo Arcadium, regnum et feram domum tyranni, quo tempore tarda crepuscula reducerent noctem. Feci indicium Deum advenisse; et plebs cœperat orare. Primo Lycaon contemnit religiosa vota: deinde dicit, Periculum faciam,* an *hic Deus sit an mortalis, evidenti differentia; nec veritas erit incerta. Aggreditur me opprimere somno pressum nocte, nec morte prævisa. Hæc exploratio veri illi arridet. Neque eo expletus, jugulavit cultro unum obsidem missum de gente Mo-*

---

217 Idem *cum Cyllene.* Omnes fere scripti *spincta Lycei;* nisi quod unus Thuaneus *dumeta.*—218 N. et Urbin. *Arcadas;* alii *Arcades.* Pro *sedes* Heins. conj. *ædes.*—221 Pro *primo* duo Codd. *primus.*—222 Leid. *discrim. parvo:* Med. sec. et N. *certo.*—223 Berolin. *nec erat.*—224 Mallet Heins. *prodere morte.*—225 Unus Cod. *Comparat.* Med. *exper. rerum.*—226 Heins. *cont. ea.*

NOTÆ

quo Jupiter ipse Olympius dictus est.

215 *Minor*] Atque adeo in pejori statu omnia reperit Jupiter quam fama didicerat.

216 *Mænala*] Est Mænalus, seu Mænala plurali numero, mons Arcadiæ celeberrimus, a Mænalo Arcadis filio denominatus: a quo et urbs eodem nomine dicta.

217 *Cylleno*] Est Cyllene, seu Cyllenus, si omnino contra vocis Græcæ analogiam ita scripsisse velis Ovidium, mons Arcadiæ Mercurio dicatus: cujus regem proleptice *Arcada* Poëta nominat; cum postea ab Arcade filio Callistus, quæ filia erat Lycaonis, Arcadia, antea Pelasgis, Parrhasia, et multis aliis insignita nominibus, cognominata fuerit.

Lycei] Mons est Arcadiæ, aut certe in ejus confiniis versus meridiem.

218 *Arcados*] Lycaonis Arcadici. Ille est genitivus Græcus.

219 *Crepuscula*] Eo nomine appellatur lux illa dubia, quæ solis exortum præcedit, ejusdemque occasum sequitur.

225 *Hæc illi*] Habent hæc verba repressam at elegantem, non sine Lycaonis contemtu, et proprio quodam dignitatis sensu, Jovis indignationem.

226 *Molossa*] Fuerunt Molossi Epiri populi ad Ambracii sinus partem Orientalem, qui bello victi obsides Lycaoni dederant; quorum unum hic

Obsidis unius jugulum mucrone resolvit:
Atque ita semineces partim ferventibus artus
Mollit aquis, partim subjecto torruit igni.
Quos simul imposuit mensis; ego vindice flamma
In domino dignos everti tecta Penates.
Territus ille fugit; nactusque silentia ruris
Exululat, frustraque loqui conatur: ab ipso
Colligit os rabiem, solitæque cupidine cædis
Vertitur in pecudes: et nunc quoque sanguine gaudet.
In villos abeunt vestes, in crura lacerti;
Fit lupus, et veteris servat vestigia formæ;
Canities eadem est, eadem violentia vultu;
Idem oculi lucent, eadem feritatis imago.

lossa: atque ita partim concoquit membra semiviva aquis bullientibus, partim assat igni admoto. Quæ ut primum apposuit mensis, ego subrui flamma ultore domum, et *Penates dignos* concidere in *dominum. Ille tremefactus exilit, et nactus solitudinem agrorum exululat, et nequicquam tentat loqui: rictus sumunt feritatem ab ipso, et ruit in pecudes desiderio stragis consuetæ; et nunc etiam lætatur cruore. Amictus mutantur in pilos, brachia in crura; fingitur in lupum, et habet indicia antiquæ naturæ. Canities est eadem, eadem sævitia ore, eidem oculi rubent, eadem*

In Pal. *amici de gente.* unde Heins. *Amyci.* Heidelb. *eo est. Missi.*—231 In uno meo legitur, *In domino dignos;* melius: ut sit sensus et ordo: Everti tecta in Penates dignos domino. Farnes. *In dominum et dignos, &c.* quæ lectio omnium optima mihi videtur: in Dominic. *In dominum dignosque everti, &c.* Ciofanns. *In dominum dignos* plerique veteres: Mureti excerpta, *In domino dignos;* quomodo in Adversariis Barthius, XXXI. 3. et XXXIV. 19. In ora codicis sui Gruterus ex loco VII. 744. 'Insidiosa malo cum conjuge limina fugit.' Et Gronovius in Observationibus III. 19. jam legi debere monuerunt; neque aliter codex unus Ciofani. *Hcins.*—232 Heidelb. et Berolin. *Territ. ipse.* Unus Heins. *silent. ripis,* qui pro *rupis* scriptum ita esse credebat.—233 In uno Ciofani *ab illo.*—235 In uno V. et Dominic. *Vertitur;* alii *Utitur;* unus Heins. *Mittitur.* Leid. unus *solitoque cupid.* Multi *cupid. prædæ.*—238 Er-

NOTÆ

impius mactavit, Jovique epulandum apposuit. Quam quidem fabulam plane aliter tractant alii; et apud Hyginum, Apollodorum, aliosque legere poteris.

231 *Dignos*] Sunt Penates Dii maxime regioni, urbi, aut domui cuipiam propriis, qui in penetralibus, id est, penitis et maxime domus abditis partibus colebantur. In hos Lycaonis pravos, qui tali monstro faverent, se domum evertisse testatur Jupiter. Qua re, si quis volet, ne immortalis anima fragilis corporis causa pereat, admonitus cavebit.

234 *Colligit os*] Lupini oris rabiem a Lycaonis interna rabie esse dicit: ut hinc, ex characteribus externis ad intima cordis aditum esse, quivis possit colligere.

238 *Canities*] Scilicet in proverbium abiit lupi senectus, et pravitas.

Occidit una domus: sed non domus una perire
Digna fuit. Qua terra patet, fera regnat Erinnys.
In facinus jurasse putes. Dent ocyus omnes,
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.

Fab. VII. A Deucalione jactati lapides in viros, et a Pyrrha in mulieres.

Jupiter propter audaciam Lycaonis cæterorumque mortalium, qui sceleribus suis etiam Deorum potentiam tentabant, orbem terrarum profusis imbribus inundavit. Et cum duo pietate ceteros mortales antecessissent, Deucalion Promethei filius, ac Pyrrha, eadem soror atque conjux, et Parnasso monte proluviem imbrium effugissent; sorte moniti Themidis, eo tempore quæ antistes terræ fuisse traditur, a Deis per preces generandæ prolis veniam acceperunt. Ita ut lapides post tergum jacerent, ex quibus homines nascebantur: et a Deucalione missi in viros vertebantur; a Pyrrha autem, in fœminas.

Dicta Jovis pars voce probant, stimulosque furenti

forma immanitatis. Una domus diruta est; sed non una domus meruit occidere. Qua tellus conspicua est, sæva Erinnys grassatur. Credas vovisse in nefas. Exsolvant statim omnes pœnas, quas digni sunt ferre: ita constitui.

VII. *Pars assentiuntur verbis sententiæ Jovis, et instigant furentem: alii funguntur*

furtens. sec. Pal. et Leid. unus *viol. vultus.*—239 Heidelb. et Berolin. *imago*

NOTÆ

240 *Domus*] Lycaonis scil. cujus et aliorum ejusmodi monstrorum causa terras Jupiter inviscrat, quas postea, cognita hominum nequitia, diluvio perdere constituit. Quæ sequentis fabulæ materia optime cum superioribus connectitur.

Non una] Immo omnes, quia perditissimorum latronum latebræ et speluncæ.

241 *Erinnys*] Furiæ, Diræ, Eumenides, Erinnyes, rem unam et eandem dicunt, seu singulari, seu plurali utaris numero; quamvis tres nomine proprio Alecto, Tisiphone, et Megara designentur. Sunt enim tres illæ Nocte et Acheronte satæ virgines, scelerum ultrices incorruptæ, quæ rem unam exequuntur, pœnasque reposcunt meritas, seu Cupiditate, Libidine, vel Ira quispiam peccaverit: quæ tres sunt certe Erinnyes, quibus in terris torquentur homines priusquam ad Tartara iisdem laniandi deturbentur.

242 *Jurasse*] Homines scil. in unam et eandem delapsi pravitatem: quos quidem iracundus Jupiter appellare dedignatur. Sed, quandoquidem admonendi datur occasio, adverte, quæso, an non totus iste locus Jovis ore et ira dignus sit, quamvis etiam in verbis singulis hæreas.

Adjiciunt: alii partes assensibus implent.
Est tamen humani generis jactura dolori
Omnibus: et, quæ sit terræ, mortalibus orbæ,
Forma futura, rogant: quis sit laturus in aras
Thura? ferisne paret populandas tradere gentes?
Talia quærentes (sibi enim fore cetera curæ)
Rex Superum trepidare vetat, sobolemque priori
Dissimilem populo promittit origine mira.
Jamque erat in totas sparsurus fulmina terras;
Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, longusque ardesceret axis.

officio suo nutibus. Interim exitium humanæ gentis molestum est omnibus; et petunt, quæ sit futura figura terræ vacuæ hominibus; quis sit præbiturus thura altaribus; an velit porrigere nationes devastandas feris? Rex Deorum prohibet exquirentes talia metuere, nam sibi reliqua fore curæ: et pollicetur progeniem a priori discrepantem stupenda procreatione. Jamque erat immissurus fulmina per omnes terras; verum reformidavit, ne forte sacer æther incenderetur tot ignibus, et longus

---

est.—243 *Sic stet* unus Sixii.—244 Alii *stimul. frementi.*—246 Leid. unus *Est tamen æterni.*—248 Pal. et alii *qui sit.*—249 Leid. unus *perdere gent.* unde Heins. *prodere.* Quatuor scripti *gentes;* alii *terras.*—255 Alii *totusque ardesc.*

NOTÆ

244 *Pars*] Deorum scilicet: atque ad Curiam Romanam allusisse videtur Poëta; in qua majorum gentium patres, vel a Censoribus in Senatum lecti, sententiam dicebant, minorum vero vel nondum in Senatum lecti in aliorum sententias pedibus ire solebant, ex quo vel eo quod pedibus in Senatum venirent, Pedarii dicti. Hinc Laberii versus, 'Caput sine lingua Pedaria sententia est.'

246 *Dolori*] Scribit Plato omnia hominum causa procreata; homines propter Deos, a quibus cognoscantur, implorentur, et colantur. Si modo Deo ter optimo maximo suam gloriam servaveris, et tam multa alia, tamque bene scripserunt Ethnici, quos omnes stultissime barathro addicunt quidam nomine tenus et sua garrulitate Christiani, qui non aliter quam verbis inanibus Deum a Diis, aut Essentiam a Personis distinguunt, ut illorum quidem quotidie subeat mirari supinam socordiam, qui tantis magistris, tanta per naturam et Patris unius Œconomiam virtute præditis, cum mortis æternæ sententiam dixerunt, in sese, naturæ et gratiæ, Patris et Filii contemtores, atrocissimos at eosdem æquissimos coram Deo judices sese provocasse, nequidem suspicando assequuntur.

252 *Mira*] De ea in sequenti fabula.

255 *Longus*] Est axis lignum teres circa quod rota vertitur: sed axem dicunt mathematici lineam rectam, quæ ab una orbis extremitate ad aliam per centrum porrigitur: finxeruntque iidem circa ejusmodi lineæ extremitates, seu cardines, quibus totus orbis innitatur, eundem verti.

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat; et mundi moles operosa laboret.
Tela reponuntur, manibus fabricata Cyclopum.
Pœna placet diversa, genus mortale sub undis
Perdere, et ex omni nimbos dimittere cœlo.
Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris,
Et quæcumque fugant inductas flamina nubes:
Emittitque Notum. Madidis Notus evolat alis;
Terribilem picea tectus caligine vultum.

axis arderet. Recordatur etiam esse in fatis, futurum tempus, quo mare, quo terra, et cœli arces sublatæ comburerentur, et orbis gravis machina premeretur. Missilia facta manibus Cyclopum omittuntur. Supplicium aliud probatur, exstinguere scilicet *gentem humanam in aquis, et ruere imbres ex toto cælo. Continuo Boream coërcet in speluncis Æoliis, et ventos omnes, qui depellunt nubes immissas; et laxat Austrum. Auster prorumpit alis humidis, velatus faciem horrendam nigris tenebris.*

—258 *Corruat* pro *Ardeat* tert. Med.—258 Quidam *proles oper.* Plurimi Codd. *mol. obsessa;* unus *oppressa.*—261 *Dimittere* optimi Codd. unus Heins. *diffundere;* unus Med. *producere.*—262 Mor. *condit in antr.* Heidelb. *clausit:* unus Med. *condidit antris.*—263 Heins. *fugent.* Voss. *obductus.*—264 Unus Mor.

NOTÆ

256 *Fatis*] Nihil aliud per fatum, quam quod ut eveniat a Deo constitutum est, intellige, vel indeclinabilem rerum seriem et catenam.

258 *Ardeat*] De hac ultima orbis per ignem, priorique per aquam devastatione, non modo multa a patribus Ethnici audiverunt, sed et multa fabularum titulo scripserunt.

259 *Cyclopum*] Sunt illi monoculi Vulcani in subigendo ferro et Jovis fabricandis fulminibus, &c. administri, Neptuno et Amphitrite nati, vel ut, Hesiodo placet, Cœli et Terræ filii.

260 *Diversa*] Omnino, siquidem non igne, sed aqua genus mortale delere destinat Jupiter. Quod diluvium regnante Deucalione, in Thessalia, anno mundi 1437. 219. ante universale Noëticum accidit, ut quibusdam placet; nisi quod probabilius est per Deucalionem Noam ipsum intelligere, siquidem Lucianus in libro de Dea Syria, et Deucalionis arcam, et ejus uxorem, et filios, et columbam nuntiam, et bina animalia ex omni genere memoret; quæ omnia vix quisquam de diluvio aliquo particulari possit exponere.

261 *Nimbos*] Eo nomine appellatur pluvia cum impetu ruens.

262 *Æoliis*] Æoli ventorum regis, Jovis filii.

Claudit] Quia nubes depellit, cœlumque serenat, ventus ab axe Septemtrionali furens.

264 *Notum*] Ventum meridionalem, Italis, et iis qui ex illorum parte Mediterraneo mari sunt subjecti, aquæ nuntium.

265 *Tectus vultum*] Phrasis Græca pro *tectum habens vultum.* Notum vero omnibus, qualis sit cœli color, cum nubibus aqua gravidis obscuratum est.

Barba gravis nimbis ; canis fluit unda capillis :
Fronte sedent nebulæ : rorant pennæque, sinusque.
Utque manu lata pendentia nubila pressit ;
Fit fragor : hinc densi funduntur ab æthere nimbi.
Nuntia Junonis varios induta colores,
Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert.
Sternuntur segetes, et deplorata coloni
Vota jacent ; longique labor perit irritus anni.
Nec cœlo contenta suo Jovis ira : sed illum
Cœruleus frater juvat auxiliaribus undis.
Convocat hic amnes : qui postquam tecta tyranni
Intravere sui, Non est hortamine longo
Nunc, ait, utendum : vires effundite vestras.
Sic opus est. Aperite domos : ac, mole remota,
Fluminibus vestris totas immittite habenas.

Barba onusta imbribus ; aqua decurrit alba coma : nebulæ sparguntur per frontem ; et pennæ, et amictus exudant. Et postquam pressit vasta manu nubes suspensas, erumpit sonitus : inde spissi imbres sparguntur ab æthere. Iris ministra Junonis ornata diversis coloribus haurit aquas, et ministrat pabula nubibus. Sata proterun-tur, et spes inanes agricolæ profligatæ sunt, et opera prolixi anni evanescit sine omni fructu. Neque Jovis indignatio expleta suo cœlo ; sed frater cæruleus illi opem fert aquis auxiliaribus. Hic arcessit fluvios ; qui postquam subierunt domum sui regis, Nunc, inquit, non est opus prolixa hortatione ; exhaurite opes vestras. Ita expedit : reserate domos, et sublatis impedimentis laxate tota fræna vestris

validis N. Gronov. etiam *avolat.*—266 Vivian. *madidis fl.* Voss. *variis ;* Leid. *æquis :* Pal. *udis.* Erfurtens. prior *ruit* pro *fluit.*—268 Alii *manu late.*—269 Quidam *et densi.* Arg. *mittuntur ;* unus Heins. *volvuntur.* Zinzer. Prom. c. 51. legebat *funduntur vertice.*—270 Alii *inducta colores.*—272 Vulg. *depl. colonis ;* et sic Heidelburg.—274 Berolin. et Heidelb. *suo est Jov.* Heins. *sed illam,* scil. iram.—275 N. *auxiliantibus und.* Unus Med. *auxiliaribus armis.*—276 Voss. *Evocat hic.*—278 Pal. *Nunc hic utend.* Unus Leid. *vires dispergite.*

NOTÆ

268 *Lata manu pressit*] Annon per hæc verba exundantes propemodum sentis aquas, quasi ex ebria spongia exprimerentur?

269 *Fragor*] Ex præcipitatis aquis aut nubibus.

270 *Nuntia*] Iris est, seu versicolor ille arcus, qui in aëre tempore pluviali apparet ; cujus naturam docebunt physici.

275 *Cæruleus frater*] Neptunus est, cui cærulei maris cessit imperium.

279 *Domos*] Fontes, ubi habitant fluviorum Dii.

Mole] Scilicet ex antris rupium persæpe aquas videmus scaturire.

280 *Habenas*] Metaphora ab equis, qua ut rapidissimo cursu in terras sæviant flumina hortatur Neptunus.

Jusserat: hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et defrænato volvuntur in æquora cursu.
Ipse tridente suo terram percussit: at illa
Intremuit, motuque sinus patefecit aquarum.
Exspatiata ruunt per apertos flumina campos;
Cumque satis arbusta simul, pecudesque, virosque,
Tectaque, cumque suis rapiunt penetralia sacris.
Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto
Indejecta malo; culmen tamen altior hujus
Unda tegit, pressæque labant sub gurgite turres.
Jamque mare et tellus nullum discrimen habebant.
Omnia pontus erant: deerant quoque littora ponto.
Occupat hic collem: cymba sedet alter adunca,
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
Ille supra segetes, aut mersæ culmina villæ,
Navigat: hic summa piscem deprendit in ulmo.

fluviis. Imperaverat: illi revertuntur, et absolcunt ora scaturiginibus, et ruunt in campos cursu indomito. Ipse impulit terram suo tridente: at illa fremuit, et aperuit recessus aquarum motu. Fluvii vagi impetum faciunt in vastos campos; et auferunt arbusta una cum segetibus, et pecudes, et homines, et domos, et penetralia cum suis sacris. Si qua domus stetit, et valuit obniti, non obruta tanta calamitate, nihilominus aqua altior occulit ejus fastigium, et turres coactæ vacillant sub aquarum congerie. Jamque nulla erat differentia inter æquor et terram. Omnia erant mare, et mare carebat littoribus. Hic invadit collem; alter sedet in curvo navigio, et ibi movet remos, ubi nuper araverat. Ille navigat supra sata, aut fastigia villæ absorptæ: hic invenit piscem in suprema ulmo. Anchora forte jacitur in prato

—280 Unus Heins. *permittite haben.* alii *dimittite, emittite.*—281 *Et fontibus* Berolin.—284 *Sinus* Effurtan. alter, et unus Leid. Alii *vias.*—285 Leid. unus *per latos.*—289 Med. sec. et alii *indisjecta;* quatuor *indijecta:* Med. tertius *indistracta.*—290 Berolin. et Heidelb. *pressæque latent.*—292 *Erat* Heidelb. et alii.—291 Heidelb. *nuper aravit:* Gronov. mallet *aratra.*—295 *Super segot.*

NOTÆ

282 *Æquora*] Camporum planitiem.

283 *Tridente*] Est Tridens Neptuni sævum gestamen, quo sceptri vice utitur, potestatemque suam exercet.

284 *Patefecit*] Ita ut terra, quasi in se conglobata, aquas in visceribus restagnantes effuderit.

286 *Satis*] Sata dicuntur frumenta præsertim, postquam in herbam eorum germen erupit.

287 *Sacris*] Penatibus, scil. quos supra in penetralibus coli diximus.

291 *Mare et tellus*] Quoad locum attinet tamen: id est, Aqua totam terram circumfluebat.

292 *Omnia Pontus erant, deerant*] 'Egregie et pro rei magnitudine dixit,' inquit Seneca.

Figitur in viridi (si fors tulit) anchora prato :
Aut subjecta terunt curvæ vineta carinæ.
Et, modo qua graciles gramen carpsere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.
Mirantur sub aqua lucos, urbesque, domosque
Nereides : sylvasque tenent delphines, et altis
Incursant ramis, agitataque robora pulsant.
Nat lupus inter oves : fulvos vehit unda leones :
Unda vehit tigres. Nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato prosunt velocia cervo.
Quæsitisque diu terris, ubi sidere detur,
In mare lassatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
Pulsabantque novi montana cacumina fluctus.

virente ; aut naves aduncæ radunt vineta subjecta. Et, qua parte macilentæ capellæ nuper revulserunt gramen, nunc ibi turpes phocæ demittunt sua corpora. Nereides admirantur lucos sub aqua, et oppida, et domos : et delphines habent nemora, et feruntur per excelsas frondes, et impingunt in quercus concussas. Lupus natat inter oves ; aqua rapit ursos leones ; aqua rapit tigres. Nec vires fulminis juvant aprum, nec pedes celeres cervum abreptum. Atque avis vaga labitur in mare, alis defessis, postquam diu lustravit terras, ubi liceat quiescere. Immoderata licentia maris texerat colles, et novæ undæ alluebant

alii.—297 Vulg. *sors tulit.*—298 Berolin. et Heidelb. *subj. tegunt.*—299 Alii *quo gracil.* In uno Strozzæ *læves* pro *graciles :* Basil. *fragiles ;* unde Burm. conj. *faciles*, vel *placidæ.* In uno R. *culmen carps.*—300 Berneggerian. *pignora phoc.*—303 In alio cod. *Incumbunt rum.* In Mediolanensi Cod. *annosaque robora ;* in altero *ignotaque.* Quidam *robora pressant.*—306 Douza legebat *nec alato.*—307 Alii *ubi sistere posset ;* et sic Berolin.—309 *Obruer. cumulos* multi

NOTÆ

300 *Phocæ*] Vituli sunt marini.

302 *Nereides*] Maris nymphæ, Nerei filiæ.

304 *Nat lupus*] Prædæ usque adeo immemor, utpote qui majora curet. Neque lasciviens poëta, genioque indulgens, ad ineptias delapsus est, quod voluit Seneca : neque oves ingenio suo lupis objicit : sed tantum ut cataclysmi ob oculos ponat magnitudinem, eas lupis dicit intactas, qui status atrocitate vel innatam ipsam edendi rabiem obliviscantur.

305 *Fulminis*] Vel quia instar fulminis exertis utrimque dentibus obvia quæque frendens lacerat ; vel quia, ut fulmen, ' obliqua præstringit lumina flamma.'

306 *Ablato*] Undarum impetu correptó.

308 *Vaga*] Tum vaga præsertim, quæ nullos sibi notos nec campos nec arbores videat.

310 *Novi*] In montium cacuminibus novi, scilicet.

Maxima pars unda rapitur: quibus unda pepercit,
Illos longa domant inopi jejunia victu.
Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis,
Terra ferax, dum terra fuit; sed tempore in illo
Pars maris, et latus subitarum campus aquarum.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
Nomine Parnassus, superatque cacumine nubes.
Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat æquor)
Cum consorte tori parva rate vectus adhæsit;
Corycidas Nymphas, et numina montis adorant,
Fatidicamque Themin, quæ nunc oracla tenebat.
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui

fastigia montium. Maxima pars aufertur aqua: jejunia illos vincunt cibi indigentia, quibus aqua indulsit. Phocis, solum fertile, quamdiu solum fuit, sed tunc pars maris, et vastus campus aquarum repentinarum, dividit Aonios ab agris Atticis. Ibi mons excelsus, nomine Parnassus, porrigitur ad sidera duobus cacuminibus, et excedit nubes vertice. Postquam Deucalion huc appulit cum socia lecti, vectus exigua navi, nam mare obruerat alia omnia, venerantur Nymphas Corycidas, et Deos montanos, et Themin fatidicam, quæ tunc habebat oracula. Nullus vir fuit melior, nec magis addictus justitiæ illo; aut ulla magis pia, quam

scripti, et Vivian. ex suis.—313 Delrius ad Senec. Herc. Fur. citat *Separ. Ionios Œtæis.*—318 Mallet Heins. *Huic ubi Deuc.* Alter Gronov. *possidet æquor* —320 *Adorant* meliores; vulg. *adorat.*—321 Cant. *nunc;* vulg. *tunc,* quod et

NOTÆ

311 *Rapitur*] Interit, morte tollitur.

313 *Aonios*] Est Aonia Bœotiæ regio montana, quæ pro ipsa tota quandoque ponitur.

Actæis] Ἀκτή, littus est, atque ab eo antea Actæa dicta Attica regio.

Phocis] Regio est non inter Bœotiam et Atticam, sed super utramque; ut hic sit hypallage, cum volucrit dicere poëta, Bœotia separat Phocenses ab Atticis seu Atheniensibus. Quanquam tamen crediderim per *Aonios,* montanos appellative, quomodo *Lyra Aonia* dicitur, esse intelligendos, sicuti per *Actæos,* littorales; ut sit sensus Phocensem agrum ubi Parnassus Musis sacer esset, inter montes a Septemtrione, et littus a meridie, porrectum esse, quod revera sic est.

316 *Verticibus*] *Il a deux croupes.*

319 *Consorte*] Pyrrha, scilicet.

320 *Corycidas*] Nymphæ fuerunt antri Corycii, quod juxta Parnassum Apollini, Baccho, et Musis sacrum montem fuit.

321 *Themin*] Cœli est Terræque filia, cujus est officium, (ut et Græce nomen indicat) quod fas est præcipere; quam ante Apollinem Delphis oracula edidisse volunt: ‘Cum regna Themis tripodasque teneret.’ Lucan. Quod et ex Sidonio, qui responsa Themidis priora Delphis, itemque Am. Marcellino, qui verbis vaticinis Themidis numen præesse dicit, comprobatur.

322 *Illo*] Deucalione, scilicet.

Vir fuit, aut illa metuentior ulla Deorum.
Jupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem,
Et superesse videt de tot modo millibus unum,
Et superesse videt de tot modo millibus unam;
Innocuos ambos, cultores numinis ambos;
Nubila disjecit: nimbisque Aquilone remotis,
Et cœlo terras ostendit, et æthera terris.
Nec maris ira manet; positoque tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi: supraque profundum
Extantem, atque humeros innato murice tectum,
Cœruleum Tritona vocat; conchæque sonaci
Inspirare jubet; fluctusque et flumina signo
Jam revocare dato. Cava buccina sumitur illi
Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo:
Buccina, quæ medio concepit ut aëra ponto,
Littora voce replet, sub utroque jacentia Phœbo.

illa fuit. *Cum Jupiter videt mundum demersum liquidis paludibus, et unum restare de tot millibus, et unam restare de tot millibus, ambos insontes, ambos pios, nubes dispersit; et imbribus a Borea fugatis, patefecit terras cœlo, et cœlum terris. Neque æstus maris durat: et Moderator ponti temperat aquas, remoto telo trisulco: et arcessit glaucum Tritonem, eminentem super mare, et obductum humeros conchis congenitis; et imperat inflare concham personantem, et confestim revocare undas et flurios signo dato. Ille corripit cornu cavum et intortum, quod auctum est in amplitudinem ab infimo orbe: quod* quidem, *ut spiritu inflatum est in medio mari, pervadit sonitu littora porrecta*

Cod. Heidelb.—323 In utroque Ma. aliisque *metuentior*: Berolin. *reverentior*. In uno Ciofani, et duobus V. *ulla Dearum*.—325 In cod. Heidelb. aliisque *super. virum*.—327 Burm. vult *Innoc. ambo...numin. ambo*.—328 Leid. unus *Nubil. deducit;* alii *discedit, discussit*.—330 Voss. et alius *maris unda*.—332 *Errantem* Berneggerian. pro *Extantem*.—333 Heins. vult *Cæruleos*. Alii *conchæque sonanti:* nonnulli etiam *conchaque*. Unus Strozzæ *conchæque tonanti*.—337 Alii *quæ in medio*. Et vulgo *conc. ubi;* quod et Heidelb. et Berolin.—

NOTÆ

332 *Murice*] Est murex concha ex cujus sanguine purpureus color conficitur, qui sæpe per muricem intelligendus: Tritonis autem humeris ingenitas conchas volunt, pro squamis, honoris causa.

333 *Tritona*] Erat Triton Neptuni filius, comes ejusdem, et tubicen, ore hominem, cauda piscem referens.

334 *Signo dato*] Signo intellige, quod det Triton, buccina solitus aquas increpare.

336 *Quæ turbine*] Optime eo modo pictam videmus ad turbinis speciem, ore angusto, quod paulatim in amplitudinem crescat, ut gravior et raucior fiat sonus.

337 *Concepit*] Buccinam eam inflante Tritone.

338 *Sub utroque*] Oriente et Occi-

Tum quoque, ut ora Dei madida rorantia barba
Contigit, et cecinit jussos inflata receptus,
Omnibus audita est telluris et æquoris undis:
Et quibus est undis audita, coërcuit omnes.
Jam mare littus habet: plenos capit alveus amnes:
Flumina subsidunt: colles exire videntur:
Surgit humus: crescunt loca decrescentibus undis.
Postque diem longam nudata cacumina sylvæ
Ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat. Quem postquam vidit inanem,
Et desolatas agere alta silentia terras,
Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:
O soror, o conjux, o fœmina sola superstes,
Quam commune mihi genus, et patruelis origo,
Deinde torus junxit; nunc ipsa pericula jungunt:
Terrarum, quascumque vident occasus et ortus,
Nos duo turba sumus: possedit cetera pontus.

sub utroque sole. Tum etiam, postquam admotum est ori Dei madido barba stillante, et inflata indicavit jussos regressus, pervasit ad omnes fluctus terræ et maris: et repressit omnes ad quos penetravit. Nunc mare habet littus: fossa continet fluvios cumulatos: amnes deprimuntur: cliri videntur prodire. Terra apparet; loca augentur, aquis defluentibus. Postque dies aliquot arbores exhibent fastigia spoliata, et habent terram adhærentem ramis. Mundus restitutus erat: quem ut Deucalion vidit vacuum, et terras afflictas late silere, hoc modo alloquitur Pyrrham lacrymis prorumpentibus: O soror, o uxor, o mulier sola superstes, quam sanguis idem cum meo, et origo patruelis, deinde lectus consociavit, nunc ipsa pericula consociant; nos duo sumus frequentia terrarum quascumque Oriens et Occidens aspicit:

338 Duo Codd. *latentia Phœbo:* Burm. conj. *patentia.*—340 *Receptus* Pal. sec. et plurimi alii; vulg. *recessus.*—342 Fl. N. et sex alii *undas audita.*—343 Burm. mallet *planos capit.* Leid. unus *plenas c. a. undas.*—344 Heins. *Flumina subsid.* Plurimi Codd. *collesque.*—345 Berolin. *descendentibus undis.*—346 Alii *diem longum.*—347 Berolin. *in fronte.*—348 Idem *vidit apertum,* quod et vulg. habent: Vivianus vindicat *inanem,* quia 'desolatas' sequitur.—350 Mss. Gebhard. Crepund. I. 12. *lacrymis ad Pyrrham fatur abortis.* In multis vett. etiam

NOTÆ

dente (quæ hyperbole est maxima) audita est buccina, aquis canens receptui.

341 *Telluris*] Id est, quæ tum tellurem invaserant.

346 *Longam*] Post multos dies, immo et menses, anni denique spatium, si de diluvio universali intelligas.

Nudata] Scilicet et fructus et folia deciderant.

352 *Patruelis origo*] Quippe Deucalion Promethei, Pyrrha Epimethei, Prometheus et Epimetheus Iapeti soboles.

Nunc quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ
Certa satis: terrent etiamnum nubila mentem.
Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
Nunc animi, miseranda, foret? quo sola timorem
Ferre modo posses? quo consolante doleres?
Namque ego, (crede mihi,) si te modo pontus haberet,
Te sequerer, conjux: et me quoque pontus haberet.
O utinam possim populos reparare paternis
Artibus; atque animas formatæ infundere terræ!
Nunc genus in nobis restat mortale duobus,
(Sic visum Superis,) hominumque exempla manemus.
Dixerat, et flebant. Placuit cœleste precari
Numen, et auxilium per sacras quærere sortes.
Nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas,
Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes.
Inde ubi libatos irroravere liquores

mare absorbuit reliqua. Nunc etiam nondum satis est tuta vita nostra: nubes etiamnum concutiunt animum. Quis nunc tibi sensus esset, lugenda, si fuisses liberata fatis sine me? Quomodo posses tolerare metum sola? quo leniente dolores? Namque ego, fidem mihi habe, siquidem jam mare te teneret, uxor, te comitarer, et mare me quoque haberet. O utinam mihi liceret compensare gentes calliditate patris, atque immittere animas luto effecto! Nunc gens humana superest in nobis duobus: sic Diis placitum; et sumus exemplaria hominum. Absolverat, et lacrymabantur. Libuit orare potentium divinam, ut opem petere per sacra oracula. Sine cunctatione, descendunt simul ad aquas Cephisidas, quemadmodum nondum puras, sic tamen *nunc pervadentes notum alveum. Tum postquam infuderunt aquas deli-*

legitur *abortis.*—356 *Nunc* Med. sec. et quinque alii; Berolin. Heidelb. et alii *Hæc.*—357 N. *etiamnum:* Berolin. et alii *etiam nunc.*—358 Multi Codd. *Quis tibi;* inter quos Berolin. et Heidelb. et ille quoque *exemta fuisses.*—359 Iidem Codd. *Nunc animus.*—360 Vulg. *consol. dolores:* Heidelb. *laboras.* 361 Alii *te quoque.*—363 Multi *utinam possem.* Quidam *pop. formare,* vel *recreare,* vel *renovare.*—366 Vulg. *visum est.* Leid. *Sic placuit Sup.*—368 Berolin. *inquirere sort.*—370 Opt. Thuan. *Ut nond.* alii *et.* Unus Med. *sic jam;*

NOTÆ

358 *Fatis erepta*] Ut sola superstes fuisset.

363 *Paternis*] Promethei, quem antea hominem ex luto fluxisse, eumque igne cœlitus surrepto animasse vidimus.

368 *Sortes*] Oracula et Deorum responsa.

369 *Cephisidas*] Cephisi amnis, ex Parnasso fluentis.

370 *Nondum liquidas*] Immo limo turbidas.

Vada nota secantes] Quia intra alvenm continebantur.

371 *Irroravere*] Solenni sacra facientium more, aquæ vivæ, id est, flu-

Vestibus et capiti; flectunt vestigia sanctæ
Ad delubra Deæ: quorum fastigia turpi
Squalebant musco; stabantque sine ignibus aræ.
Ut templi tetigere gradus; procumbit uterque
Pronus humi, gelidoque pavens dedit oscula saxo.
Atque ita, Si precibus, dixerunt, numina justis
Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum;
Dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit: et mersis fer opem, mitissima, rebus.
Mota Dea est; sortemque dedit: Discedite templo;
Et velate caput; cinctasque resolvite vestes:
Ossaque post tergum magnæ jactate parentis.
Obstupuere diu: rumpitque silentia voce
Pyrrha prior; jussisque Deæ parere recusat:

batus vestimentis et capiti, iter instituunt ad templum sacræ Deæ; cujus cacumina turpiter mucescebant, et foci erant sine ignibus. Ut tetigerunt gradus templi, uterque pronus humi sternitur, et timidus deosculatus est petram frigidam: atque ita locuti sunt: Si Dii superati flectuntur æquis precibus, si ira Deorum temperatur, dic, Themi, quomodo exitium nostræ gentis sit medicabile; et, suavissima, succurre rebus obrutis. Dea victa est, et responsum dedit: Amolimini vos a templo, et tegite caput, et discingite amictus astrictos; et mittite post dorsum ossa magnæ matris. Diu admirati sunt; et Pyrrha prior locuta est, et negat obsequi mandatis

alii *sed.* Plurimi Codd. et edd. *nota sequentes.*—372 In quibusdam *vestig. sacræ.*—374 In omnibus vett. *Pallebant musco.*—380 Cod. Menard. *et miseris;* unus Mor. *mœstis.* Quædam edd. *mitiss. terris.*—382 Alii *cunctasque.* Omnes fere vett. *resolvite;* sed unus Mor. et duo Heins. *recingite:* Pal. *decingite:* Gebhard. legebat *cunctasque recingite v.*—384 Heidelb. et Berolin. *rupitque*

NOTÆ

entis, et Themidi sacræ aspergine sese lustraverunt.

373 *Deæ*] Themidis, cui sacer Cephisus.

376 *Pavens*] Præsentis numinis horrore correpti sunt.

381 *Sortemque*] Oraculum; in quo sensu hanc vocem supra vidimus.

Discedite] Istud ex veteribus ritibus curiosius exponunt nonnulli, quod simpliciter accipiendum arbitror.

382 *Velate caput*] Istud jam ex disciplina veteri: nempe velati capite Deos adorabant, humiles se et indignos confessi, aut veriti ne quid mali ominis sacra interturbaret, id docente Plutarcho: unde Helenus Æneid. III. ad Æneam: ‘ Purpureo velare comas adopertus amictu, Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, et omina turbet. Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto: Hac casti maneant in religione nepotes.’

Cinctasque] Piaculum enim in sacrificio erat aliquid esse religatum.

Detque sibi veniam, pavido rogat ore: pavetque
Lædere jactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt cæcis obscura latebris
Verba datæ sortis secum, inter seque volutant.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet; et, Aut fallax, ait, est solertia nobis:
Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent.
Magna parens terra est: lapides in corpore terræ
Ossa reor dici: jacere hos post terga jubemur.
Conjugis augurio quanquam Titania mota est;
Spes tamen in dubio est: adeo cœlestibus ambo
Diffidunt monitis. Sed quid tentare nocebit?
Descendunt; velantque caput, tunicasque recingunt;
Et jussos lapides sua post vestigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)
Ponere duritiem cœpere suumque rigorem,
Mollirique mora, mollitaque ducere formam.

Deæ: et precatur ore timido, sibi ignoscat: et veretur violare manes matris ossibus jactatis. Interea revolvunt secum voces dati responsi obscuras impenetrabilibus velaminibus, et inter se excutiunt. Postea Promethei filius solatur Pyrrham levibus verbis, et inquit, Aut me animus fallit, aut responsa Deæ sunt pia, et nullum nefas suadent. Terra est magna mater; opinor saxa vocari ossa in corpore terræ: jubemur ea mittere pone dorsum. Quamvis Titania tacta est conjectura mariti, tamen spes fluctuat: adeo uterque diffidit jussis cœlestibus. Verum quid oberit periculum facere. Discedunt, et caput operiunt, et laxant vestes, et jaciunt saxa præscripta a tergo. Lapides (quis isti rei fidem adhibeat, nisi antiquitas probet?) cæperunt omittere suam duritatem et suum rigorem; et emolliri tempore, et emol-

sil.—386 Arund. *timido rogat.* Unus Voss. *timetque.* Heins. legit *timido r. ore, paventi Lædere, &c.* Gronov. *cavetque Lædere.*—388 In uno Ciofani, Ursin. et Cælest. *cæcisque;* tert. R. et unus Med. *obscuris cæca.*—389 Fl. N. et unus Med. *Verba Deæ; sortes secum inter seq. &c.*—390 In aliis vett. *Hinc Prom.*—391 Voss. *sententia nob.* Gronov. *fiducia. Nostri* etiam pro *nobis* Bas.—395 Mor. *Conjug. arbitrio.*—397 Alii *tent. nocebat.*—398 Berolin. et Heidelb. aliique

NOTÆ

387 *Lædere*] Quia in animas seu umbras redundare cadaveribus illatam injuriam credebant Ethnici.

388 *Latebris*] Latebat vero sensus sub obscurorum verborum ambage.

390 *Promethides*] Deucalion, Prometheï filius.

Epimethida] Pyrrham, Epimetheï filiam.

395 *Augurio*] Interpretatione, sane felici.

Titania] Pyrrha, Iapeti Titanis neptis.

Mox, ubi creverunt, naturaque mitior illis
Contigit, ut quædam, sic non manifesta, videri
Forma potest hominis; sed uti de marmore cœpto
Non exacta satis, rudibusque simillima signis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
Et terrena fuit, versa est in corporis usum.
Quod solidum est, flectique nequit, mutatur in ossa:
Quod modo vena fuit, sub eodem nomine mansit.
Inque brevi spatio, Superorum numine, saxa
Missa viri manibus faciem traxere virilem:
Et de fœmineo reparata est fœmina jactu.
Inde genus durum sumus experiensque laborum:
Et documenta damus, qua simus origine nati.

Fab. VIII. Python serpens in figuras.

Post cataclysmum factum edidit terra Pythonem serpentem, speciem ignotam mortalibus; hunc Apollo sagittis interemit: et ne ejus aboleret nomen, instituit ludos, et certamina quædam in his ludis ostendit. Unde etiam Apollo Pythius est appellatus, ludique Pythii.

Cetera diversis tellus animalia formis

liti sumere formam. Mox ubi aucti sunt, et natura lenior illis data est, ut aliqua dignosci potest figura hominis, sic non evidens, sed sicut de marmore sumto, non satis accurata, et simillima statuis impolitis. Quæ tamen pars ex illis fuit madida aliquo humore, et terrestris, mutata est in usum corporis. Quod durum est, et nequit molliri, transit in ossa: quod modo fuit vena, perstitit sub eodem nomine. Atque brevi, Deorum dono, lapides jacti manibus viri induerunt formam masculam; et fœmina restituta est jactu fœmineo. Hinc progenies sumus aspera, et patiens laborum; et sumus indicio, quo simus principio oriundi.

VIII. *Terra produxit ultro reliqua animalia variis formis, postquam vetus succus*

Discedunt.—405 *Cœpto* pr. Pal. vulg. *cœpta:* unus Med. *secta.*—410 *Que modo* pro *quæ* Heidelb. et Berolin.—411 Unus Heins. *Jamque brev.* Francius *Inde.* Vett. quinque *Sup. munere.*—412 In uno V. *faciem cepere;* in uno Heins. *sumsere.* Pro *faciem* Leid. *speciem. Virilem* dedit Heins. ex uno suo, et uno

NOTÆ

404 *Ut quædam*] Lapides dicit, qui projecti fuerant, quanquam aliquam post moræ tantillum formam induissent, imperfectam tamen habuisse, ut nondum constaret, quid essent.

405 *Cœpto*] Inchoato et nondum ad simulacri alicujus perfectam formam expolito.

408 *Corporis*] Carnis, quæ tamen proprie de animalibus mortuis dicitur.

410 *Vena*] Habent etiam lapides suo modo venas, quas et oculis licet deprehendere.

413 *Fœmineo*] Pyrrhæ, quæ lapides

Sponte sua peperit; postquam vetus humor ab igne
Percaluit solis, cœnumque, udæque paludes
Intumuere æstu: fœcundaque semina rerum,
Vivaci nutrita solo, ceu matris in alvo
Creverunt, faciemque aliquam cepere morando.
Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus, et antiquo sua flumina reddidit alveo,
Æthereoque recens exarsit sidere limus;
Plurima cultores versis animalia glebis
Inveniunt, et in his quædam modo cœpta sub ipsum
Nascendi spatium; quædam imperfecta, suisque
Trunca vident numeris: et eodem in corpore sæpe
Altera pars vivit; rudis est pars altera tellus.
Quippe ubi temperiem sumsere humorque calorque,

incaluit a radiis solis; et lutum, et humidæ paludes inflatæ sunt calore; et semina fœcunda rerum sustentata terra vegeta aucta sunt, sicut in utero matris, et induerunt aliquam formam tempore. Sic ubi Nilus septemfluus destituit campos humidos, et reduxit suas undas in veterem fossam, et cœnum norum incaluit sole, agricolæ reperiunt multa animalia cespitibus inversis; atque inter ea nonnulla primulum inchoata in ipso generationis tempore; vident alia nondum absoluta, et destituta suis partibus; et in eodem corpore pars altera vivit, pars altera est terra crassa. Nempe

Mediol. pro vulg. *virorum.*—416 Vetus Cod. habet *deversis tell.*—418 *Incaluit* multi codices, et edd. Ald. *excaluit* unus Pal. *pertepuit* unus Mediol. *præcaluit* Med.—426 Berolin. *modo nata per ips.* Thuan. *facta s.* Tanaquil. Faber corr. *cœpta per ipsum Vertendi sp.*—428 Libri meliores, teste Heins. *numeris;*

NOTÆ

post terga etiam projecerat.

416 *Cetera*] Falso quidem hoc dicit; nam vel de insectis etiam, num sine semine aliquo generentur, non sine causa dubitant nonnulli.

417 *Vetus*] Ex diluvii aquis.

419 *Semina*] Sunt hæc pura Poëtarum figmenta; neque sine expresso Dei jussu potest terra animalia proferre.

422 *Septemfluus*] Quia per septem ostia præcipua in mare erumpi Nilus, qui singulis annis Ægyptum regionem alioqui siccam inundat et fœcundat.

424 *Sidere*] Sole.

425 *Animalia inveniunt*] Quæ per se sine semine, scil. natura produxerit: quod et Mela historicus refert. Ceterum insecta quidem ex corruptione nasci plerique concedunt; perfecta animalia sine semine generari posse naturaliter, non is sum qui credam.

427 *Imperfecta*] Inchoatis equidem perfectiora, sed quæ omnibus membris nondum constiterint, terramque inanimatam secum traxerint; nondum numeris omnibus absoluta.

430 *Temperiem*] Quæ est medium

Concipiunt: et ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque sit ignis aquæ pugnax; vapor humidus omnes
Res creat, et discors concordia fœtibus apta est.
Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis, almoque recanduit æstu;
Edidit innumeras species; partimque figuras
Retulit antiquas; partim nova monstra creavit.
Illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python,
Tum genuit: populisque novis, incognita serpens,
Terror eras: tantum spatii de monte tenebas.
Hanc Deus arcitenens, et nunquam talibus armis
Ante, nisi in damis capreisque fugacibus, usus,
Mille gravem telis, exhausta pæne pharetra,
Perdidit, effuso per vulnera nigra veneno.
Neve operis famam possit delere vetustas,

ubi calor et humiditas temperati sunt, concipiunt; et omnia initium habent ab istis duobus. Et cum calor sit contrarius humiditati, calor humidus creat res omnes, et discors concordia est idonea ad generationes. Postquam igitur terra cœnosa nupera eluvie incaluit sole æthereo, et intensis caloribus, emisit species infinitas; et partim reddidit formas antiquas, partim formavit nova monstra: illa quidem invita, sed produxit te quoque eo tempore, maxime Python: et eras horror recentibus populis, serpens ignote; tantum tegebas partem montis. Deus arcu insignis, et nunquam usus antea ejusmodi telis, nisi adversus damas et capreas fugaces, interfecit hunc impeditum mille sagittis, pharetra propemodum exinanita, tabo exhausto per atra vulnera. Et ne tempus possit oblivioni mandare gloriam facti, instituit sacros ludos

---

vulg. *humeris.*—430 Vivian. Codd. *temp. sensere.*—431 Unus Heins. *ut ab his oriantur.*—433 Berolin. *acta est.*—435 Bas. *Motibus æther.* Vulg. *altoque;* Cod. Sprotii *almoque.*—439 *Incognita* Bernegg. N. et decem alii; ceteri *incognite.*—443 Bernegg. et alii *gravi telis.*—445 Berolin. *posset del.*—447 Vulg.

NOTÆ

siccitatis et frigiditatis participans, ex caloris et humiditatis pugna conflatum.

431 *Concipiunt*] Ex humidi et calidi temperie fieri docet generationem: quam quidem sine illa dari posse, vix quisquam ausit affirmare.

432 *Vapor*] Pro calore sumitur; quomodo et Virgilius aliique sunt locuti.

438 *Python*] Serpens fuit miræ magnitudinis, ex terræ corruptione post diluvium natus, quem Apollo interfecit. Qua fabula gravissimas a diluvio exhalationes radiis suis solem attenuasse significare voluerunt mythologi: quanquam alia alii ad libitum quisque comminiscuntur.

441 *Arcitenens*] Apollo est, seu Sol, jaculandi peritia et radiantibus suis sagittis poëtis decantatissimus.

443 *Gravem telis*] Quæ in ipsum serpentem Apollo conjecerat.

444 *Nigra*] Propter circumfusum sanguinem nigrum.

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia, de domitæ serpentis nomine dictos.
His juvenum quicumque manu, pedibusve, rotave,
Vicerat; æsculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat; longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Fab. IX. Daphne Penei filia in Laurum.

Daphne Penei fluminis filia, cum omnium virginum, quæ in Thessalia essent, speciosissima haberetur, adeo quidem ut Deos pulchritudine sua caperet; Apollo cum eam conspexisset, forma ejus expalluit: quam cum neque pollicitis neque precibus adire potuisset, vim ut afferret instituit. Et illa cursu conspectum ejus effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati suæ, quam sibi permiserat, ferret auxilium: cujus ille auditis precibus, filiam Deorum auxilio, ut vim effugeret, in laurum convertit.

Primus amor Phœbi Daphne Peneia; quem non

claro certamine, dictos certamina *Pythia, a nomine serpentis interfecti. Quicumque adolescentum victor discesserat pugilatu, cursu, aut curru, reportabat coronam ex ramis æsculi. Laurus nondum extabat, et Apollo redimiebat de quavis arbore tempora spectabilia prolixa coma.*

IX. *Daphne Peneia* fuit *primus amor Apollinis, quem non fortuna inscia, sed*

Pyth. perdomitæ; Heidelb. *perdomiti;* Berolin. *de domiti.*—448 Codd. *His;* vulg. *hic.*—449 Pro *æsculeæ* quatuor Codd. habent *Herculeæ.*—453 *Fors* omnes

NOTÆ

447 *Pythia*] Quatuor fuerunt apud Græcos ludorum celebritates, Olympicorum, Pythiorum, Isthmiorum, Nemæorum; de quibus varia varii tradiderunt, quæ majori ex parte collegit Natalis Comes. Ceterum non Apollinem Pythia certamina instituisse, sed Eurylochum scribunt ex Pindari sententia, aut Diomedem, ut voluit Pausanias: cujusmodi fabulas prolixe persequi non tanti ducimus.

448 *Manu*] Id est, pugillatu, cursu pedestri et curuli. Quanquam et certamina, et victorum præmia, et tempora varie immutata fuisse, hinc inde, ut est fabularum præsertim, et veteris historiæ, itemque hominum ingenium, apud varios legere poteris.

449 *Æsculeæ*] Ex æsculi arboris fronde confecta corona donabantur victores; quæ quidem æsculus ex glandiferarum est genere, ita dicta, auctore Servio, quod ejus glandibus, ante fruges inventas, mortales pro esca uterentur.

450 *Longo*] Ita vero pingebatur, et pingi decuit propter radios.

452 *Primus*] Lauri, aut ex ea arbore confecta corona qua donabantur victores, occasione, ad Phœbi er-

Fors ignara dedit, sed sæva Cupidinis ira.
Delius hunc nuper, victa serpente superbus,
Viderat adducto flectentem cornua nervo:
Quidque tibi, lascive puer, cum fortibus armis?
Dixerat: ista decent humeros gestamina nostros;
Qui dare certa feræ, dare vulnera possumus hosti.
Qui modo, pestifero tot jugera ventre prementem,
Stravimus innumeris, tumidum Pythona, sagittis,
Tu face nescio quos esto contentus amores
Irritare tua: nec laudes assere nostras.
Filius huic Veneris: Figat tuus omnia, Phœbe,
Te meus arcus, ait: quantoque animalia cedunt
Cuncta tibi, tanto minor est tua gloria nostra.
Dixit: et eliso percussis aëre pennis

atrox ira Cupidinis morit. Apollo elatus superato serpente viderat hunc nuper currantem arcum nervo adducto; et dixerat: Quid tibi cum daris armis, puer lascive? Ista gestamina conveniunt nostris humeris, qui possumus certas plagas inferre feris et hostibus; qui nuper occidimus infinitis spiculis Pythonem inflatum, tegentem tot jugera ventre venenato. Tibi satis sit incendere nescio quos amores face tua, nec tibi arroga nostram gloriam. Filius Veneris huic respondit: Apollo, arcus tuus cetera transverberet, meus te figat: et quanto animalia omnia sunt te minora, tanto minores sunt tuæ laudes nostris. Absolverat, et celer, aëre percusso alis agitatis,

---

fere codd. vulg. *sors.* Pro *dedit* Berneggeri Arg. *ferit.*—454 Gron. *serpentis morte superbus.*—456 Marg. Gryph. et Bersm. *talibus armis.*—457 Excerpta Menardi *decent animos gest.*—460 Fl. et unus Thuani *Str. innocuis.* Unus Sixii *gravidum Pyth.*—462 In quibusdam *Inflammare tua:* in aliis *Indagare;* Bernegg. *Invi-*

NOTÆ

ga Daphnen amores Poëta descendit, quæ in laurum ejus nominis arborem mutata est.

Daphne] Penei fuit Thessaliæ fluvii (vel, ut aliis placet, adonis) filia, cujus consitæ ripæ lauris: unde locus datus fabulæ: nam laurus Græcis Daphne dicitur. Qua quidem Daphnes in laurum mutatæ fabula, virginibus ob pudicitiam immortalem esse partam gloriam intelligitur. Atque rem ipsam cognoverit quicumque impuritatem, omnium prope malorum fontem, ex inspecta hominum vita scrutando assecutus fuerit.

453 *Cupidinis*] Amoris, Jovis et Veneris filii, ut nonnullis placet; vel, ut alii volunt, Martis et Veneris; vel Cœli et Terræ, &c.

454 *Delius*] Apollo est, in Delo, Ægæi maris insula, una cum Diana sorore natus.

455 *Flectentem cornua*] Sagittas arcu emittentem. Cornua autem, quæ ad arcus extremitates aptantur, pro ipso arcu posuit.

458 *Qui dare*] Vide annon magnifice hæc omnia, et ut decuit mox superbia sua periturum.

461 *Face*] Faces vidimus in Amoribus, sicut et sagittas, arma Cupidinis.

462 *Assere*] Tibi vindica; Tuas facito.

Impiger umbrosa Parnassi constitit arce:
Eque sagittifera promsit duo tela pharetra
Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum est, et cuspide fulget acuta:
Quod fugat, obtusum est, et habet sub arundine plumbum.
Hoc Deus in Nympha Peneide fixit; at illo
Læsit Apollineas trajecta per ossa medullas.
Protinus alter amat; fugit altera nomen amantis,
Sylvarum latebris, captivarumque ferarum
Exuviis gaudens, innuptæque æmula Phœbes.
Vitta coërcebat positos sine lege capillos.
Multi illam petiere: illa aversata petentes,
Impatiens expersque viri, nemorum avia lustrat:
Nec quid Hymen, quid Amor, quid sint connubia, curat.

pedem posuit in cacumine umbroso Parnassi; et sumsit duas sagittas ex pharetra variorum effectuum. Hæc excutit, illa inducit amorem. Quæ inducit, aurata est, et splendet mucrone acuminato: quæ excutit, est hebes, et habet plumbum sub canna. Deus immisit hanc in Nympham Peneidem; at vulnerarit illa medullas Apollinis per ossa transfixa. Continuo alter amat; altera odit nomen amantis, sese oblectans antris sylvarum, et spoliis ferarum captarum, et imitans Dianam virginem. Vitta retinebat comam incomtam. Plurimi illam concupiverunt: illa exosa ambientes, impatiens et expers mariti, percurrit loca *devia et intercepta sylvarum; neque cogitat quid* sit *Hymen, quid* sit *Amor, quid sint conjugia. Parens dixit sæpe,*

---

tare.—465 *Tibi* Bernegg.: alii *Deo*, vel *Deis.*—468 *Eque* præstantiores, teste Heins. *atque* duo: *jamque* Voss. *aque* Pal. *deque* alii. Med. *promit duo.*—469 Quidam *facit hoc, fugat illud.*—470 In uno Cælest. *et figit cuspide acuta.* 472 Leid. *in Nympham Peneida.*—477 Lov. *negleetos alba capillos.*—478 *Adversata petentes* plurimi Codd. margo Gryph. *aspernata potentes.*—479

NOTÆ

466 *Pennis*] Alarum, scilicet. Volantem Cupidinem describit.

467 *Arce*] Pro cacumine posuit Parnassi.

469 *Diversorum operum*] Id est, quorum contrarius erat effectus.

471 *Arundine*] Est arundo aquaticus frutex, quo fiebant sagittæ: unde pro ipsis persæpe sumitur.

472 *Nympha*] Daphnen plumbo armata sagitta tetigit.

474 *Fugit altera*] Laurus nempe umbram et loca opaca diligit; Solem fugit. Quanquam eo spectasse Poëtam haud equidem scio.

476 *Phœbes*] Dianam dicit Phœbi sororem, quæ virgo incorrupta et venatrix.

477 *Vitta*] Fascia est, qua matronæ pudicæ, virgines, Vestalesque crines coërcebant, et caput ornabant: sæpius pro pudicitia indicanda Ovidius utitur.

478 *Multi*] Proci, scilicet.

480 *Hymen*] Fuit Hymen, sive Hymenæus, Deus nuptiarum præses, Liberi patris et Veneris, vel, ut aliis placet, Uraniæ filius; qui etiam pro ipsis nuptiis sumitur.

Sæpe pater dixit: Generum mihi, filia, debes. 481
Sæpe pater dixit: Debes mihi, nata, nepotes.
Illa, velut crimen, tædas exosa jugales,
Pulchra verecundo suffunditur ora rubore;
Inque patris blandis hærens cervice lacertis, 485
Da mihi perpetua, genitor carissime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianæ.
Ille quidem obsequitur: sed te decor iste, quod optas,
Esse vetat; votoque tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat; visæque cupit connubia Daphnes: 490
Quæque cupit, sperat: suaque illum oracula fallunt.
Utque leves stipulæ demtis adolentur aristis;
Ut facibus sepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admovit, vel jam sub luce reliquit;

Nata, debes mihi generum. Parens dixit sæpe, Natu, debes mihi posteros. Illa aversata faces nuptiales, tanquam flagitium, erubescit venusto ore; et amplectens collum patris mitibus brachiis dixit, Concede mihi, pater suavissime, indelibata virginitate frui: parens istud concessit antea Dianæ. Ille equidem annuit; verum ista elegantia prohibet esse, quod vores: et tua pulchritudo facit contra tuum desiderium. Apollo amat; et optat conjugia visæ Daphnes: et sperat quæ optat, et sua responsa illum decipiunt. Et quemadmodum levis culmus comburitur sublatis aristis; quemadmodum sepes flagrant tædis, quas forte viator vel nimis admovit,

---

Alii *nemora avia.*—484 *Suffunditur* Bernegg. aliique; vulg. *suffundens.*—485 Cod. Patr. Jun. *pendens cervice.*—591 Vulg. *Quodque cup.* alii etiam *Quamque.*—492 N. et alius *abolentur aristis.*—493 *Forte* libri vett. constanter, nisi quod in tribus *sæpe.* Heins. suadet *nocte*, ut respondeat τῷ

NOTÆ

483 *Tædas*] Est tæda arbor ex resinosarum genere, qua tædæ seu faces fiebant, quibus in nuptiarum itemque aliis cærimoniis utebantur. Quia enim noctu sponsa in mariti domum deducebatur, lumine, adeoque tædis aut facibus opus erat.

484 *Suffunditur ora*] Pro Per ora, eleganti Græcismo.

485 *Blandis*] Quibus ipsa blanda Daphne Synecdochice intelligitur.

487 *Pater*] Jupiter, scilicet: quod jam sæpe vidimus.

488 *Ille*] Peneus, filiæ obtemperans.

Sed te] Daphnen ipsam alloquitur Poëta, nondum nequitiæ suæ immemor.

489 *Repugnat*] Quia a multis expetuntur quæ pulchræ sunt.

491 *Suaque*] Notiora sunt Apollinis oracula, quam ut toties recantata narrare instituamus. Negat Naso sibi potuisse consulere Apollinem, qui aliis ipsorum fata aperuerit.

492 *Demtis*] Postquam pars major paleæ una cum aristis collecta, manente in campo stipula.

494 *Reliquit*] Quod adventante die nullius usus esset.

Sic Deus in flammas abiit: sic pectore toto
Uritur, et sterilem sperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos.
Et, Quid, si comantur? ait. Videt igne micantes,
Sideribus similes, oculos. Videt oscula; quæ non
Est vidisse satis. Laudat digitosque, manusque,
Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos.
Si qua latent, meliora putat. Fugit ocyor aura
Illa levi: neque ad hæc revocantis verba resistit:
Nympha, precor, Penei, mane: non insequor hostis.
Nympha, mane. Sic agna lupum, sic cerva leonem,
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ;
Hostes quæque suos: amor est mihi causa sequendi.
Me miserum! ne prona cadas, indignave lædi
Crura secent sentes; et sim tibi causa doloris.
Aspera, qua properas, loca sunt. Moderatius, oro,
Curre, fugamque inhibe; moderatius insequar ipse.

vel jam desecuit sub die; sic Deus conflagravit; sic æstuat totis visceribus, et alit sperando vanum amorem. Videt comam incomtam lapsam super collo; et dicit, Quid, si componatur? Videt oculos radiantes luce, pares astris. Videt os, quod non est satis vidisse. Probat digitos et manus, et brachia, et lacertos exertos plus dimidia parte. Si quædam occultantur, credit formosiora. Illa celerior vento levi dilabitur, neque remoratur ad hæc verba revocantis: Nympha Penei, quæso, expecta: non persequor infensus: Nympha, expecta. Sic agna fugit lupum, sic cerva leonem, sic columbæ sese surripiunt aquilæ alis timidis: singulæ suos hostes: amor est mihi causa insequendi. Me infelicem! ne labaris prona, et vepres lacerent pedes immeritos vulnerari; et sim tibi causa mœroris. Loca, qua festinas, sunt difficilia: curre, quæso, lenius, et cohibe fugam: ipse persequar lenius. Pete ta-

sub luce.—497 Leid. tertius *humero pendere.*—498. 499 Schrepper. apud Fabrum Epist. II. 71. leg. *igne micare:* Francius, *Videt igne micante Sideribus similes oculos:* Heins. conj. *sideribus similesque.* Burm. placet, quod in uno Leid. est, *sideribusque oculos similes.*—502 Quinctil. VIII. 3. citat, *Quæque latent.*—504 Opt. Fl. et N. *Penei:* in aliis *Peneia.* In uno Ciofani *Nym. mane, Peneia, precor.*—507 In uno V. *host. quisque s.*—509 *Secent* pro vulg. *notent* Ciofan. ex duobus protulit. Habuerunt et decem ex melioribus, quos Heins. contulit, unde ille recepit.—510 Heidelb. *Asp. quo prop.* Alii *moderantius.*—

NOTÆ

496 *Sterilem*] Vanum, et ex quo nullo sit fruiturus gaudio.

499 *Non Est vidisse*] Quia enim non tantum parva ora videre, sed ea osculari cupiebat.

505 *Sic agna*] Non minus Phœbum Daphne fugiebat, quam agna lupum, &c.

507 *Amor*] Verba sunt Phœbi Daphnen fugientem sequentis.

Cui placeas, inquire tamen: non incola montis,
Non ego sum pastor; non hic armenta gregesve
Horridus observo: nescis, temeraria, nescis
Quem fugias; ideoque fugis. Mihi Delphica tellus,
Et Claros, et Tenedos, Patarææque regia servit.
Jupiter est genitor: per me, quod eritque, fuitque,
Estque, patet: per me concordant carmina nervis.
Certa quidem nostra est; nostra tamen una sagitta
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
Dicor; et herbarum subjecta potentia nobis.
Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis:
Nec prosunt domino, quæ prosunt omnibus, artes!
Plura locuturum timido Peneia cursu
Fugit; cumque ipso verba imperfecta reliquit:

men, cui grata sis: ego non sum *monticola, non sum pastor; non hic custodio hirsutus armenta vel greges: nescis, inconsulta, quem vites; ideoque vitas. Terra Delphica, et Claros, et Tenedos, et regia Patarææ mihi paret. Jupiter pater est. Quodcumque fuit, est, et erit, apparet per me. Per me versus consonant chordis. Nostrum quidem spiculum certum est; attamen unum certius, quod læsit cor liberum. Medicina est reperta a me, et vocor Auxiliaris per mundum; et vires plantarum* sunt *nobis addictæ. Hei mihi, quod amor nullis herbis est sanabilis: neque scientia, quæ omnes jurat, jurat magistrum. Daphne fugit cursu parido plura dicturum, et destituit verba incompleta cum ipso. Tum etiam visa* est *pulchra:*

---

519 Urbin. N. Med. et alius *Certa licet:* alter Med. *Certa satis.*—521 Vulg. *opifexque.*—522 Berolin. *herbarum est.*—523 In quibusdam Codd. *sanabilis herbis.*—525 *Timido* plerique vett. vulgo *rapido.*—526 Heidelb. *imperf. remisit.*—

NOTÆ

515 *Delphica*] Fuit urbs Delphi Phocidis in Achaia, ad Parnassum, Apollinis oraculo clarissima.

516 *Claros*] Oppidum fuit Ioniæ, ubi mons et lucus Apollini sacer: itemque insula in mari Myrtoo, de qua hic sermonem esse volnerunt nonnulli.

Tenedos] Insula fuit e regione Trojæ, in mari Ægæo.

Patarææque] Sita fuerunt Patara juxta mare Lycium in minore Asia, ubi delubrum fuit Apollini sacrum, oraculorum fide celeberrimum.

518 *Concordant*] Quia Musicæ et lyræ inventor.

519 *Una*] Fuit equidem arcus Phœbi gestamen, cujus ictus poëtis decantatissimi; verum ipse peritiorem sagittarium agnoscit Cupidinem, a quo tam graviter vulneratus fuerit.

522 *Herbarum*] Quia medicinæ Inventor.

526 *Imperfecta*] Quæ nondum Apollo, plura dicturus, absolverat.

Tum quoque visa decens. Nudabant corpora venti,
Obviaque adversas vibrabant flamina vestes;
Et levis impexos retro dabat aura capillos:
Auctaque forma fuga est. Sed enim non sustinet ultra
Perdere blanditias juvenis Deus: utque movebat
Ipse Amor, admisso sequitur vestigia passu.
Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
Vidit; et hic prædam pedibus petit, ille salutem.
Alter inhæsuro similis, jam jamque tenere
Sperat, et extento stringit vestigia rostro:
Alter in ambiguo est, an sit deprensus, et ipsis
Morsibus eripitur, tangentiaque ora relinquit.
Sic Deus, et virgo est: hic spe celer, illa timore.
Qui tamen insequitur, pennis adjutus Amoris
Ocyor est, requiemque negat: tergoque fugaci
Imminet; et crinem sparsum cervicibus afflat.

aura detegebat corpus, et venti oppositi agitabant amictus reluctantes; et lenia flamina rejiciebant in humeros comam incomtam: et speciosior fuit fuga. Verum juvenis Deus non potest amplius profundere sua *blandimenta; et, pro impulsu ipsius amoris, sequitur vestigia festino gressu. Quemadmodum canis Gallicus, cum vidit leporem in campo aperto; et hic quærit rapinam pedibus, ille incolumitatem. Alter similis correpturo, jam jamque credit apprehendere, et instat vestigiis porrecto rostro: alter dubitat, an sit correptus, et avellitur ipsis morsibus; et destituit rictus pertingentes. Sic Deus et puella est; hic spe velox, illa metu. Qui tamen persequitur, sustentatus pennis Amoris, celerior est, neque dat spatium respirandi: et instat tergo fugaci; et ventilat spiritu capillos diffusos per collum. Illa expalluit*

528 Pal. *sinuabant flam.* quod Burm. elegantius videtur: sic enim infra II. 875. Eidem etiam, ut magis poeticum e R. placebat *adversam...vestem.*—529 *Impexos* tert. Med. et tres alii; vulg. *impulsos:* in Leid. pro var. lect. *incultos.*—530 Vulg. *Aucta fuga forma est.* Bernegg. *A. Deo flamma est:* Med. et Cant. *A. via forma est.*—531 *Movebat* R. unus Arg. et unus Leid. alii *monebat.*—532 Unus Heins. *sequitur per devia.* Tert. Fl. et unus Leid. *cursu* pro *passu:* alius *saltu.*—536 Berolin. *strinxit vest.*—537 Alii *sit comprensus.* Berolin. *comprensus ab ipsis.*—538 Gronov. et Mor. *ora remittit.*—541 Elegantior Burm. videtur lect. Medic. *Ocyor it.* Heins. ex Langerm. a ma. pr. dedit

NOTÆ

530 *Auctaque forma*] Amantium, scilicet, mos est ea, quæ placent et juvare putant, ornare et in melius efformare; donec etiam phantasiæ suæ idola tandem, non res ipsas longe dissimiles, nonnulli complectantur, quibus torqueantur.

533 *Vacuo*] Patente, ubi nec arbores, nec segetes, in quibus sese lepus occultare posset: non enim vertagi aut canes Gallici *(les levriers)* odore feras investigant.

541 *Tergo*] Fugientis Daphnes.

Viribus absumtis expalluit illa: citæque
Victa labore fugæ, spectans Peneidas undas,
Fer, pater, inquit, opem; si flumina numen habetis.
Qua nimium placui, tellus, aut hisce, vel istam,
Quæ facit ut lædar, mutando perde figuram.
Vix prece finita, torpor gravis alligat artus:
Mollia cinguntur tenui præcordia libro;
In frondem crines, in ramos brachia crescunt:
Pes, modo tam velox, pigris radicibus hæret:
Ora cacumen obit: remanet nitor unus in illa.
Hanc quoque Phœbus amat: positaque in stipite dextra
Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.
Complexusque suis ramos, ut membra, lacertis,

viribus exhaustis, et superata labore celeris fugæ, aspiciens aquas Peneidas, dixit, Genitor, succurre, si vos *fluvii habetis* aliquam *potestatem. Vel hia, o terra,* in *qua nimis grata fui, vel dele formam istam, quæ causa est ut offendar, convertendo. Vix absoluta oratione, gravis stupor coërcet membra: tenera viscera coarctantur subtili cortice. Capilli augentur in frondes, lacerti in ramos: pes modo tam celer affixus est segnibus radicibus: fastigium habet vultus: solus splendor superest in illa. Apollo amat etiam hanc, et manu admota trunco, sentit pectus micare adhuc sub recenti libro. Et amplexus ramos suis brachiis, tanquam artus, deosculatur*

fugaci pro *fugacis.*—546. 547 Duo Codd. hos duos versus præponunt superiori. Veterrimus Pal. priorem non agnoscit, unus Gronov. neutrum habet. Heinsio aut tollendi ambo videbantur, aut ordine inverso legendi: *Quæ facis, ut lædar, Tellus, aut hisce, vel istam, Qua nimium placui, mutando, &c.* Burm. suadet, vel *Ah nimium placui!* vel *Cur nimium p.* Denique *ut lædar* mutari vult in *ut lauder,* quia et alibi *laudata forma:* et in quatuor Mss. e glossa esse *ut placeam.* Fred. Bothius in Vindic. Ovid. ex Heidelb. sic locum restituit, et explicat: Heidelb. *tellus ait* cum aliis, quod verum puto, ut legatur: *Fer, pater, inquit, opem, si, Flumina, numen habetis. Qua nimium placui!...Tellus, ait, hisce, &c. Qua,* id est, ea parte vel ea in re, qua nimium placui, pulchritudine. Fer opem perdendo formam meam.—548 Olim *occupat artus. Alligat* Heins. scribit ex primo Bas. Langiano, et altero R. Ipse tamen malit *aggelat.*—550 Alii *In frondes.* Duo etiam libri *brachia tendunt.*—552 *Obit* Bernegg. Langiano, Cant. alii nonnulli *habet:* vulg. *habent.*—555 Unus Heins.

NOTÆ

544 *Peneidas*] Patris Penei Thessaliæ fluvii: nam alius fuit Elidis in Peloponneso.

545 *Numen*] Potestatem et benefaciendi potentiam.

546 *Qua nimium*] Vide notam clariss. Heinsii, quem optime adulterinos hos versus censuisse existimo.

549 *Libro*] Cortice: nam ea est primaria vocis significatio; quamvis posteaquam in libris seu arborum tenuissimis corticibus scribi cœptum, frequentius pro ipsis voluminibus usurpetur.

553 *Amat*] Atque etiam Apollini dicata laurus.

Oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.
Cui Deus, At conjux quoniam mea non potes esse,
Arbor eris certe, dixit, mea: semper habebunt
Te coma, te citharæ, te nostræ, Laure, pharetræ.
Tu ducibus Latiis aderis, cum læta triumphum
Vox canet; et longæ visent Capitolia pompæ.
Postibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis; mediamque tuebere quercum.
Utque meum intonsis caput est juvenile capillis;
Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.
Finierat Pæan. Factis modo laurea ramis
Annuit: utque caput, visa est agitasse cacumen.

lignum: lignum tamen oscula refugit. Quam Deus sic *alloquitur, At siquidem non potes esse uxor mea, profecto eris arbor mea: capilli nostri, citharæ, pharetræ nostræ semper te ornabuntur, Laure. Tu comitaberis Imperatores Latinos, cum vox alacris provocabit triumphum, et productæ pompæ ascendent in Capitolium. Eadem affigeris custodia certissima postibus Augustis ante portam; et defendes mediam quercum. Et quemadmodum caput meum est juvenile coma intacta, tu etiam habe semper gloriam illibatam foliorum. Apollo absolverat: laurus approbavit ramis modo creatis; et visa est movisse verticem, tanquam caput.*

---

ceu membra: Lov. *ut colla.*—560 *Latiis* pro *lætis* Heinsio debemus. In opt. Fl. *latis:* in uno Mor. *lectis.*—561 Heidelb. *Vox canit.* Scalig. et Exc. I. et Græv. Cod. *longæ...pompæ:* Barb. *longas ducent—pompas:* in Fr. *et visent longa Cap. pompa.*—565 Tert. Med. et Barb. *perpetuum...honorem.*—567 Heidelb.

NOTÆ

556 *Refugit*] Quia magis in locis umbrosis, nec tam solis radiis oppositis, virescit.

558 *Habebunt*] Iis vero lauri ramis solebant poëtæ, itemque musici, tum duces, et caput et sua pleraque decorare.

560 *Triumphum*] Solebant milites, voce a Baccho qui θρίαμβος, *triumphus*, et primus triumphasse creditus, petita, triumphantibus acclamare, cum in Capitolium et Jovis templum sacrificaturi ascenderent, Io Triumphe.

561 *Pompæ*] Quæ triumphantem comitabantur, ut apud Alex. ab Alex. VI. 6. videre poteris.

562 *Custos*] Quia in vestibulo ædium Augusti Imperatoris laurus fuit posita, in qua corona ex quercu suspensa, quæ ob servatos cives Civica dicebatur; quæ tota res ex Dione certa est.

564 *Intonsis*] Fingitur Apollo comatus et imberbis; qua re radiorum solarium vigor nunquam senescens significatur.

566 *Pæan*] Eo nomine Græcis dictus est Apollo, παίων, sagittis, id est, radiis feriens; vel παύων, sedans, coërcens, morbos, scilicet; vel ab acclamatione matris, dum Pithonem interficeret, ἴε παῖ, *Jace fili.*

Laurea] Laurus; quanquam pro ipsis foliis proprie *laurea* sumitur.

Fab. X.—XIII. Io Inachi filia in Vaccam: Argus Arestoris filius in Pavonem.

Io Inachi amnis filia, cum æquales suas specie præcederet, ab Jove adamata est, qui admotis precibus desiderium explevit: et ne puella Junonis iram incideret, a compressore in vaccam est transfigurata; cujus fallaciam Juno cum intellexisset, petit eam a Jove velut munus sibi dari, quia speciosior erat ceteris armentis quæ in Peloponneso essent. Jupiter vero, ne, si negasset, proderet puellam, tribuit confestim. Juno autem, ne amplius ejus pellex cum Jove concumberet, Argum Arestoris filium, centum oculos habentem, ei præposuit: quem Mercurius patris jussu interemit; et a casu ejus Argiphontes est cognominatus. Juno Argum, quem ob custodiam ille occiderat, in volucrem pavonem transformavit, et receptum in suam tutelam pennis insignibus, quibus amissa lumina indicaret, ornavit.

Est nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit
Sylva: vocant Tempe: per quæ Peneus, ab imo
Effusus Pindo, spumosis volvitur undis:
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit, summasque aspergine sylvas

x. *Est nemus Thessaliæ, quod sylva alta circumdat undique; dicitur Tempe; per quæ Peneus, defluens a radicibus Pindi, fluctibus spumosis volvitur; et vehementi cursu devolvit nebulas facientes subtilem rorem, et madefacit arbores extremas*

---

agitare cacumen.—568 Vulg. *Æmoniæ* sine aspirat.—569 Quinque Codd. *per quod.*—570 *Saxosis volv.* unus Leid. *sinuosis* Vivian. *Vertitur und.* quoque R. *solvitur* Thuani unus et Med. *funditur* alius.—571 R. et N. *imitantia fum.*—

NOTÆ

568 *Est nemus*] Tempe, amœnissimam Hæmoniæ seu Thessaliæ partem, quam præterfluit Peneus amnis, describit poëta, ut Penei consolandi causa illuc convocatis præter Inachum vicinis fluviis, narrandæ Ius fabulæ occasio præbeatur.

Hæmoniæ] Thessaliæ, ab Hæmone Pelasgi filio; cui a diversis regibus aliis etiam de causis diversa data sunt nomina.

Prærupta] In locis altis sita.

569 *Tempe*] Cujus loci amœnitas multis, Æliano præsertim, venustissime decantata, in proverbium abiit, ut pro locis amœnis sumantur Tempe. Nomen quod attinet, plurale est tantum neutro genere, a loci religione Græcis sic factum.

570 *Pindo*] Pindus mons est Thessaliæ, aut certe eam terminans.

Spumosis] Ex aquæ cursu præcipiti cum multo saxorum collisu.

571 *Fumos*] Minutissimas dicit aquæ partes, quæ nubis aut fumi specie in fluminis propinqua, impetu fractæ, resiliunt.

Impluit; et sonitu plus quam vicina fatigat.
Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni
Amnis: in hoc, residens facto de cautibus antro,
Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.
Conveniunt illuc popularia flumina primum,
Nescia gratentur, consolenturne parentem,
Populifer Spercheos, et irrequietus Enipeus,
Apidanusque senex, lenisque Amphrysos, et Æas;
Moxque amnes alii: qui, qua tulit impetus illos,
In mare deducunt fessas erroribus undas.
Inachus unus abest: imoque reconditus antro

irrigatione, et gravis est strepitu plus quam propinquis locis. *Hæc regia, hæ sedes, hæc sunt penetralia magni fluvii; habituns hanc speluncam de saxis paratam aquis imperabat, et Nymphis frequentantibus aquas. Fluvii populares illuc concurrunt primo, dubitantes gratulenturne an consolentur patrem:* advenit *populifer Spercheus, et concitatus Enipeus, et senex Apidanus, et mitis Amphrysus, et Æas; et brevi ceteri fluvii, qui, qua rapiditas illos impulit, devolvunt in æquor aquas lassas obliquis lapsibus. Solus Inachus desideratur, et latens specu profundissima cumulat*

572 Alii *summisque asp. sylvis.*—573 Iidem *Influit.*—574 Alii *hæ sedes.*—575 *In hoc* meliores, teste Heins. Pr. Bas. *rupibus antro.*—580 Vulg. *Eridanusque sen.* Jacob. a Cruc. ita corr. *Apidanus, Phenix lenisque Amphrysus et Æas.* In Fr. *Eridanusque fugax, lætusque Amphrysos;* Burm. putat pro *Apidanus-*

NOTÆ

573 *Impluit*] Non aliter certe nube jugi, quam facit aqua per præceps ruens, irrorantur arbores aut vicina quæque, quam si plueret.

Plus quam] Quia ad remotiora penetrat aquæ strepitus.

574 *Domus*] Habebant amnes et aquarum numina, poëtarum beneficio, domos suas in ipsis fontibus et scaturiginibus.

576 *Nymphis*] Naiadibus fontium incolis.

577 *Conveniunt illuc*] Ut ne tamen eundem horum fluminum cursum falso credidisse Poëtam intelligas; quod vir magnus incaute videtur castigasse.

Popularia] Quæ ejusdem originis, aut vicina, iisdem ex montibus manantia, aut etiam in eundem alveum incurrentia.

578 *Nescia gratentur*] Quia filiam Peneus quanquam amisit, Apollini adamatam et Dei cumulatam beneficiis cognoscit.

579 *Populifer*] Ad cujus ripas multæ arbores populi virescunt.

580 *Senex*] Quia lenis et tardus ejus lapsus. Sunt vero hæc omnia Thessaliæ fluviorum nomina.

Æas] Aliis dicitur *Aous*, qui ex iisdem prope montibus cum Peneo prodiens, longe diversissimas terras alluit, ad Occasum in Adriaticum mare sese exonerans, cum ille in Ægæum ad Ortum cursum suum dirigat.

582 *Erroribus*] Obliquos notat fluviorum lapsus, varios terræ sinus et declivitatem insequentium.

583 *Inachus*] Fluvius fuit ex Pindo in Acheloum illabens, cujus ex vicinia

Fletibus auget aquas: natamque miserrimus Io
Luget, ut amissam. Nescit vitane fruatur,
An sit apud Manes; sed quam non invenit usquam,
Esse putat nusquam; atque animo pejora veretur.
Viderat a patrio redeuntem Jupiter Io
Flumine: et, O virgo Jove digna, tuoque beatum
Nescio quem factura toro, pete, dixerat; umbras
Altorum nemorum, (et nemorum monstraverat umbras,)
Dum calet, et medio Sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum;
Præside tuta Deo nemorum secreta subibis:
Nec de plebe Deo, sed qui cœlestia magna
Sceptra manu teneo; sed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me: fugiebat enim. Jam pascua Lernæ,

aquas lacrymis, et infelicissimus deflet filiam Io, tanquam perditam. Ignorat vivatne, an sit apud Inferos: verum nullibi credit esse, quam nullibi reperit, atque timet mente graviora. Jupiter intuitus erat Io venientem a fluvio patrio; et dixerat, O puella digna Jove, et redditura tuo lecto nescio quem felicem, accede ad opacitatem excelsarum sylvarum, (et ostenderat opacas sylvas,) dum æstus est, et sol est sublimis medio cælo. Quod si vereris subire sola latibula ferarum, secura ingredieris loca sola sylvarum, Deo duce; nec Deo de infimis, sed qui tracto sceptra cælestia ampla manu; sed qui jacio fulmina vaga. Ne vita me:

---

que fugax lentusque Amph.—585 Heins. pro *nescit* vult cum uno Med. *nec suit.* —588 Vulg. legitur *Jupiter illam;* et sic Mss.—591 Alii *Aut horum, aut horum nem. et monst. ambas.* Nostram lectionem exhibent Veterrimus Fl. N. Thuan. et antiquissimæ schedæ Leodienses. Heins. displicebat *altorum*, quia *altissimus* proxime seq. Itaque suadebat vel *Eia horum*, vel *densorum* aut *solorum nemorum.* Burm. tuetur *altorum* quia *altæ* sylvæ passim occurrunt.—595 Marg.

NOTÆ

Poëta fabulas suas studens connectere, non ridicule, quod censuit vir maximus, immo artificiose, alterius ejusdemque remotissimi Inachi meminit, qui certe, non tantum amissæ filiæ dolore, sed etiam locorum nimia distantia, ab officio et obsequio Peneo amni præstando præclusus fuit. Hic vero fuit Inachus Ius pater Peloponnesi fluvius, in Argolicum sinum influens.

584 *Io*] Accusativus est Græcus, ab Io, Ius.

586 *Sit apud Manes*] Sit mortua. Per Manes enim sæpe Dii inferi, itemque animæ e corporibus egressæ, intelliguntur.

596 *Vaga*] Non quidem si ad Jovem respicias, cujus ictus certissimi, sed habita ratione hominum, quibus in immensis spatiis fortuiti videntur fulminis tactus.

597 *Lernæ*] Fuit Lerna palus in Peloponnesi agro Argivo, ubi vixit Hydra serpens, quam Hercules occidit, juxta Inachum fluvium.

Consitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arva;
Cum Deus inducta latas caligine terras
Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.
Interea medios Juno despexit in agros:
Et noctis faciem nebulas fecisse volucres
Sub nitido mirata die; non fluminis illas
Esse, nec humenti sentit tellure remitti,
Atque suus conjux, ubi sit, circumspicit; ut quæ
Deprensi toties jam nosset furta mariti.
Quem postquam cœlo non reperit; Aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait: delapsaque ab æthere summo
Constitit in terris; nebulasque recedere jussit.
Conjugis adventum præsenserat, inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.
Bos quoque formosa est. Speciem Saturnia vaccæ,
Quanquam invita, probat: nec non et cujus, et unde,
Quove sit armento, veri quasi nescia, quærit.
Jupiter e terra genitam mentitur, ut auctor

nam ritabat. Jam præterierat pascua Lernæ, et campos Lyrcæos plenos arboribus, cum Deus involvit vastas terras tenebris immissis, et repressit fugam, et abstulit pudicitiam. Interea Juno oculos convertit in latam planitiem, et mirata nebulas celeres induxisse speciem noctis sub luce clara, cognoscit eas non esse fluvii, nec reddi ab humida terra; atque exquirit, ubi sit suus maritus, ut quæ jam perspecta haberet adulteria ejus toties correpti. Quem cum non invenit in cœlo, Vel, inquit, ego hallucinor, vel ego offendor: et postquam descendisset a supremo cælo, pedem fixit in terris, et imperavit nubila discuti. Ille præviderat accessum uxoris, et transformaverat faciem filiæ Inachi in juvencm splendidam. Vacca quoque pulchra est. Filia Saturni, quamvis repugnans, laudat elegantium vaccæ, et quasi incerta veritatis, petit cujus sit, et unde, et ex quo armento. Jupiter fingit e terra ortum esse, *ne*

Bersm. *cœlestia dextra.*—598 Alii *Lycea*, vel *Lyncea*, vel *Lyrceia reliq.*—599 Duo Codd. *inductas lata calig.* Heins. *inductis lata cal. terris.*—602 N. *noctis speciem.*—604 Berolin. et Heidelb. *sensit tellur.*—605 Offendit Burm. vocula *Atque;* mallet *Jamque.*—606 Alii *totiens* vel *toties bene nosset.*—611 Heidelb.

NOTÆ

598 *Lyrcæa*] Urbs fuit ejus nominis in Arcadia, itemque mons, ex quo Inachus amnis decurrebat.

603 *Fluminis*] Quibus imminere, aut ex quibus surgere, nebulas nonnunquam videmus.

608 *Lædor*] Mariti perfidia, qui furtivos quærat concubitus.

611 *Inachidos*] Ius Inachi filiæ, a quo Inachis dicta.

612 *Saturnia*] Juno Saturni filia.

613 *Invita*] Pellicem difficile laudare, scil.

615 *E terra*] Ut omnem fraudis aperiendæ viam Junoni præcluderet, terra ortam vaccam mentitur Jupiter.

Desinat inquiri. Petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele, suos addicere amores:
Non dare, suspectum. Pudor est, qui suadeat illinc;
Hinc dissuadet amor. Victus pudor esset amore:
Sed, leve si munus sociæ generisque torique
Vacca negaretur, poterat non vacca videri.
Pellice donata, non protinus exuit omnem
Diva metum; timuitque Jovem, et fuit anxia furti;
Donec Arestoridæ servandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
Inde suis vicibus capiebant bina quietem:
Cetera servabant, atque in statione manebant.
Constiterat quocumque modo, spectabat ad Io:
Ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.
Luce sinit pasci: cum Sol tellure sub alta est,
Claudit, et indigno circumdat vincula collo.

dominus ulterius petatur. Juno hanc poscit dono. Quid agat? Durum mancipare suos amores; non tradere, suspectum: pudor illinc solicitat, hinc amor. Pudor superatus esset amore; sed si donum exiguum recusaretur consorti sanguinis et lecti, poterat videri non juvenca. Pellice tradita, Dea non ponit statim omnem timorem, et metuit Jovem, et fuit solicita de adulterio; usquedum dedit Io *custodiendam Argo Aristoridæ. Argus habebat caput circumdatum centum oculis: ex quibus duo suo ordine quiescebant; reliqui vigilabant, atque stabant in officio. Quocumque modo erat, conversus erat ad Io; habebat Io præ oculis, quamvis aversus. De die ad pastum ducit: cum sol est sub excelsa terra, includit, et cingit collum immeritum vinculo. Vescitur foliis arbuteis, et herba*

Inachios. Pro *ille* Leid. habet *ante*.—617 *Abdiscere* vel *abducere am.* olim editi et nonnulli scripti; sed meliores, teste Heins. *addicere*.—618 Berolin. et Heidelb. *suspectum est.* Alii *suad. illud*.—622 Fl. *expulit omnem*.—623 Plures codd. *anxia furto;* Berolin. *furtis*.—624 Berolin. *Aristoridæ*.—626 In uno V. *Inque suis*.—628 Berolin. et Heidelb. aliique *quoc. loco*.—629 Berolin.

NOTÆ

617 *Addicere*] In alterius potestatem tradere.

621 *Poterat non vacca*] Quod ne cognosceret Juno, Jovi maxime cautum.

623 *Anxia*] Ne forte ad simulatæ vaccæ consuetudinem rediret.

624 *Arestoridæ*] Arestoris filio. Fabulæ sensum quod attinet, alii ad historiam, quidam ad mores, plurimi ad physicam referunt. Quæ omnia prolixe exquirere, otio abundantis viri est opus; quod quidem non infeliciter tentavit Natalis Comes Mythol. lib. VIII. cap. 18. ubi vide.

627 *In statione*] Militum more qui agunt excubias.

631 *Indigno*] Immerito; quod indigne ejusmodi vinculis, tanquam vaccæ esset, retineretur.

Frondibus arbuteis, et amara pascitur herba :
Proque toro, terræ, non semper gramen habenti,
Incubat infelix ; limosaque flumina potat.
Illa etiam supplex Argo cum brachia vellet
Tendere ; non habuit, quæ brachia tenderet Argo :
Conatoque queri mugitus edidit ore :
Pertimuitque sonos : propriaque exterrita voce est.
Venit et ad ripas, ubi ludere sæpe solebat,
Inachidas ripas : novaque ut conspexit in unda
Cornua, pertimuit, seque externata refugit.
Naides ignorant, ignorat et Inachus ipse,
Quæ sit : at illa patrem sequitur, sequiturque sorores ;
Et patitur tangi, seque admirantibus offert.
Decerptas senior porrexerat Inachus herbas ;
Illa manus lambit, patriisque dat oscula palmis ;
Nec retinet lacrymas : et, si modo verba sequantur,
Oret opem ; nomenque suum, casusque loquatur.
Litera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
Corporis indicium mutati triste peregit.

amara, et misera sternitur in terra non semper herbosa pro lecto, et bibit undas lutulentas. Illa etiam supplex, cum vellet porrigere brachia Argo, non habuit brachia quæ porrigeret Argo : et mugivit ore volente conqueri : et metuit sonos ; et tremefacta est voce propria. Descendit quoque ad ripas, ubi consueverat sæpe sese oblectare, ad ripas Inachidas ; et ut vidit insolita cornua in aqua, exhorruit, et timore perculsa sese vitat. Naiades nesciunt, ipse Inachus nescit, quæ sit : at illa sequitur patrem et sorores ; et sinit se tangi, et exhibet laudantibus. Senex Inachus obtulerat gramina revulsa ; illa lambit et deosculatur manus patris ; nec reprimit lacrymas : et, si tantum voces prodirent, auxilium peteret, et proferret nomen suum et infortunia. Litera pro vocibus, quam pes signavit in pulvere, fecit luctuosum indicium corporis transformati. Me infelicem ! exclamat pater Ina-

---

quamv. adversus.—632 Bernegg. *arbuteis ;* alii *arboreis.* Heins. quoque pro *pascitur* vult *rescitur.*—633 Heidelb. *non gramina semper.* Berolin. *gramen non semper.*—637 Pal. pr. et unus Heins. *Conatoque queri.* Alii *Et conata.* Urbin. Cod. *loqui* pro *queri.*—639 et sq. vulg. *Venit et ad patrias.* In pr. Ed. *Venit et ad ripas...Inachidas patrias.* Unus Bas. *Venerat ad ripas ;* unde Heins. *Venerat ut patrias, ubi ludere sæpe solebat, Inachis ad ripas.* Berolin. habet *in undas.*—641 Libri vett. *seseque exterrita fugit.*—642 Bonon. et Genev. *miratur et Inach.*—647 Alii *modo verba supersint.*—649 Duo V. *pulvere fecit.*—

NOTÆ

632 *Arbuteis*] Ex arbuto arbore recisis : *d'arboisier.*

648 *Oret*] Orare vellet.

Me miserum! exclamat pater Inachus: inque gementis
Cornibus, et niveæ pendens cervice juvencæ,
Me miserum! ingeminat. Tunc es quæsita per omnes,
Nata, mihi terras? tu non inventa reperta
Luctus eras levior. Retices, nec mutua nostris
Dicta refers: alto tantum suspiria prodis
Pectore: quodque unum potes, ad mea verba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos tædasque parabam:
Spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.
De grege nunc tibi vir, nunc de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet esse Deum: præclusaque janua leti
Æternum nostros luctus extendit in ævum.
Talia mœrenti stellatus submovet Argus,
Ereptamque patri diversa in pascua natam
Abstrahit. Ipse procul montis sublime cacumen
Occupat: unde sedens partes speculetur in omnes.

chus; et ingeminat, Me infelicem, affixus cornibus et collo vaccæ candidæ conquerentis: tunc es quæsita a me, filia, per omnes terras? tu, non inventa, eras mœror tolerabilior. Siles, nec reddis voces reciprocas nostris: emittis tantum suspiria ex imo corde; et, quod solum licet, remugis ad mea dicta. At nescius ego adornabam cubiculum nuptiale et faces; et spes mihi fuit prior generi, altera nepotum. Nunc maritum habes de armento, nunc filius habendus de armento. Nec mihi datum finem ponere tanto mœrori leto; sed obest esse Deum; et porta mortis obserata producit nostros planctus in sæculum æternum. Argus stellatus subducit filiam patri querenti talia, et agit abstractam in dissita pascua: ipse insidet procul verticem excelsum montis, ex quo positus circumspiciat in omnes partes.

---

654 Vulg. legitur et distinguitur *tu non inventa reperta es. Luctus, &c.*— 656 Unus Med. et Bas. et unus Heins. *prodis*; alii *ducis*.—658 In uno Ciofani *tædas thalamosque*.—659 Berolin. *fuit generis*.—660 Heidelb. *Vir, et de, &c.*—662 Heins. conj. *noc. esse Deo*.—664 Codd. præstantiores, teste Heins. *mœrentem*; vel *mœrenti*: in aliis, *dicenti, quærenti, miranti* et similia.—666 Med. Fl. et tres alii *Abstrahit inde proc.* Vivian. *Abstulit inde*.—667 *Spe-*

NOTÆ

655 *Luctus eras levior*] Quia pejus erat vaccam invenisse, quam omnino non reperisse; nec vere filiam invenerat, qui eam in vaccam mutatam cognoverat.

657 *Remugis*] Respondere volens, non hominum sed boum more id præstas.

658 *Tædas*] Quibus in nuptiis utebantur, ut sæpe annotatum.

Fab. XI. Mercurius in Pastorem.

Jupiter mittit Mercurium in habitu pastoris ad Argum supradictum interficiendum.

Nec Superum rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre potest: natumque vocat; quem lucida partu
Pleias enixa est: letoque det, imperat, Argum.
Parva mora est, alas pedibus, virgamque potenti
Somniferam sumsisse manu, tegimenque capillis.
Hæc ubi disposuit, patria Jove natus ab arce
Desilit in terras: illic tegimenque removit,
Et posuit pennas; tantummodo virga retenta est.
Hac agit, ut pastor, per devia rura capellas,
Dum venit, abductas: et structis cantat avenis.

xi. *Neque rex Deorum sustinet pati amplius tanta infortunia Phoronidos; et accersit filium, quem Pleias splendida emisit partu, et jubet interficiat Argum. Sine cunctatione accommodat alas pedibus, et caduceum somniferum potenti dextræ, et pileum comæ. Postquam filius Jovis ista aptavit, delabitur ab arce patris in terras. Ibi deposuit velamen, et sustulit alas; retinuit solum caduceum. Eo cogit, ut pastor, cum revertitur, capellas abstractas per campos devios; et canit compositis*

---

culetur pro vulg. *speculatur* in uno Med. reperit Heins.—671 Plurimi scripti

NOTÆ

668 *Phoronidos*] Id est, Iüs, quæ a Phoroneo fratre, Argivorum rege, id nominis sortita est.

669 *Quem*] Mercurius est, Jovis ex Maia filius.

Lucida] Sunt Pleiades, seu Vergiliæ, stellæ septem in Tauro, ita inter se constipatæ, ut vix distingui possint; quas, priusquam in cœlum reciperentur, plurimi Atlantis et Pleiones volunt fuisse filias. Sunt vero illæ diversa inter se magnitudine, Maia præsertim præclaro lumine illustrata, quia Mercurii mater, scilicet.

671 *Alas*] Talaria dicit alata, quibus insignitus Deorum nuntius, omniumque planetarum velocissimus, Mercurius.

Virgam] Quæ Caduceus dicitur, duobus implicata serpentibus, quacum animas ab inferis revocare, somnum inducere, multa alia, de quibus poëtæ, posse creditus.

672 *Tegimen*] Pileum dicit alatum, quo pingitur Mercurius: nostri vocant *Capeline*.

673 *Patria arce*] Cœlo, scilicet, quæ Jovis patris Mercurii sedes.

677 *Structis*] Fistula, seu inæqualibus calamis, in alæ formam compactis, pastoritio more carmen modulabatur.

Voce nova captus custos Junonius, At tu,
Quisquis es, hoc poteras mecum considere saxo,
Argus ait: neque enim pecori fœcundior ullo
Herba loco est: aptamque vides pastoribus umbram.
Sedit Atlantiades, et euntem multa loquendo
Detinuit sermone diem: junctisque canendo
Vincere arundinibus servantia lumina tentat:
Ille tamen pugnat molles evincere somnos:
Et, quamvis sopor est oculorum parte receptus:
Parte tamen vigilat: quærit quoque, (namque reperta
Fistula nuper erat,) qua sit ratione reperta.

Fab. XII. Syringa Nympha in Fistulam.

Syringa Nympharum Naiadum, quæ circa Nonacrinum montem Arcadiæ vagabantur, speciosissima proditur fuisse: quam cum Pan Mercurii filius adamasset; et eam persequens ad amnem Ladonem Arcadiæ compulisset; ne vi castitatem deponere cogeretur, sororum auxilio in arundines conversa est. Ex quibus fistula composita est, quæ nomine ejus apud Græcos Syringa nuncupatur: cujus cantu Argus in somnos compulsus est: quo facilius eum Mercurius interficere posset.

Tum Deus, Arcadiæ gelidis sub montibus, inquit,

calamis. Argus, *pastor Junonius, delinitus sono inauditæ artis, dixit, Quisquis es, licet consistere mecum in hac rupe; nam neque herba copiosior est ullibi pecori; et cernis umbram utilem pastoribus. Mercurius constitit, et fefellit diem labentem confabulationibus, multa narrando; et conatur sopire oculos vigiles constructis calamis cantando. Ille tamen nititur superare lenem soporem; et quamvis somnus est admissus parte oculorum, parte tamen experrectus est; petit etiam, quomodo fistula sit inventa, namque recens inventa erat.*

xii. *Tum Deus respondit, Una Naias fuit notissima inter Hamadryadas Nona-*

---

crigamque potente.—672 Unus Med. *cepisse manu.*—677 Berolin. *Dum vehit;* sic et alii. *Abductus* e suo dedit Heins. pro vulg. *adductas;* simulque corrigere vellet *Dumque agit abd.*—678 Thuanei Cod. est scriptura: vulg. *Voce novæ... Junonius artis:* unus etiam *Voce nova...Junonis et arte.*—679 Vulg. *hoc poteris.* Berolin. *consistere saxo;* pr. Mor. aliique *requiescere.*—681 *Gratamque* Junii Cod. et unus Bonon. pro varia lectione.—684 Unus Medic. *lumina certat:* id elegans videtur Burm. et accommodatius τῷ *vincere.*—685 Leid. pro var. lect. *Ille diu.* Berolin. *somn. ev. moll.*—689 *Sub montibus* pro vulg. *in mont.* ex

NOTÆ

678 *Nova*] Alii *Voce novæ... artis:* id est, non modo novissime inventæ, sed qua novo et suavissimo modo Mercurius uteretur.

682 *Atlantiades*] Mercurius, cui mater Maia, Atlantis filia.

684 *Vincere lumina*] Donec cantus suavitate somno opprimerentur.

Inter Hamadryades celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit. Nymphæ Syringa vocabant.
Non semel et Satyros eluserat illa sequentes,
Et quoscumque Deos umbrosave sylva, feraxve
Rus habet. Ortygiam studiis, ipsaque colebat
Virginitate Deam. Ritu quoque cincta Dianæ
Falleret: et credi posset Latonia, si non
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat: redeuntem colle Lyceo
Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acuta,
Talia verba refert: restabat verba referre;

crinas in montibus frigidis Arcadiæ. Nymphæ appellabant Syringa. Sæpe illa fefellerat et Satyros persequentes, et quoscumque Deos seu nemus opacum seu campus fertilis habet. Venerabatur Deam Ortygiam votis, et ipsa virginitate: immo, cincta more Dianæ, quoris deciperet, et posset sumi pro ipsa, nisi arcus esset *corneus huic, si non esset aureus illi. Ita etiam imponebat. Pan spectat revertentem monte Lyceo, et redimitus caput pinu aculeata, hujusmodi habet orationem; super-*

---

uno Leid. et altero Heinsii recepit Burman.—692 Exc. Menardi *Sat. deluserat.*—693 Mediol. *umbrosave claustra ferarum;* et tunc v. sq. Heins. legebat *Rusve habet: umbrosave sylva* multi. *Feroxque* malebat Francius.—694 Alii *ipsamque;* castigatiores, teste Heinsio, *ipsaque.*—696 Berolin. *Fall. ut posset credi.*—700 Post *refert* olim hæc verba inserta legebantur, *Tibi nubere Nympha*

NOTÆ

689 *Tum Deus*] Artificiosissime Syringis fabulam præcedenti inserit Poëta.

Arcadiæ] Fuit Arcadia Peloponnesi provincia, per quam totam, præsertim vero in Lyceo et Mænalo montibus, Pan Deus colebatur.

690 *Hamadryadas*] Sunt proprie Hamadryades Nymphæ simul cum quercubus genitæ, quæ cum iis pariter interire crederentur.

Nonacrinas] Arcadicas: Nonacris enim mons est et oppidum Arcadiæ.

692 *Satyros*] Sunt illi capripedes, quos jam sæpe vidimus, agrestes Dii salacissimi.

693 *Quoscumque*] Faunos dicit, Sylvanos, nomine fere a Satyris diversos, Terminos, &c.

694 *Ortygiam Deam*] Dianam dicit, quæ in Delo insula nata: insula, inquam, Græce ob coturnicum copiam, Ortygia dicta.

Studiis] Quia venatrix, et sylvis gaudens.

696 *Latonia*] Diana ipsa, quæ Latonæ filia.

699 *Pan*] Pastorum fuit ac nemorum Deus, semicaper, hirsutus, coruntus, fistula, quam invenit, altera manu gestat, fere a Satyris distinctus.

Pinuque] Corona e pinu, quæ illi Deo arbor sacra.

700 *Restabat*] Supererat, inquit Poëta, ut Mercurius reliquam fabulam Argo denarraret; sed ille stultissime obdormivit.

Et precibus spretis fugisse per avia Nympham;
Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerit: hic illi cursum impedientibus undis,
Ut se mutarent, liquidas orasse sorores;
Panaque, cum prensam sibi jam Syringa putaret,
Corpore pro Nymphæ cannas tenuisse palustres:
Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos
Effecisse sonum tenuem, similemque querenti:
Arte nova, vocisque Deum dulcedine captum,
Hoc mihi concilium tecum, dixisse, manebit:
Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se junctis nomen tenuisse puellæ.
Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
Succubuisse oculos, adopertaque lumina somno.

erat voces repetere, et Nympham sese surripuisse per avia, precibus neglectis; donec pervenerit ad pulchrum fluvium Ladonis arenosi: hic rogasse sorores fluidas, ut se transformarent, fluctibus prohibentibus illi fugam; et Pana, cum arbitraretur Syringem jam sibi correptam, apprehendisse arundines palustres pro corpore Nymphæ: et dum ibi suspirat, auras agitatas inter calamos reddidisse sonum subtilem et similem mœrenti; Deum motum arte inaudita et suavitate soni dixisse, Hæc erit mihi conjunctio tecum: atque ita arundinibus inæqualibus inter se connexis coagmentatione ceræ, eas *servasse nomen virginis. Mercurius ejusmodi narraturus advertit cunctos* Argi *oculos victos, et lumina clausa* esse *sopore. Tacet*

volentis Votis cede Dei.—701 Leid. *Consumtis precibus;* Jun. *Et precibus sumtis.* —702 Heins. et ex uno Medic. et uno Strozz. malit *placitum*, quod et Mar. Accurs. volucrat. Alii suaserunt *rapidum.*—703 Fl. *Venerit;* vulg. *venerat. Illi* est ex opt. Cant. alii *illam*, vel, ut Med. sec. *illa.*—705 Berolin. et Heidelb. *Panaque comprensam;* et ille etiam *sibi dum Syr.*—706 Unus Med. *cannas;* alii *calamos.* Burm. etiam, pro *tenuisse*, cum altero Heinsii, vult *tetigisse;* vel *mansisse* cum Gryphio, et aliis Codd. vel *venisse* cum Heinsio.—710 Quidam libri *colloquium tecum;* alii *concilium.* Jac. a Cruc. suadebat *condylium.*— 712 Gronov. *Inter se ductis.* Gebhard.—714 Crepund. I. 9. ex Pal. *Procubuisse*

NOTÆ

701 *Precibus*] Quibus Nympham ad sui amorem Pan studebat allicere.

702 *Ladonis*] Qui fluvius est Arcadiæ, rapidus, et tamen arundinibus abundans; ex quo locus datus fabulæ, et Syringis, quæ Græcis fistula est pastoritia, a Pane inventa, Metamorphosi. Nempe amaverit Ladonis filiam, seu calamos in Ladone natos, qui primus ex iis fistulam compingere excogitavit.

704 *Sorores*] Nymphas Ladonis incolas.

710 *Concilium*] Conjunctio, concordia, copulatio: cui opponitur dissidium. Atque hoc erat concilium, ut fistula etiam Syringem perditam quereretur.

712 *Nomen*] Græci namque fistulam *Syringa*, vocant.

713 *Cyllenius*] Mercurius est, a

Supprimit extemplo vocem: firmatque soporem,
Languida permulcens medicata lumina virga.
Nec mora: falcato nutantem vulnerat ense,
Qua collo confine caput: saxoque cruentum
Dejicit; et maculat præruptam sanguine cautem.
Arge, jaces: quodque in tot lumina lumen habebas
Extinctum est: centumque oculos nox occupat una.
Excipit hos, volucrisque suæ Saturnia pennis
Collocat; et gemmis caudam stellantibus implet.

Fab. XIV. Io supra dicta in Isidem.

Io supra dicta cum furiis exagitata orbem terrarum percucurrisset, novissime in Ægyptum delata, ac placata Junone a Jove, in pristinam figuram reversa, Isidis Deæ nomen accepit, linigeraque Dea est appellata.

Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ,
Horriferamque oculis animoque objecit Erinnyn
Pellicis Argolicæ, stimulosque in pectora cæcos
Condidit, et profugam per totum terruit orbem.
Ultimus immenso restabas, Nile, labori.

illico, et somnum aggravat, deliniens oculos sopore *graves ferula incantata. Et sine cunctatione ferit nutantem acinace, qua* parte *caput jungitur collo; et devolvit rupe sanguine infectum, et tingit cruore saxum præceps. Prostratus es, Arge, et lux, qua fruebaris per tot oculos, oppressa est: et una caligo tenet centum oculos. Juno hos colligit, et inserit pennis suæ avis; et cumulat caudam gemmis radiantibus.*

XIV. *Continuo excanduit, nec spatium concessit excandescentiæ, et immisit Furiam terribilem oculis et menti pellicis Argolicæ; et occultavit ignotos aculeos in corde, et metu perculit exulem per universum mundum. Nile, postremus supereras*

---

oculos.—719 Pr. Mor. *cautem*; alii *rupem*, vel *molem*, ut in Cod. Patricii Junii. —720 Plurimi *inter tot*; alii *inter lumina*.—721 Ex Berolin. abest *est*.—725 Quidam Edd. et plurimi scripti *Horrificamque*. Leid. *objectat Er.* A. et alii *injecit*; Heins. voluit *ingessit*: Heidelb. *ejecit*.—726 Alii *in pectore*.—627 Fr. et Heidelb. et Langerman. *concitat orbem*.—728 Langerman. *Ultimus extremo;*

NOTÆ

Cyllene Arcadiæ monte, ubi natus, sic dictus.

716 *Medicata*] Medicaminum vim habente.

722 *Volucrisque*] De pavone loquitur, Junoni ave sacra.

725 *Erinnyn*] Furia est, rabies, aut furoris æstrum.

726 *Pellicis Argolicæ*] Ius, Inachi Argivorum regis filiæ.

728 *Nile*] Est Nilus Ægypti fluvius, apud quem Jovis miseratione

Quem simul ac tetigit, positisque in margine ripæ
Procubuit genibus, resupinoque ardua collo,
Quos potuit, solos tollens ad sidera vultus,
Et gemitu, et lacrymis, et luctisono mugitu
Cum Jove visa queri est, finemque orare malorum.
Conjugis ille suæ complexus colla lacertis,
Finiat ut pœnas tandem, rogat: Inque futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi causa doloris
Hæc erit: et Stygias jubet hoc audire paludes.
Ut lenita Dea est, vultus capit illa priores:
Fitque, quod ante fuit. Fugiunt e corpore setæ:
Cornua decrescunt: fit luminis arctior orbis.
Contrahitur rictus: redeunt humerique manusque:
Ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues.
De bove nil superest, formæ nisi candor, in illa:
Officioque pedum Nymphe contenta duorum
Erigitur: metuitque loqui, ne more juvencæ
Mugiat: et timide verba intermissa retentat.

immoderatæ pœnæ: quem cum primum attigit, et procubuit genibus flexis ad extremam ripam, et elata collo reflexo, erigens ad astra faciem solam quam potuit, visa est cum Jove expostulare gemitu, et fletibus, et lugubri mugitu, et poscere finem dolorum. Ille, amplexus brachiis collum suæ uxoris, orat, ut denique finem imponat supplicio: et ait, Excute omnem timorem, hæc nunquam tibi erit causa mœroris; et imperat Stygias paludes ista advertere. Postquam placata est Dea, illa sumit veterem formam, et fit quod fuit prius. Villi cadunt ex corpore: cornua evanescunt; globus oculi contrahitur; os coarctatur, humeri et manus renovantur; et ungula dirisa in quinque ungues tollitur. Nihil restat in illa de vacca, nisi nitor formæ; et Nympha contenta servitio duorum pedum assurgit: et timet fari, ne mugiat ad modum bovis: et repetit tremendo voces interruptas. Nunc Dea claris-

---

Heins. conj. *emenso.*—729 Alii *positis in.*—731 *Quod potuit* Jun. Cod. aliique. In Statii, Ursini, uno Ciofani, aliisque *tollens ad sid. vult.* vulg. *tendens:* unus V. *sol. ad sidera tollere vult.*—732 Plurimi vett. *multisono mugitu,* Heins. putat pro *mutisono:* unus Pal. *altisono.*—737 Francius volebat *Hinc erit.*—739 *De corp.* olim editi.—742 In nonnullis *diducta absum:* plurimi scripti *delapsa.*—743 Berolin. *nisi formæ.*—746 Lovaniens. *verba intercepta. Retractat*

NOTÆ

formam pristinam recuperasse Io vaccam, quæ deinceps Api regi nupserit, et sub Isidis nomine pro Dea culta sit, voluerunt veteres.

731 *Solos*] Quia manus habebat nullas.

737 *Stygias*] Quas Diis ipsis perjurio nefas violare; ut jam sæpe diximus.

745 *Metuitque loqui*] Non satis bene videtur Poëta istud continenter attexuisse.

Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba.
Huic Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Jovis: perque urbes juncta parenti
Templa tenet. Fuit huic animis æqualis et annis
Sole satus Phaëthon, quem quondam magna loquentem,
Nec sibi cedentem, Phœboque parente superbum,
Non tulit Inachides, Matrique, ait, omnia demens
Credis; et es tumidus genitoris imagine falsi.
Erubuit Phaëthon, iramque pudore repressit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem.
Quoque magis doleas, genitrix, ait: ille ego liber,
Ille ferox tacui: pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuisse, et non potuisse referri.
At tu, si modo sum cœlesti stirpe creatus,
Ede notam tanti generis: meque assere cœlo.
Dixit; et implicuit materno brachia collo.
Perque suum, Meropisque caput, tædasque sororum,

sima adoratur a turba linigera. Denique Epaphus, procreatus ex semine magni Jovis, putatur esse huic filius: *et habet per urbes delubra conjuncta* delubris *matris. Phaëthon, Solis filius, illi par fuit ferocitate et ætate; quem olim magnifica proferentem, nec sibi decedentem, et elatum patre Apolline, Inachides non toleravit: et inquit, Fidem adhibes matri in omnibus, insane, et superbis opinione ficti patris. Phaëthon pudore suffusus est, atque eo coërcuit dolorem; et renuntiavit matri Clymenæ opprobria Epaphi. Et quo magis irascaris, mater, inquit, ego ille effrænus, ille asper tactu obmutui. Erubesco et hæc convicia potuisse jaci in nos, et non potuisse remitti. At tu, siquidem saltem sum ortus genere cœlesti, fac indicium tantæ sobolis, et me vindica cælo. Dixit; et amplexus est collum matris lacertis: et rogavit per suum caput, et Meropis, et faces sororum,* uti *sibi patefa-*

---

etiam nonnulli pro *retentat*.—747 Alii *Dea Niligena*, vel *Niligera*, vel *lanigera*.—748 *Huic* est ab Heinsii corr. alii *Hinc*, *Tunc*, *Nunc*, vel *Hac*. Arg. *de sanguine*.—749 *Juncta parentis* Cant.—757 Cant. et Leid. *Quodque*. Libri vett. *ille ego;* vulg. *en ego*.—759 Plurimi et optimi Codd. teste Burm. *referri:* alii *refelli;* vel *repelli*.—761 Grævianus *Prode notam*.—763 Gebhard. Cre-

NOTÆ

747 *Linigera*] Lino enim ab Iside invento ornati Isidis sacerdotes; quam plerique Lunam esse voluerunt, sicuti Osirin seu Apin ipsum Solem.

748 *Epaphus*] Hunc Herodotus Apin esse dicit.

753 *Inachides*] Epaphus Inachi nepos.

756 *Clymenen*] Quæ Nympha dicta est Oceani et Tethyos filia.

761 *Assire cælo*] Me tua defensione Deo satum præsta.

763 *Meropisque*] Qui Merops Clymenen uxorem duxit.

Tædasque sororum] Per tædas sororum earum nuptias intelligit, quas

Traderet, oravit, veri sibi signa parentis.
Ambiguum, Clymene precibus Phaëthontis, an ira
Mota magis dicti sibi criminis; utraque cœlo
Brachia porrexit: spectansque ad lumina Solis,
Per jubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis,
Nate, tibi juro, quod nos auditque videtque;
Hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole satum. Si ficta loquor, neget ipse videndum
Se mihi; sitque oculis lux ista novissima nostris.
Nec longus labor est patrios tibi nosse Penates:
Unde oritur, domus est terræ contermina nostræ.
Si modo fert animus; gradere: et scitabere ab ipso.
Emicat extemplo lætus post talia matris
Dicta suæ Phaëthon, et concipit æthera mente.
Æthiopasque suos, positosque sub ignibus Indos
Sidereis, transit, patriosque adit impiger ortus.

ceret verum patrem. Dubium est, an Clymene sit magis tacta oratione Phaëthontis, an dolore criminis sibi impositi. Ambos lacertos tetendit ad cælum: et respiciens lucem Solis, Juro tibi, ait, per istum splendorem, spectabilem radiis micantibus, qui nos audit et intuetur, te ortum isto Sole quem vides, te isto ortum *qui regit mundum: si vana dico; ipse prohibeat se spectandum mihi, et iste dies sit ultimus nostris oculis. Neque est tibi difficile certiorem te facere de domo paterna: domus, unde oritur, sita est juxta nostram terram. Si saltem cupis, vade, et ipsum interrogabis. Illico Phaëthon hilaris prosilit post talia verba matris suæ; et gerit calum corde. Et pervadit suos Æthiopes, et Indos sitos sub caloribus sidereis, et gnavus pervenit ad ortus patrios.*

---

pmnd. 1. 9. ex Pal. dat *tædasque suarum*; Jun. *sororis*.—768 Ms. Bersm. *insigne decoris*.—771 Alii *neget ille*.—773 Berolin. aliique *Nec long. patr. lab. est*.—774 Voss. et unus Bas. *terræ confinia*.

NOTÆ

matri curæ esse noverat.

766 *Dicti sibi*] In se objecti.

774 *Domus*] Solis regia, quæ in Oriente ultra Indos esse fingitur.

Nostræ] Æthiopiæ, scilicet, non quidem stricto sensu intellectæ, prout definiverunt recentiores geographi, quibus accuratius post tam multas navigationes terrarum situs cogniti; sed lato modo, quo usque ad Susianam etiam Æthiopiæ fines veteres promoverunt.

777 *Æthera*] Maxima quælibet, etiam patris currum ascendere.

778 *Ignibus sidereis*] Sole ipso, sub quo Indi vitam degunt.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER II.

Fab. I. Phaëthon Solis et Clymenes filius fulmine ictus.

Clymene Oceani et Tethyos filia, cum Phaëthontem ex Sole conceptum genuisset, et in adultam perduxisset ætatem, monuit ut patrem cognosceret. Qui infeliciter progressus ad orientem Solem pervenit, agnitusque est ab eo per connubii indicia : accensusque agitandi currus amore, quem quatuor equi, Pyrois, Eous, Æthon, ac Phlegon per orbem assueverant trahere, diu expetitum currum accepit ; et a præministris Horis junctum conscendit. Monitis itaque instructus patris, cum per iter ignotum equis obniti nequisset, equi ignoto agitatore conterriti mundi pronam partem petierunt. Quamobrem cum cuncta mortalium ardore subito proflagrantium incenderentur, a Joveque opem implorantes peterent, ne orbis terrarum conflagraret, Phaëthon fulmine ictus est, et e curru præcipitatus : atque ita liberati equi vinculis, agnito itinere, ad suam stationem reversi sunt.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,

1. *Regia Solis erat excelsa columnis altis, insignis auro radiante, et pyropo*

NOTÆ

1 *Regia*] Optime, si quid video, vir subactissimi judicii Thomas Farnabius, qui cum Phaëthonte suo æthera concepisse Poëtam, et ex ingenio suo hanc regiæ Solis descriptionem hausisse, non autem ex Augusti templo Apollini dicato, Latini regia, aut ejusmodi ædificio exsculpsisse, declaravit.

Clara micante auro, flammasque imitante pyropo:
Cujus ebur nitidum fastigia summa tenebat:
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.
Materiem superabat opus: nam Mulciber illic
Æquora cœlarat, medias cingentia terras,
Terrarumque orbem, cœlumque, quod imminet orbi.
Cœruleos habet unda Deos; Tritona canorum,
Proteaque ambiguum, balænarumque prementem
Ægæona suis immania terga lacertis,
Doridaque, et natas: quarum pars nare videntur,
Pars in mole sedens virides siccare capillos;
Pisce vehi quædam: facies non omnibus una,

scintillante: cujus culmen ebur splendidum tegebat: valvæ duplices micabant splendore argenti. Ars vincebat materiam: nam Vulcanus ibi sculpserat maria ambientia medias terras, et ambitum terrarum, et cœlum, quod sublatum est super orbem. Aqua habet Deos glaucos, Tritonem buccinatorem, et Proteum mutabilem, et Ægæonem urgentem suis brachiis vasta terga balænarum, et Doridem, et filias; quarum pars videntur natare, pars posita super rupe exsiccare glaucam comam, et *alia vehi* a *piscibus. Vultus non* est *idem omnibus, nec tamen absimilis, qualis*

---

2 Heidelb. *flammas*, omissa copula.—3 Alii *summ. tegebat;* plerique vett. *tenebat.*—4 Heidelb. *Argento bif.*—4 *Lumine* plerique vett. alii *limine.*—5 Vulg. *Materiam sup.* Nonnulli Codd. *Mulcifer*, et sic Vivian.—10 Bothius Vindic. Ovidian. vult *feris* pro *suis.*—11 Alii *nare videtur.*—12 Unus Heins.

NOTÆ

2 *Micante*] Per intervalla lucente.

Pyropo] Carbunculum intellige lapillum, eo quem vocant *rubinum* pretiosiorem.

4 *Bifores*] Duplices habentes portas: tales sunt enim valvæ. *Portes à deux battans, comme sont les portes cochères.*

5 *Opus*] Omne id, quod artificiosissime Vulcanus in valvis cœlaverat, adeoque artificium ipsum pretiosius argento.

Mulciber] Vulcanus est, ferrum in Deorum gratiam præcipue mulcens.

7 *Orbi*] Terrarum scil. et aquarum.

8 *Tritona*] Quem antea Neptuni tubicinem fuisse diximus.

9 *Protea*] Antea etiam hunc marinum Deum vidimus, Phocarum seu vitulorum marinorum pastorem; quem voluerunt poëtæ, quascumque libuisset, posse formas induere: quamobrem jam cum ambiguum vocat hic noster Naso.

10 *Ægæona*] Quem cum Briareo unum et eundem facit Homerus; alii Deum marinum, Ponti et Terræ dicunt filium: quos quidem hic secutus est Ovidius.

11 *Doridaque*] Est Doris Nympha Oceani et Tethyos filia, Nerei conjux, ex qua Nymphæ ortæ plurimæ, quas de patris nomine Nereidas vocaverunt.

Nec diversa tamen ; qualem decet esse sororum.
Terra viros, urbesque gerit, sylvasque, ferasque,
Fluminaque, et Nymphas, et cetera numina ruris.
Hæc super imposita est cœli fulgentis imago :
Signaque sex foribus dextris, totidemque sinistris.
Quo simul acclivo Clymeneia limite proles
Venit, et intravit dubitati tecta parentis ;
Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus :
Consistitque procul : neque enim propiora ferebat
Lumina. Purpurea velatus veste sedebat
In solio Phœbus, claris lucente smaragdis.
A dextra, lævaque Dies, et Mensis, et Annus,
Sæculaque, et positæ spatiis æqualibus Horæ :
Verque novum stabat, cinctum florente corona :

debet esse sororum. Tellus fert homines, et urbes, et nemora, et feras, et flurios, et Nymphas, et reliquos Deos agrestes. Figura cœli splendentis est constituta super hæc : et sex sidera valva dextra, totidemque læva. Quo statim atque filius Clymenes pervenit ardua via, et subiit domum patris incerti, continuo dirigit gressus versus ejus faciem, et gradum sistit procul : nam neque tolerabat lucem propiorem. Apollo positus erat in solio radiante pellucidis smaragdis, tectus amicta purpureo. A dextra et sinistra, Dies, et Mensis, et Annus, et Sæcula, et Horæ distributæ paribus intervallis. Ver etiam norum aderat redimitum sertis floren-

rupe scdens.—13 Gronov. conj. *Priste vehi.*—14 Berolin. *Non divers.*—16 *Et Nymphasque* ed. Gryph. Heins. vult *Fluminaque Nymphasque* cum uno Med. qui habet *Fluminaque Nymphas.*—19 Heidelb. *Quo sim. ac feton* [pro *Phaëthon*] *Clym. limine.* Berolin. *Quo postquam cliro.*—21 Alii *ad patr. vertit vest.*—22 Heidelb. *Constitit isque procul.*—23 Pro *Lumina* Fr. *Numina.* Vivianus ex suis profert *præclarus veste.*—24 Thuani, Barb. aliique *clara luc. smaragdo ;* multi etiam *claro.* Scribendum esse *zmaragdus* non *smaragdus* docet Brouckh. ad Propert. II. 13. 43. Et, hoc loco, sic omnes Mss.—25 Prior Med. et duo

NOTÆ

15 *Terra*] Quam in valvis cœlaverat Mulciber.

17 *Imposita*] Pro Circumposita.

18 *Signa*] Zodiaci intellige.

19 *Acclivo*] Enimvero in editiori loco habitasse Solem oportuit : limitem quod attinet, mente cum Phaëthonte calces.

22 *Ferebat*] Ferre poterat : propter nimium Solis splendorem.

25 *Dies, et Mensis*] Hos omnes ingeniosissime et elegantissime fecit Poëta Solis comites, quibus omnibus modum statuit : atque hæc omnia, ut decuit, Sole coram, tam clara et nitida posuit, ut coruscanti Soli lumen addere videatur qui prolixe explicare satagat.

26 *Horæ*] Quæ Homero Cœli janitrices, Solis ministræ, &c.

27 *Cinctum florente*] Quia vere florent pleraque.

Stabat nuda Æstas, et spicea serta gerebat.
Stabat et Autumnus, calcatis sordidus uvis.
Et glacialis Hyems, canos hirsuta capillos.
Inde loco medius, rerum novitate paventem
Sol oculis juvenem, quibus aspicit omnia, vidit.
Quæque viæ tibi causa? quid hac, ait, arce petisti,
Progenies, Phaëthon, haud inficianda parenti?
Ille refert: O lux immensi publica mundi,
Phœbe pater, si das hujus mihi nominis usum,
Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat;
Pignora da, genitor; per quæ tua vera propago
Credar, et hunc animis errorem detrahe nostris.
Dixerat: at genitor circum caput omne micantes
Deposuit radios; propiusque accedere jussit:
Amplexuque dato, Nec tu meus esse negari
Dignus es; et Clymene veros, ait, edidit ortus.
Quoque minus dubites; quodvis pete munus: ut illud,

tibus. Æstas astabat nuda, et gestabat coronam spiceam. Stabat insuper Autumnus, turpis uvis pressis; et Hyems frigida hispidos gerens albos capillos. Sol in medio positus inde intuitus est oculis, quibus intuetur omnia, adolescentem turbatum rebus insolitis. Et, inquit, Quænam est tibi causa itineris, fili Phaëthon, non rejiciende patri? quid quæsivisti in hac arce? Ille respondet; O lux communis vasti orbis, Apollo pater, si sinis me appellare te eo nomine; neque Clymene tegit crimen mendacio, fac indicia, pater, per quæ ego existimer verus tuus filius, et tolle hoc dubium ex mente nostra. Absolverat. At pater removit radios splendentes circum totum caput, et imperavit adire propius; et postquam complexus esset, Neque, inquit, meritus es a me rejici, et Clymene dixit verum genus. Et ut minus

---

alii *Ad dextram lævamque:* Fl. *At dextra lævaq:*—33 In duobus V. legitur: *Quæ tibi causa viæ? quidque hac, ait, arce petisti. Quæ tibi causa viæ, quid in hac, ait, arce petisti?* quinque codices.—36 Berolin. *si das usum mihi nominis hujus.*—37 Alii *imag. velat.*—38 Quidam *da generis*, quod probabat Vivianus, quia præcessit *pater*, et seq. *genitor.* Pro *tua* unus Gronov. *tibi*, idque arridebat Burm.—40 Pal. *igne micantes.*—41 Unus Med. *Seposuit radios.* Heins. malebat *accedere jusso.*—44 Unus Leid. *Quodque minus.* Alii *et illud;* et v.

NOTÆ

28 *Nuda*] Quia, ni fallor, per id tempus terra frugibus spoliatur.

30 *Hirsuta capillos*] Hirsutos habens et horridos. Græcismus.

31 *Loco medius*] Sol optime in medio loco fuisse dicitur.

37 *Culpam*] Quod innupta peperisset; quam culpam Apollinis nomine velabat.

41 *Radios*] Quibus propius accedere Phaëthon prohibebatur.

Me tribuente, feras, promissis testis adesto
Dis juranda palus, oculis incognita nostris.
Vix bene desierat: currus rogat ille paternos,
Inque diem alipedum jus et moderamen equorum.
Pœnituit jurasse patrem: qui terque quaterque
Concutiens illustre caput, Temeraria, dixit,
Vox mea facta tua est. Utinam promissa liceret
Non dare! confiteor solum hoc tibi, nate, negarem.
Dissuadere licet: non est tua tuta voluntas.
Magna petis, Phaëthon; et quæ nec viribus istis
Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non est mortale quod optas.
Plus etiam, quam quod Superis contingere fas sit,
Nescius affectas: placeat sibi quisque licebit;

incertus sis, posce quodvis donum, ut illud a me consequaris. Palus juranda Diis, ignota nostris oculis, sit testis nostris promissis. Vix bene absolverat: ille orat currus patris, et potestatem et regimen equorum alipedum in diem. Pœnitnit genitorem jurasse; qui movens ter quaterque caput splendidum, dixit, Verba mea facta sunt inconsiderata tuis: utinam concederetur non stare pollicitis: agnosco, fili, recusarem tibi hoc unum. Licet absterrere: votum tuum non est utile. Rogas magna, Phaëthon, et dona, quæ nec apta sint tuis viribus, nec ætati usque adeo teneræ. Conditio tua est *mortalis; quod cupis, non est mortale. Cupis insuper ignarus ultra, quam liceat Diis consequi. Concedetur*, ut *quisque sibi plaudat*,

seq. *feres*.—45 Plurimi vett. *promissi testis;* et ita ed. Bersm.—47 Alii *currus petit*.—48 Thuaneus et unus Heins. *Perque diem*.—51 Excerpta vetustissima Theatin. Rom. *vox tua facta mea:* scilicet, mea promissione tu audax et temerarius factus. Excerpta Calandræ; *vox tibi facta mea est:* tres quatnorve alii, *vox mea voce tua est:* ego si meo arbitrio res ageretur, prius præferrem. *Burman*.—54 Alii *non viribus*.—55 Berolin. et alii *conveniunt*. Unus Mor. *puerilibus ausis*.—57 Heins. mavult *par sit*, vel *est*. Quidam editi *contingere*

NOTÆ

46 *Palus*] Styx, Deus Deorum; Orcus: ' Di cujus jurare timent, et fallere numen,' ut loquitur Virgil. quia, scilicet, maxime Diis immortalibus mors est contraria: quam paludem qui violasset, Deorum convictu eorumque nectare arcebatur.

Oculis] Quia ad Inferos, aut Tartara, nullum Solis lumen penetrat.

47 *Currus*] Pro Curru, in singulari numero; quo curru vehi Apollinem terras lumine suo illustrantem voluerunt poëtæ.

48 *Alipedum*] Quod et postmodum ' volucres' appellat, quibusque pennas assignat.

51 *Tua*] Temere promisisse Apollinem ex temeraria Phaëthontis petitione patuit.

58 *Placcat*] Sibi plurimum quisque Deorum tribuat.

Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
Me valet excepto. Vasti quoque rector Olympi,
Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra,
Non agat hos currus; et quid Jove majus habemus?
Ardua prima via est: et qua vix mane recentes
Enitantur equi: medio est altissima cœlo;
Unde mare et terras ipsi mihi sæpe videre
Fit timor, et pavida trepidat formidine pectus.
Ultima prona via est; et eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subjectis excipit undis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.
Adde, quod assidua rapitur vertigine cœlum;
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.

interim nullus quisquam, præter me, potest permanere in curru ignifero. Moderator etiam cœli profundi, qui mittit terribilia fulmina tremenda manu, non possit regere hos currus: et quid habemus majus Jove? Primus callis præruptus est, et quem mane equi alacres vix superent: medio cœlo est excelsissimus, unde ipse paveo aspicere mare et terras, et cor micat trepido pavore. Extremus callis est declivis, et opus habet firmo regimine. Tunc etiam ipsa Tethys, quæ me accipit fluctibus substratis, solet metuere, ne ruam. Adjice, quod cœtum aufertur motu continuo, et rapit excelsa astra, et trahit pernici vortice. Contendo in partem diversam,

---

possit.—59 Unus Heins. et Leid. pro var. lect. *considere in axe.*—61 Codex Menardi *spicula* pro *fulmina.*—62 Alii *aget*, vel *reget currus.* In nonnullis *quis J. m. habetur.* Burm. conj. olim *Non reget has currus, et quis Jove major, habenas.*—63 Cod. unus *et per quam mane recent.*—64 Cant. et alii meliores *Enitantur;* vulg. *Enituntur:* Bernegg. et duo alii *Emittuntur.* Barth. ex duobus Mss. legit *latissima cœlo;* Menardi *arctissima.*—65 Farnabii Ed. *sæpe videnti.*—66 *Fit....trepidat* vetustiores; vulg. *Sit....trepidet. Gelida* est in uno Heins. pro *pavida.*—67 Fl. *molimine certo.*—68 Unus Leid. *suscipit undis.*—

NOTÆ

59 *Axe*] Synecdochice axem, seu lignum, circa quod rota vertitur, pro toto curru posuit, cui Sol insidet.

60 *Olympi*] Cœli altissimi: nam pro eo sumitur illud Thessaliæ montis altissimi nomen.

63 *Prima*] Cum Sol ad meridiem ascendit. Tota enim istâ fabula sequitur Poëta vulgi opinionem, aut certe rerum primam speciem.

Mane] Perinde loquitur, ac si revera Sol ipse nocte quiesceret: atque ita deinceps in aliis.

67 *Eget moderamine*] Quia sponte sua verius ruit quam equis trahitur currus.

68 *Quæ me subjectis*] Videtur vero Sol in mare sese mergere, cum occidit.

69 *Tethys*] Quam Cœli et Terræ filiam vidimus antea Oceani uxorem.

70 *Rapitur*] Spatio nempe 24. horarum dicitur primum Mobile subjectos orbes ab ortu ad occasum super mundi polos incitatissima conversione rapere.

Nitor in adversum: nec me, qui cetera, vincit
Impetus: et rapido contrarius evehor orbi.
Finge datos currus: quid agas? poterisne rotatis
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forsitan et lucos illic, urbesque, domosque
Concipias animo, delubraque ditia donis
Esse. Per insidias iter est, formasque ferarum.
Utque viam teneas, nulloque errore traharis;
Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,
Hæmoniosque arcus, violentique ora Leonis,

nec vis, quæ superat reliqua, me rapit; *et adversus cælo veloci tōllor. Pone concessos currus; quid facias? poterisne obviam ire polis circumactis, ne cælum rapidum te abripiat? Forte animo fingas illic esse lucos et urbes Deorum, et templa ditata muneribus. Via est per insidias et figuras ferarum. Et quamvis sequaris callem, neque aberres, nihilominus incedes per cornua Tauri oppositi, et*

---

72 Fl. *cet. vincat;* unde Heins. *ne me, q. c. vincat.*—74 *Agas* Thuan. Cant. sec. Pal. et sex alii; vulg. *ages.*—76 *Domosque* duo Med. et unus A. cum uno Thuaneo; alii *Deorum.*—78 Unus Mor. *Ecce per ius.* unus Pal. *Ire;* quatuor

NOTÆ

72 *Nitor in adversum*] Quia diurno motu creditus Sol ab occasu ad ortum intra Tropicos moveri, donec anni spatio ad idem punctum recurrat.

Nec me] Hoc dicit, quia unus et æqualis Solis motus inter Tropicos, cum regressus pati videantur alii planetæ.

75 *Axis*] Pro cælo ipso axem posuit circa quem vertitur.

78 *Formasque*] Placuit enim Astronomis, Scorpionis, etiam et Leonis nomine, quædam signa cœlestia posteris inculcare, per quæ Soli Zodiacum percurrenti transire necesse sit.

80 *Gradieris*] Id est, Gradiatur oportet quicumque temere, nec re ante cognita, currum Solis regere aggreditur. Neque vero ignoravit Ovidius anni spatio, non uno die, omnia Zodiaci signa Solem percurrere: sed perinde loquentem Solem induxit, ac si uno die cuncta ille perlustraret, quia ad ipsius temerarium filium omni indiscriminatim periculo sese objicientem, verba spectant, si forte imperitum a proposito valeant revocare.

Tauri] Est Taurus signum in Zodiaco ad Orientem spectans. Cetera aspectu terribiliora signa Phœbus enumerat, ut ab improba currum suum regendi cupiditate Phaëthonta filium deterreat.

81 *Hæmonios*] Per Hæmonios, Thessalos intellige; per arcus, Sagittarium ipsum, signum cœleste in Zodiaco; quem Sagittarium alii, in quibus Ovidius, Centaurum Chironem, Thessalum; alii Crotum seu Crotonem filium Euphemes nutricis Musarum, suo tempore Parnassi aut Heliconis accolam, volunt fuisse.

Leonis] Hic Nemæus creditus, quem Hercules interfecit, Junonis beneficio inter astra relatus.

Sævaque circuitu curvantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curvantem brachia Cancrum.
Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,
In promtu regere est: vix me patiuntur, ut acres
Incaluere animi; cervixque repugnat habenis.
At tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,
Nate, cave: dum resque sinit, tua corrige vota.
Scilicet, ut nostro genitum te sanguine credas,
Pignora certa petis: do pignora certa timendo;
Et patrio pater esse metu probor. Aspice vultus
Ecce meos: utinamque oculos in pectora posses
Inserere, et patrias intus deprendere curas!
Denique, quicquid habet dives, circumspice, mundus:
Eque tot ac tantis cœli, terræque, marisque
Posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.

arcus Thessalos, et rictus sævi Leonis, et Scorpium flectentem feru brachia vasto ambitu, et Cancrum flectentem aliter brachia. Neque tibi est facile moderari equos feroces illis ignibus, quos gerunt in pectore, et emittunt ore et naribus. Ægre me ferunt, cum violenti animi sunt accensi, et collum resistit habenis. At tu, fili, tibi prospice, ne sim tibi causa doni luctuosi: et dum res patitur, corrige tua desideria. Nimirum poscis indubitata indicia, ut scias te esse *satum nostro genere: do signa certa metuendo: et asseror pater timore paterno. En contemplare meam faciem, atque utinam liceret immittere lumina in cor, et videre solicitudinem paternam intus! Selige tandem quicquid orbis opulentus continet, et pete aliquid ex tot et tantis bonis cæli, terræ, et maris; nihil denega-*

---

alii *Isse.* Heins. conj. *Omne per ins.*—84 Quidam ex *animosos* fecit *damnosos.*—86 Alii *ubi acres.*—87 *Intumuere animi* Pal. quod placuit Gebhard. Crepund. 1. 12. Douza volebat *Incaluere animis.*—91 Gebhard. Crepund. 1. 14. e Ms. legebat *certa tibi?*—92 Bersm. vult *metu probo.* Duo libri *Inspice vultus.*—94 *Dependere curas* Mss. monente Bersm. Arg. *cognoscere.*—97 Liber Ciofani

NOTÆ

82 *Longo*] Brachia vero usque adeo porrigit, ut libram aliud signum comprehendat.

83 *Scorpion*] Signum est cœleste ex Scorpio ortum, quem adversus Orionem Terra immisit indignata, quod quæcumque ex ea orirentur se posse interficere, gloriaretur; quem Scorpium Jupiter in cœlum assumsit.

Aliter curvantem] Crura enim sua, aut brachia, non tam late divaricat Cancer, ac Scorpius.

84 *Quadrupedes*] De Solis equis loquitur, qui, ut et ait Virgilius, ' Lucemque elatis naribus efflant.'

92 *Vultus*] Metu pallentes. Namque antea radios deposuerat.

Deprecor hoc unum ; quod vero nomine pœna,
Non honor est. Pœnam, Phaëthon, pro munere, poscis.
Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis ?
Ne dubita, dabitur (Stygias juravimus undas)
Quodcumque optaris : sed tu sapientius opta.
Finierat monitus : dictis tamen ille repugnat ;
Propositumque tenet : flagratque cupidine currus.
Ergo, qua licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit juvenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curvatura rotæ ; radiorum argenteus ordo.
Per juga chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ,
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur, opusque
Perspicit : ecce vigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureos Aurora fores, et plena rosarum

bitur. Hoc unum averto, quod proprio nomine est supplicium, non gloria : Phaëthon, petis supplicium pro dono. Quamobrem, inscie, implicas meum collum mitibus brachiis ? Ne sis incertus, (juravimus aquas Stygias) quodcumque cupiveris, concedetur ; sed tu vove sapientius. Absolverat hortationes : ille tamen adversus monita nititur ; et servat decretum, et ardet desiderio currus. Pater igitur, moratus quantum potuit, deducit adolescentem ad excelsos currus, dona Vulcania. Axis erat aureus, temo aureus, curvatura rotæ extremæ aurea ; series radiorum argentea. Chrysolithi dispersi per juga, et gemmæ ordinatæ remittebant clara lumina Soli reflexo. Et dum cordatus Phaëthon admiratur, et perlustrat opus, ecce Aurora experrecta aperit ab ortu rubicundo valvas purpureas, et atria rosis sparsa. Stellæ

Quære bonis.—102 Jun. *moderantius opta* ; unus Med. et Bas. *moderatius.*—104 *Tenet* undecim libri vett. alii *premit.*—105 *Quam licuit* unus Mor. et Gron. et ita Gebhard. Crepund. I. 12. improbante Burm.—110 Unus Thuani *Munda reperc.* Nonnulli etiam codd. optimæ notæ habent *radiabant lum.*—112 Berolin. *Prospicit ; ecce.* Pr. Med. et tres alii cum Norico *rutilo ;* vulg.

NOTÆ

106 *Vulcania*] A Vulcano fabricata.

109 *Juga*] Cave pro equis accipias, qui nondum aderant. Potius est, ut per *juga*, ipsam currus sellam intelligas ; quomodo in navibus transtra, seu remigum sedilia, *juga* etiam vocantur.

Chrysolithi] Est Chrysolithus lapis pretiosus, qui auri colore quia nitet, ab eo apud Græcos nomen illud accepit.

110 *Repercusso Phœbo*] Solis radiis a gemmarum solido corpore repulsis.

112 *Patefecit Aurora*] Aurora siquidem dicitur lumen illud, quod Solis ortum antevertit ; venustissime certe cœlum aperire fingitur.

113 *Rosarum*] Roseam totam, cui rosas dicavit, Auroram facit antiquitas.

Atria. Diffugiunt stellæ: quarum agmina cogit
Lucifer, et cœli statione novissimus exit.
At pater ut terras mundumque rubescere vidit,
Cornuaque extremæ velut evanescere Lunæ,
Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Jussa Deæ celeres peragunt: ignemque vomentes,
Ambrosiæ succo saturos, præsepibus altis
Quadrupedes ducunt; adduntque sonantia frena.
Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit; et rapidæ fecit patientia flammæ.
Imposuitque comæ radios, præsagaque luctus
Pectore solicito repetens suspiria, dixit:
Si potes hic saltem monitis parere paternis;
Parce, puer, stimulis; et fortius utere loris.
Sponte sua properant: labor est inhibere volentes.

recedunt, quarum Lucifer congregat exercitus; et ultimus cœli stationem relinquit. At Sol pater, ut cernit terras et orbem rubere, et cornua ultimæ Lunæ quasi evanescere, jubet Horas celeres admovere equos. Citæ Deæ exequuntur mandata, et ducunt ab excelsis stabulis quadrupedes efflantes ignem plenos succo ambrosiæ, et aptant fræna tinnientia. Tum genitor unxit faciem sui filii sacro medicamento; et reddidit firmam adversus flammam fervidam. Et addidit radios capillis; atque ingeminans ex pectore anxio suspiria prænuncia mœroris, dixit: Si licet saltem obsequi hic præceptis paternis, omitte, adolescens, instigare; et attrahe fortiter habenas. Ultro festinant, difficile est coërcere ultroneos. Neque teneas iter per quinque zonas

---

nitido.—116 *At pater* Thuan. et sex alii: [vulg. *Tum pater.*] *Quæ patere* primus Pal. excerpta Theatinorum Romana, et quinque alii. *Quæ petere* Langianus. *Pater* vix locum hic habet, cum mox sequatur, *Tum pater.* Forte, *Ut pariter terras mundumque rubescere vidit; Titan* nimirum, quod mox subjungitur. *Heins.*—117 Cant. *videt evanesc.*—120 Plurimi *Ambrosio succo.*—126 Heins. restituit *hic* pro vulg. *his. Paternis* Bernegg. Thuani, et quatuor alii: ceteri *parentis.*—127 Leid. et Gron. unus *Parce precor stim.* Fr. *sed fortius;* Med. et Bonon. *et fortiter:* unde Burm. *at fortiter.*—128 Unus Heins.

NOTÆ

114 *Diffugiunt*] Quia, ob majorem Solis lucem, non apparent.

115 *Lucifer*] Stella est Veneris, quæ prima post Solis occasum, ultima ante ejus ortum, in cœlo apparet; unde ceteris quasi præesse, atque earum curam gerere, non illepide finxit Poëta.

118 *Horis*] Optime illas Sol habet administras, quæ ex ejus cursu oriuntur, aut in eo continentur.

120 *Ambrosiæ*] Est ambrosia Deorum cibus, sicuti nectar eorum potus; quanquam confunduntur aliquando. Ambrosiam etiam describit Plinius herbam odore non injucundo.

124 *Radios*] Coronam radios emittentem, quam Sol ipse solet gestare.

Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sectus in obliquum est lato curvamine limes,
Zonarumque trium contentus fine: polumque
Effugito australem, junctamque aquilonibus Arcton.
Hac fit iter: manifesta rotæ vestigia cernes.
Utque ferant æquos et cœlum et terra calores,
Nec preme, nec summum molire per æthera currum.
Altius egressus cœlestia tecta cremabis;
Inferius terras: medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet in Anguem,
Neve sinisterior pressam rota ducat ad Aram:

directas. Callis est porrectus in obliquum vasto volumine. Contentus limite trium circulorum: vita et polum australem, et Ursam conjunctam Boreæ. Hac insiste viam: videbis signa aperta rotæ. Et ut cœlum et terra fruantur æquis caloribus, neque deprime, neque age currum ad supremum cœlum. Actus sublimius incendes domos cœlestes; inferius terras: securus veheris medio. Neve rota dextra devehat te ad Serpentem sinuosum; neve læva trahat ad Aram depressam: sequere inter

---

properent. Olim *inhib. volantes;* at *volentes* plurimi veterum. *Volenti* Francius.—129 Berolin. *direptos placeat.*—130 Berolin. *Septus:* Genevensis et Bas. *Sextus.*—132 *Effugito* pr. et sec. Pal. pr. Bas. et tres alii: vulgo *Effugit.*—133 Noricus *fit;* sed plurimi *sit.*—135 Berolin. *aëra currum.*—136 In uno V. *regna erem.* in alio, atque uno Ciofani *tecta;* vulg. *signa.*—138 Alii *ad unguem.*—

NOTÆ

129 *Nec tibi*] Phaëthontem filium hortatur Sol ne per circulos parallelos, sed per Zodiacum, qui Æquatorem oblique intersecat, iter suum dirigat.

Arcus] Æquinoctialem dicit circulum, duos Tropicos, Cancri et Capricorni, cum Arctico et Antarctico.

130 *Limes*] Qui est Zodiacus.

131 *Zonarum*] Cœlum et terram in quinque partes diviserunt mathematici, quas *zonas* seu *cingula* vocaverunt, prout diverse solaribus radiis subjiciuntur.

Fine] Usque ad duos Tropicos Cancri et Capricorni, qui fines sunt duarum Zonarum temperatarum, qua parte Solem respiciunt, Sol annuo cursu pervenit, eos non transgreditur.

132 *Australem*] Quem communiter vocant *Antarcticum;* id est, Arctico oppositum.

Arcton] Per Arcton seu Ursam, quæ signum est cœleste in plaga Septemtrionali vel Boreali, polum Arcticum intellige, aut partem cœli quæ ultra Tropicum Cancri porrigitur. Est autem Ursa eadem quæ ante Callisto fuerat, Lycaonis filia, a Junone in Ursam mutata, deinde a Jove in cœlum translata. Aquilonibus junctam dicit Poëta, quia ex cœli parte eadem, qua posita est Ursa, spirant venti Septemtrionales.

135 *Preme*] Pro Deprime, aut terram versus age.

138 *Anguem*] Draconem dicit, signum cœleste, olim Hesperidum aurea mala custodientem, quem Hercules interfecit, Juno inter duas Arctos, seu Ursas, ita collocavit, ut utramque corporis flexibus comprehendat.

139 *Aram*] Quæ signum est aus-

Inter utrumque tene. Fortunæ cetera mando;
Quæ juvet, et melius, quam tu tibi, consulat, opto.
Dum loquor; Hesperio positas in littore metas
Humida nox tetigit. Non est mora libera nobis:
Poscimur; effulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu: vel, si mutabile pectus
Est tibi, consiliis, non curribus, utere nostris:
Dum potes; et solidis etiamnum sedibus astas;
Dumque male optatos nondum premis inscius axes.
Quæ tutus spectes, sine me dare lumina terris.
Occupat ille levem juvenili corpore currum:
Statque super; manibusque datas contingere habenas
Gaudet; et invito grates agit inde parenti.
Interea volucres Pyroëis, Eous, et Æthon,
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.

utrumque. Committo reliqua fortunæ, quæ opem ferat; et precor, melius tibi, quam tu ipse, *prospiciat. Dum verba facio, nox malida pervenit ad terminos sitos in littore Occiduo: non licet cunctari: vocamur: Aurora splendet tenebris discussis. Sume habenas manu: vel, si cor habes flexile, utere monitis nostris, non curribus, dum licet, et insistis adhuc sedibus firmis; dumque nescius nondum insides currui stulte desideruto. Putere me immittere terris lucem, qua fruaris securus. Ille prosilit in currum levem corpore alacri: et insidet; et exultat apprehendere manibus concessa lora; deinde gratias agit patri repugnanti. Interea equi Solis ulati, Pyroëis, et Eous, et Æthon, et quartus Phlegon, implent aërem hinnitibus igniferis,*

---

139 Heidelb. *ad axem.*—140 Mor. pr. *Inter utrumque.*—141 Heidelb. *Quæ tibimet melius.*—144 *Effulget* pr. Gron. pro var. lect. habet; recepit Heins. inde suadet *en fulget*; ceteri *et fulget.*—152 Alii *ille parenti*; sed Mss. plurimi *inde* exhibent.—155 Plurimi *Flammigeris:* unus Vatic. Thuan. et Leidens. pro varia lect. *fumificis*, quod Burm. non temere abjiciendum putat,

NOTÆ

trale circulum prope tangens Antarcticum, nostro respectu depressum.

140 *Inter utrumque*] Est quia latus Austrinum nostro respectu depressius, Boreale sublimius, Zodiacus medius.

142 *Hesperio*] Id est, Atlantico, ab Hespero Atlantis fratre sic dicto. Ceterum per Atlanticum littus Occidentale intellige, quo cum nox pervenit, necesse est dies, adeoque Sol, ad Orientale pervenerit.

143 *Non est mora*] Certi enim sunt cœlorum motus.

150 *Juvenili*] Phaëthonta videre videor, tam bene exprimit vox ista hominis impatientiam et impetum.

153 *Pyroëis*] Ab igne, Græca etymologia, dictus est.

Eous] Ab Aurora hic nomen habuit.

Æthon] Id est, Ardens, urens.

154 *Phlegon*] *Urens* etiam intelligitur.

155 *Repagula*] Ad carceres alludit, e quibus in ludorum celebritate equi emittebantur.

Quæ postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,
Repulit; et facta est immensi copia mundi,
Corripuere viam, pedibusque per aëra motis
Obstantes findunt nebulas, pennisque levati
Prætereunt ortos ĭsdem de partibus Euros.
Sed leve pondus erat; nec quod cognoscere possent
Solis equi: solitaque jugum gravitate carebat.
Utque labant curvæ justo sine pondere naves,
Perque mare, instabiles nimia levitate, feruntur;
Sic onere assueto vacuos dat in aëra saltus,
Succutiturque alte, similisque est currus inani.
Quod simul ac sensere, ruunt, tritumque relinquunt
Quadrijugi spatium, nec, quo prius, ordine currunt.
Ipse pavet; nec qua commissas flectat habenas,
Nec scit, qua sit iter: nec, si sciat, imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere Triones,

et quatiunt carceres. Quos ut Tethys, nescia fatorum nepotis, removit, et apertus est vastus orbis, velocissime iter carpserunt, et pedibus agitatis per aërem dividunt nubila opposita, et, sustentati pennis, antevertunt subsolanos digressos ex eadem plaga. Sed onus erat parvum, nec quod equi Solis possent sentire; et jugum carebat pondere consueto. Et sicuti adunecæ naves sine onere convenienti vacillant, atque incertæ fluctuant nimia levitate; sic currus saltat in aërem sine pondere solito, et alte quatitur, et est similis vacuo. Quod statim atque equi *quadrijugi advertunt, exiliunt, et deserunt viam calcatam; nec currunt* eodem *ordine quo antea. Ipse tremit; neque novit qua torqueat lora sibi conexedita, neque viam qua sit* insistendum: *neque, si cognoscat, regere queat illos. Tum primum frigidi*

---

quoniam *flammifer* de cœlo similibusque dici soleat; 'fumificis mugitibus' autem occurrat VII. 114. 'fumantia equi terga;' XIV. 362. et 'fumantes tauros' Valer. Fl. VII. 283.—157 Alii *copia mundi*.—159 *Findunt* R. pr. et unus Thuani; vulg. *scindunt*: Leid. a pr. m. *cædunt*.—160 Bas. *definibus*.—165 Plurimi *insueto* et *aëre*. Heinsio non displiceret, *vacuus dat saltum currus*.—166 Berolin. *currus inanis*.—168 Meliores, teste Heins. *Quadrijugi;* alii

NOTÆ

156 *Tethys*] Oceani conjux, et Clymenes mater, apud quam Sol pernoctare creditur: quia, scilicet, in mare, cum occidit, sese videtur immergere.

158 *Corripuere*] Optime equorum alacritatem indicat vox ista.

159 *Findunt*] Ferventem vides orationem, quæ equorum præsentem faciat velocitatem.

160 *Euros*] Est Eurus ventus ab Ortu spirans; quem celeritate superare Solis equos testatur Poëta.

161 *Cognoscere*] Tam levis erat currus, ut nullus insidere videretur.

163 *Labant*] Hinc illinc vacillant.

166 *Succutitur*] Sursum valde quatitur. Ceterum oritur istud ex viæ inæqualitate.

168 *Quadrijugi*] Quatuor equi uno jugo alligati.

Et vetito frustra tentarunt æquore tingi.
Quæque polo posita est glaciali proxima Serpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit: sumsitque novas fervoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,
Quamvis tardus eras, et te tua plaustra tenebant.
Ut vero summo despexit ab æthere terras
Infelix Phaëthon, penitus penitusque jacentes;
Palluit, et subito genua intremuere timore:
Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et jam mallet equos nunquam tetigisse paternos:
Jamque aguosse genus piget, et valuisse rogando:
Jam Meropis dici cupiens; ita fertur, ut acta
Præcipiti pinus Borea, cui victa remisit

Triones intepuerunt radiis, et conati sunt incassum mergi in mari prohibito. Et Anguis, qui situs est juxta polum gelidum, antea iners rigore, neque metuendus cuiquam, arsit: et nova ira ferbuit per calores. Dicunt etiam, Boote, te trepidum dilapsum esse, tametsi lentus esses, et tuus currus te remoraretur. Cum autem miser Phaëthon intuitus est a supremo æthere terras usque et usque apertas, expalluit, et repente genua concussa sunt pavore: et caligo occuparit oculos per tantum lumen. Et jam præoptaret nunquam attigisse equos paternos: et jam pœnitet cognorisse stirpem, et superiorem fuisse orando: jam optans appellari Meropis; perinde agitur, ut navis impulsa vrente Aquilone, cui nauclerus suus permisit guberna-

---

Quadrupedes.—170 Plurimi scripti *imperat illis.*—177 Mss. nonnulli *plaustra trahebant.*—179 Heidelb. cum plurimis aliis *penitusq. patentes:* nihil vero mutandum putat Heins.—180 Cant. et unus Ciofani *intrem. tremore:* Mor. *rigore;* alii *pavore.*—183 Alii *Jam cognosse.*—185 Nonnulli Codd. *cuncta re-*

NOTÆ

171 *Triones*] Ursa est major, cujus septem lucidiores stellæ plaustri formam referunt, cum bobus, (quos veteres Triones a terenda terra dixerunt). Quod signum nunquam occidit; quia, si fabulam spectes, Juno pellicem Callisto, cœlo receptam indignata, a Tethye Oceani uxore impetravit, ne aquis ejus tingeretur; si veritatem quæras, quia polo elevato vicina Ursa, aut Helice, quæ antea Callisto fuerat.

172 *Vetito*] Seu fabulam, seu veritatem spectes; ut modo diximus.

173 *Serpens*] Signum est; quod jam ante in Boreali plaga diximus esse.

176 *Boote*] Est Bootes, qui et Arctophylax dicitur, signum juxta Ursam majorem, quæ bubulci more plaustrum sequi videtur. Plaustrum autem, Triones, et Ursam unum et idem signum esse diximus.

181 *Tenebræ*] Vertiginem dicit, qua laborant præsertim qui subito terrore correpti sunt. Jocatur vero in verbis Poëta; quod plane, multisque de causis, non placet.

184 *Meropis*] Filius scil. Mallet ho-

Fræna suus rector, quam Dis votisque reliquit.
Quid faciat? multum cœli post terga relictum:
Ante oculos plus est. Animo metitur utrumque.
Et modo, quos illi fato contingere non est,
Prospicit occasus: interdum respicit ortus.
Quidque agat ignarus, stupet: et nec fræna remittit,
Nec retinere valet: nec nomina novit equorum.
Sparsa quoque in vario passim miracula cœlo,
Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.
Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus
Scorpios; et cauda flexisque utrimque lacertis
Porrigit in spatium signorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni
Vulnera curvata minitantem cuspide vidit;
Mentis inops, gelida formidine lora remisit.
Quæ postquam summum tetigere jacentia tergum,
Exspatiantur equi: nulloque inhibente per auras

culum, quam concredidit Diis et precibus. Quid agat? Multum cœli omissum a tergo: plus est præ oculis: describit utrumque mente: et nunc e longinquo spectat occasum, quo non conceditur illi fato pervenire; nunc intuetur ortum. Atque nescius miratur, quid possit incipere; et neque laxat habenas, neque potest tenere: neque scit nomina equorum. Spectat etiam timidus hinc inde prodigia posita in cælo diversis signis distincto, et imagines magnarum ferarum. Est locus ubi Scorpius flectit lacertos in duos arcus; et extendit artus in spatium duorum siderum, cauda et brachiis curvatis utrimque. Cum juvenis intuitus est hunc squalentem sudore veneni atri intentantem plagas cauda reflexa, defectus animo, laxavit habenas frigido timore. Quæ sparsæ postquam jacuerunt in dorso extremo, equi divagantur; et nemine obstante feruntur per spatia incognitæ plagæ; et, qua furor im-

nis.—186 Barthius legebat cum plurimis Codd. *rentisque reliq.* sed idem ad Stat. Theb. v. 288. præferebat *fatisque.*—187 Unus Heins. *terg. relinqui;* unde ipse vult *relicti:* R. unus *relinquit:* Berolin. *rel. est.*—189 *Fato* recepit Heins. ex Bernegg. alii *fatum:* nonnulli etiam *fas tum:* unus *nunquam e. fas est.*—191 In uno V. *Ignarusque stupet, quid agat; nec fr. remittit.*—196 Vulg. *Scorpius.*—197 Unus Heins. *porrigitur in spatium;* quod ipse volebat, deleto *in, porrigitur spatium.*—201 Alii *sensere jac. tergo.* N. et Urbin. *summum...ter-*

NOTÆ

mine natum dici et salvum esse, quam Deo satum et perditum.

185 *Pinus*] Pro navi ex pinu facta, Metonymice.

186 *Fræna*] Pro gubernaculo: quod poëtis familiare.

197 *Porrigit*] Tam late porrigitur Scorpius, ut chelis seu brachiis suis Libræ signum constituere videatur.

198 *Madidum*] Ex calore sudantem, æstuantem, sævientem.

Ignotæ regionis eunt; quaque impetus egit,
Hac sine lege ruunt: altoque sub æthere fixis
Incursant stellis, rapiuntque per avia currum.
Et modo summa petunt, modo per decliva, viasque
Præcipites spatio terræ propiore feruntur.
Inferiusque suis fraternos currere Luna
Admiratur equos: ambustaque nubila fumant.
Corripitur flammis, ut quæque altissima, tellus;
Fissaque agit rimas, et succis aret ademtis.
Pabula canescunt: cum frondibus uritur arbos:
Materiamque suo præbet seges arida damno.
Parva queror; magnæ pereunt cum mœnibus urbes:
Cumque suis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt. Sylvæ cum montibus ardent.
Ardet Athos, Taurusque Cilix, et Tmolus, et Œte;
Et nunc sicca, prius celeberrima fontibus, Ide;
Virgineusque Helicon, et nondum Œagrius Hæmos.

pulit, hac exiliunt sine modo; et impetum faciunt in stellas positas sub summo æthere, et abstrahunt currum per avia. Et modo eunt per suprema, modo currunt per depressa, et limites præruptos, aut *loca terræ vicinora. Et Luna stupet equos fratris ire inferius suis: et nubes incensæ fumum emittunt. Ut quæque terra sublimior, accenditur, et divisa hiat, et arida est humore exhausto. Herbæ albicant; arbor flagrat cum foliis; et fruges rigescentes suppeditant pabulum suo incendio. Minora doleo: vastæ civitates intereunt cum muris; et conflagratio redigit in favillas totas nationes cum suis alumnis. Nemora flagrant cum montibus. Athos flagrat, et Taurus Cilix, et Tmolus, et Œta, et Ida, jam arida, olim nobilissima fontibus; et Helicon virginibus sacer, et Hæmus nondum Œagrius. Ætna flagrat*

gum; alii *summo...tergo.*—204 Pal. sec. pro varia lect. *fixas Inc. stellas,* quod elegantius videbatur Heins. et comprobatur exemplis a Burm.—209 Alii *combustaque nubila.*—215 In quibusdam Codd. *terras* pro *gentes* legitur.—

NOTÆ

205 *Incursant*] Cum nimium ascenderent equi.

217 *Athos*] Macedoniæ mons altissimus.

Taurus] Mons est totius Asiæ maximus, diversa nomina apud varias gentes in quas dividitur sortitus, a Cilicibus Taurus dictus.

Tmolus] Mons est Phrygiæ, vino, croco, et melle abundans.

Œte] In Thessalia, est Herculis rogo et morte celeberrimus.

218 *Ide*] Mons est qui ad Troadem spectat, fontibus suis inclytus.

219 *Helicon*] Hic Bœotiæ est, Musis sacer.

Hæmos] Mons Thraciæ altissimus, in quo Orpheus Œagri et Calliopes filius, uti quidem voluerunt nonnulli, a Mænadibus seu furentibus Bacchis

Ardet in immensum geminatis ignibus Ætne,
Parnassusque biceps, et Eryx, et Cynthus, et Othrys,
Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimasque,
Dindymaque, et Mycale, natusque ad sacra Cithæron.
Nec prosunt Scythiæ sua frigora: Caucasus ardet,
Ossaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus:
Aëriæque Alpes, et nubifer Apenninus.
Tunc vero Phaëthon cunctis e partibus orbem
Aspicit accensum: nec tantos sustinet æstus:
Ferventesque auras, velut e fornace profunda,
Ore trahit, currusque suos candescere sentit.

flammis duplicatis sine modo, et Parnassus, in duos vertices divisus, et Eryx, et Cynthus, et Othrys, et tandem Rhodope vacua nivibus, et Mimas, et Dindyma, et Mycale, et Cithæron factus ad sacra. Nec sua frigora opem ferunt Scythiæ; Caucasus flagrat, et Ossa cum Pindo, et Olympus major utroque: et Alpes aëriæ, et Apenninus nubilosus. Tunc vero Phaëthon spectat mundum inflammatum ex omnibus partibus; nec patitur tantos ardores, et carpit ore aërem incensum, tanquam ex fornace pro-

218 Alii *tum* vel *tunc sicca*.—220 Heidelb. *Ard. et immens.* In uno Thuani

NOTÆ

discerptus est: qua re infamis factus.

220 *Ætne*] Mons est Siciliæ, ignibus, quos evomit, terribilis.

221 *Parnassusque*] Mons Phocidis, in duos vertices divisus.

Eryx] Hunc, olim Veneri dicatum, habet Sicilia.

Cynthus] In Delo insula est, ubi Apollinem et Dianam Latona peperisse dicitur: a quo ille Cynthius, hæc Cynthia appellata.

Othrys] In media est Thessalia. Ceterum, nisi forte lubet tabulas describere, haud equidem scio quid pulchri habeat ista nominum aut montium congeries. Sudemus, igitur, quandoquidem Phaëthonti et Poëtæ placuit.

222 *Rhodope*] Mons Thraciæ, perpetuis nivibus horridus.

Mimasque] Mons est Ioniæ, Icario mari oppositus. Itemque Thraciæ, continuis obsessus imbribus.

223 *Dindyma*] Montes Troadis, matri Deorum sacri; unde Cybele Dindymene dicta.

Mycale] Qui Cariæ est, e regione Sami insulæ.

Cithæron] Hic fuit Bœotiæ, Bacchi sacrificiis notissimus, ubi Pentheum Bacchi contemtorem Bacchæ discerpserunt.

224 *Caucasus*] Scythiæ, regionis ad Septemtrionem frigidissimæ, mons est, ad quem Prometheus fuit religatus.

225 *Ossa cum Pindo*] Qui sunt Thessaliæ.

Olympus] In confinio est Macedoniæ et Thessaliæ, tam altus, ut cœlum ipsum pertingere videatur: quare etiam pro ipso nonnunquam sumitur.

226 *Alpes*] Montes sunt excelsi, Italiam a Gallia disterminantes.

Apenninus] Longissimus est montium tractus, Italiam dividens.

Et neque jam cineres ejectatamque favillam
Ferre potest: calidoque involvitur undique fumo.
Quoque eat, aut ubi sit, picea caligine tectus
Nescit; et arbitrio volucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,
Æthiopum populos nigrum traxisse colorem.
Tum facta est Libye, raptis humoribus æstu,
Arida; tum Nymphæ passis fontesque lacusque
Deflevere comis. Quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.
Nec sortita loco distantes flumina ripas
Tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis,
Peneosque senex, Teuthranteusque Caicus,

funda, et sentit suos currus ignescere. Et neque jam potest tolerare cineres et favillam jactatam; et circumfunditur undique fumo ferrido. Neque intelligit, quo vadat, aut ubi sit, involutus obscuris tenebris; et aufertur pro libitu alatorum equorum. Arbitrantur populos Æthiopum tunc sumsisse atrum colorem, sanguine educto ad extremas partes corporis. Tum Libya facta est sicca, humiditate sublata caloribus: tum Nymphæ ejularerunt capillis sparsis et fontes et lacus. Bœotia conqueritur Dircen, Argos Amymonen, Corinthus aquas Pirenidas. Neque fluvii nacti ripas loco dissitas sunt securi: Tanais fumavit in mediis aquis, et senex

---

viribus Æt.—228 In uno Ciofani *Asp. accendi.*—237 Berol. *Tunc fact.*—238 Berol. *sparsis* pro *passis.*—239 Florent. Urbin. et decem aut duodecim alii, *queritur Bœotia*, quod Heins. præcedenti *deflevere* melius respondere putabat.—240 Vetustior Ciofani et Briant. *Nephyre Piren.*—243 Alii *Pe-*

NOTÆ

233 *Picea*] Pro Nigra.

237 *Libye*] Africæ est pars aridissima, inter Mauritaniam et Cyrenaicam regionem, cui limites accurate assignare errones populi non siverunt.

239 *Dircen*] Fontem, quo, caloribus exhausto, uti non liceret. Atque in hunc fontem non procul a Thebis mutata fuerat Dirce, Lyci, Thebarum regis, uxor.

240 *Amymonen*] Fuit Amymone Danai filia, in fontem apud Argos conversa.

Ephyre] Corinthus est.

Pirenidas undas] Fuit Pirene fons Acrocorinthi, montis Corintho imminentis, Musis sacer, aqua ad potum suavissima; in quem Pirene, filiorum mortem nimiis lacrymis prosequens, mutata est.

242 *Tanais*] Fluvius est Scythiæ maximus, Europam ab Asia dividens; multum sane distans a fontibus Græciæ, ut dixit Poëta.

243 *Peneosque*] Thessaliæ est, de quo jam multa.

Caicus] Fluvius est Mysiæ, ideo Teuthrantens dictus, quod ex Teuthrantia Mysiæ parte Mysus fluvius terra haustus, deinde Caicum efficiat.

Et celer Ismenos, cum Phocaico Erymantho,
Arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas,
Quique recurvatis ludit Mæandros in undis;
Mygdoniusque Melas, et Tænarius Eurotas.
Arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes.
Thermodonque citus, Gangesque, et Phasis, et Ister.
Æstuat Alpheos: ripæ Spercheides ardent:
Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus, aurum.

Peneus, et Caicus Teuthrunteus, et rapidus Ismenus cum Erymantho Phocaico, et Xanthus iterum deflagraturus, et flavus Lycormas, et Mæander, qui ludit in aquis flexuosis; et Melas Mygdonius, et Eurotas Tænarius. Euphrates etiam Babylonius incensus est, arsit Orontes, et celer Thermodon, et Ganges, et Phasis, et Danubius. Alpheus fervet: ripæ Spercheides flagrant: et aurum, quod Tagus volvit

---

neusque: et mox *Mæander* vel *Mæandrus*, et *Alpheus*.—249 Heins. *Thermodon*, ut in nonnullis antiquis; alii *Thermodoon*.—250 *Spercheides* constanter in ve-

NOTÆ

244 *Ismenos*] Bœotiæ fluvius in Euripum influens.

Erymantho] Phocidis est, aut Phocaicus hic fluvius, in Arcadia, ubi et mons ejusdem nominis.

245 *Xanthus*] Fluvius est Trojæ, qui, belli Trojani tempore, Vulcani vi arsit et exaruit.

Lycormas] Evenus est, Ætoliæ fluvius, flavas volvens arenas; aliis etiam nominibus appellatus.

246 *Mæandros*] Phrygiæ est hic, 600, ut numerant, gyris et sinuosis flexibus, ita fluens, ut in fontem suum sæpius recurrere videatur.

247 *Melas*] Plures fuerunt eo nomine fluvii; hic Macedoniæ est, ubi et Mygdonia provincia.

Tænarius] A Peloponnesi Tænaro promontorio; quanquam tamen multum ab eo distat Eurotas Laconiæ fluvius.

248 *Euphrates*] Nobilissimus est Asiæ fluvius, ex Armenia, per Mesopotamiam, lota Babylone urbe in Persicum sinum defluens.

Orontes] Hic Syriæ est, ex Libano monte decurrens; Typhon, a Typhonte gigante illic fulminato, aliis etiam appellatus nominibus.

249 *Thermodon*] Thraciæ est; juxta quem sedes posuisse volunt Amazones, ex Scythia in Europam migrantes.

Ganges] Maximus et notissimus Indorum fluvius.

Phasis] Colchorum est, qui Medeæ etiam nomen suum dedit.

Ister] Europæ maximus est fluvius, qui et Danubius dicitur, in Pontum Euxinum influens.

250 *Alpheos*] Arcadiæ est hic in Peloponneso, qui ibi absorptus, impermixtis aquis, ex Græcia, subter mare et terram currens, se in Sicilia rursus extollit, ubi Arethusæ fonti immixtus, sese deinde in mare Siculum exonerat. Quam fabulam non modo poëtæ, sed historici etiam scripserunt; de qua, suo loco nostrum quoque audiemus Nasonem.

Spercheides] Sperchii, Thessaliæ fluvii, qui in Maliacum sinum illabitur.

251 *Tagus*] Hispaniæ fluvius, aureas volens arenas, quas devolvere

Et quæ Mæonias celebrarant carmine ripas,
Flumineæ volucres medio caluere Caystro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitque caput, quod adhuc latet: ostia septem
Pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.
Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat,
Hesperiosque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque,
Cuique fuit rerum promissa potentia Thybrin.
Dissilit omne solum; penetratque in Tartara rimis
Lumen, et infernum terret cum conjuge Regem.
Et mare contrahitur: siccæque est campus arenæ,
Quod modo pontus erat: quosque altum texerat æquor,
Existunt montes, et sparsas Cycladas augent.

suo flumine, liquescit per ardores. Et aves fluviatiles, quæ nobilitaverant ripas Mæonias cantu suo, arserunt medio Caystro. Nilus tremefactus recessit ad ultimum orbem, et abscondidit caput, quod adhuc tegitur. Septem ejus *ostia pulvere respersa sunt, septem valles absque flumine. Eadem sorte exaruerunt Hebrus et Strymon Thracii, itemque Rhenus et Rhodanus et Eridanus ad occasum porrecti, et Thybris, cui imperium fuit assignatum. Universa terra hiat; et lux pervadit usque ad Inferos per fissuras, et concutit Regem infernum cum uxore. Pelagus etiam coarctatur, et quod jam erat mare, est vastitas constrata glarea: et montes, quos profundum mare operuerat, apparent, et adduntur dispersis Cycladibus. Pisces*

---

tustioribus; alii autem edunt *Sperchiades*.—252 Heidelb. et alii *celebrabant carmine*.—256 In quibusdam Codd. *Pulv. jacent*, quod probat Barthius Stat. VIII. 360.—257 Alii *Sors eadem. Hebron* pro div. lect. N. et *Tybrin* R.—259 R. et Vivianus ex suis *permissa potent.* et sic nonnulli ediderunt.—263 Mss. Bersm. et unus Leid. *et quos modo tex.*—264 In uno V. uno Leid. et uno

NOTÆ

aquæ loco, Sole liquefactas, insolenti hyperbole fingit Poëta.

252 *Mæonias*] Est Mæonia eadem quæ Lydia, Asiæ minoris regio, in qua Caystrus fluvius cycnis suis a poëtis celebratus.

253 *Volucres*] De cycnis loquitur.

254 *Nilus*] Celeberrimus Ægypti fluvius, cujus fontes quia veteres ignoraverunt, ideo caput condidisse dicit Poëta; quod tamen in Lunæ montibus Ptolemæus, recentiores ex quibusdam lacubus, quos *Zaflan* et *Zembre* vocant, assignarunt.

256 *Vacant*] Septem dicit alveos, per quos in mare erumpit Nilus, ita exaruisse, ut valles essent.

257 *Ismarios*] Thracios, ab Ismaro Thraciæ monte. Synecdoche est.

Hebrum] Sunt Hebrus et Strymon duo Thraciæ fluvii, in Ægæum mare influentes.

258 *Hesperios*] Id est, qui magis ad occidentalem plagam spectant. Nam Rhenus Germaniæ, Rhodanus Galliæ, Padus seu Eridanus Italiæ, fluvii notissimi.

259 *Cui*] Aut certe Romanis, ejus accolis. Metonymia est.

261 *Infernum*] Plutonem, scilicet, cum Proserpina conjuge.

264 *Cycladas*] Sunt Cyclades Ægæi

Ima petunt pisces: nec se super æquora curvi
Tollere consuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum summo resupina profundo
Exanimata jacent. Ipsum quoque Nerea fama est,
Doridaque, et natas, tepidis latuisse sub antris.
Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu
Exerere ausus erat: ter non tulit aëris æstus.
Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,
Inter aquas pelagi, contractos undique fontes,
Qui se condiderant in opacæ viscera matris;
Sustulit omniferos collo tenus arida vultus:
Opposuitque manum fronti: magnoque tremore
Omnia concutiens paulum subsedit; et infra,
Quam solet esse, fuit: siccaque ita voce locuta est:
Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant,
Summe Deum? liceat perituræ viribus ignis,

se recipiunt in profundum; neque delphines pandi audent se efferre super mare in aërem assuetum. Corpora phocarum mortua fluitant inversa super extremo mari. Aiunt etiam ipsum Nereum, et Doridem, et filias sese abdidisse in cavernas calidas. Neptunus conatus erat ter emittere aquis lacertos vultu truci; ter non toleravit ardores aëris. Mitis tamen Terra, ut erat cincta mari, inter aquas pelagi, et fontes undique diminutos, qui sese abdiderunt in præcordia vastæ matris, sicca extulit faciem omnia ferentem collo tenus; et prætulit manum fronti; et percellens cuncta ingenti pavore paulum subsedit; et constitit inferius quam solet esse; et hanc orationem habuit voce arida: Siquidem hoc gratum est, maxime Deorum, et digna sum, quamobrem tua fulmina quiescunt? Concedatur interituræ fervore ignis interire igne tuo, et solatium

Ciofani *Exiliunt montes:* alius Leid. *Emergunt:* in nonnullis *Apparent.*—268 Heins. dederat *Exanim. natant.* sed *jacent* revocavit Burm.—269 Heins. ex melioribus dedit *antris;* alii *undis.*—271 *Æstus* quatuor vett. alii *ignes.*—273 *Contractos* pro *contractosque* invexit Heins. ut aquas pelagi innuat constare ex fontibus undique contractis.—275 *Omniferos* scripti: sed quoniam nonnulli *omniparens,* propterea Heins. conj. *omniparos,* idque ex analogia comprobat.—278 *Siccaque* extat quidem non nisi in Urbin. et uno Ciofan. sed recte receptum ab Heins. pro vulg. *sacraque.* Alii *voce profatur.*—279 Berolin. *me-*

NOTÆ

maris insulæ, in orbem collectæ, quæ hic pro quibuslibet, synecdochice, sumuntur.

267 *Phocarum*] Sunt phocæ vituli marini, ut sæpe dictum.

268 *Nerea*] Fuit Nereus Deus maris, vates insignis, in Ægæo mari præcipue habitans, qui Doridem uxorem habuit, ex qua 50. suscepit filias, a patre Nereides dictas.

272 *Tellus*] Terræ est Dea, omnium rerum alumna.

275 *Omniferos*] Quia omnia alit Terra.

Igne perire tuo; clademque auctore levare.
Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resolvo,
(Presserat ora vapor,) tostos en! aspice crines,
Inque oculis tantum, tantum super ora favillæ.
Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
Officiique refers; quod adunci vulnera aratri,
Rastrorumque fero, totoque exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaque mitia, fruges,
Humano generi, vobis quod thura ministro?
Sed tamen exitium fac me meruisse: quid undæ,
Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
Æquora descrescunt, et ab æthere longius absunt?
Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit;
At cœli miserere tui: circumspice utrumque;
Fumat uterque polus: quos si vitiaverit ignis,
Atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat:

habere exitii ab auctore. Ægre equidem os aperio pro hac ipsa oratione. (Calor præcluserat fauces.) En vide capillos assos, et tantum cineris in oculis, tantum in ore. Præstasne mihi hunc mercedem, atque *hunc honorem feracitatis et servitii; quod patior plagas curvi aratri et rastrorum, et torqueor toto anno? quod exhibeo folia pecori, et fruges cibos dulces humanæ genti; quod vobis* præbeo *thura? Sed pone tamen me dignum esse calamitate; aquæ quid* meritæ sunt, *quid meritus est frater? quamobrem maria illi data sorte minuuntur, et distant longius a cœlo? Quod si neque favor fratris, neque meus te movet, at pigeat te cœli tui: intuere utrumque, uterque polus fumum emittit; quos si ignis corruperit, domus vestræ cadent. Ecce*

---

rui, cur o.—281 Gronov. *pœnamque auct.* Gebhard. Crep. I. 12. vult *actore lev.*—284 Mirus hic denuo scriptorum exemplarium dissensus, quem accuratius piget recensere. Vetustiores tamen, *Inque oculis tantum, tantum super ora favillæ:* quod placeret, nisi meminissem *τὸ ora* mox præcessisse: nonnulli, *Inque oculis tantum, volitant super ora favillæ;* vel, *volitantque per ora:* unus mens, *Inque oculis fumi tantum: super ora favillæ:* [alii *Inque oculis fumum: volitant super ora favillæ.*] Scribe, *Inque oculis fumi tantum, tantumque favillæ. Τὸ tantum* neglexerat repetere librarius, solenni errore, ut alibi monuimus. *Heins.*—286 Multi *quod curvi.* Bernegg. etiam *vulnus aratri.*—289 In uno Pat. probante Heins. *quod thura;* alii *quoque th.*—291 Berolin. sic verba constituit, *frater? illi cur, &c.* Bernegg. et unus Heins. *credita sorte*—294 In uno Cælest. *miseresce tui.* Alii *circumsp. utrimque.* Burm. conj. *circumspice utrumque, (Fumat uterque,) polum.*—295 Heinsii est *vitiaverit;* vulg.

NOTÆ

281 *Auctore*] Si tua potius quam Phaëthontis manu periero.

296 *Atlas*] Mons Mauritaniæ, qui propter altitudinem cœlum sustinere dicitur; vel quia Atlas rex Mauritaniæ, qui in illum montem fertur transmutatus, primus omnium astrologica tractasse creditus.

Vixque suis humeris candentem sustinet axem.
Si freta, si terræ pereunt, si regia cœli ;
In Chaos antiquum confundimur. Eripe flammis,
Si quid adhuc superest : et rerum consule summæ.
Dixerat hæc Tellus : neque enim tolerare vaporem
Ulterius potuit, nec dicere plura : suumque
Retulit os in se, propioraque Manibus antra.
At Pater omnipotens Superos testatus, et ipsum
Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
Interitura gravi ; summam petit arduus arcem ;
Unde solet latis nubes inducere terris ;
Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.
Sed neque, quas posset terris inducere, nubes
Tunc habuit : nec, quos cœlo dimitteret, imbres.
Intonat : et dextra libratum fulmen ab aure
Misit in aurigam : pariterque animaque rotisque
Expulit, et sævis compescuit ignibus ignes.

ipse Atlas nutat ; vixque fert suis humeris ardentem polum. Si maria, si terræ intereunt, si basilica cœli, ruimus in antiquum Chaos. Aufer igne, si quid adhuc restat, et prospice summæ rerum. Terra hæc protulerat ; nec vero potuit pati diutius calorem, nec plura narrare ; et recepit suum caput in se, et speluncas viciniores Manibus. At Pater omnipotens testatus Deos, et ipsum qui tradiderat currus, omnia peritura luctuoso fato, nisi succurrat, excelsus ascendit in ultimam arcem, unde solet immittere nubila vastis terris, unde ciet tonitrua, et vibrat fulmina missa. Sed neque tum habuit nubila, quæ posset spargere in terras ; neque imbres, quos dejiceret cælo. Intonat, et jecit in aurigam fulmen libratum ab aure dextra, et deturbavit pariter anima et rotis, et oppressit ignes feris ignibus. Equi expavescunt ;

---

violaverit.—297 Pal. unus, et unus Gronov. *flammantem sustin.*—302 Heidelb. *Ult. poterat.*—307 Heidelb. *nubes latis.*—310 Vulg. *cœl. demitteret.*—313 In tribus V. utroque Heins. aliisque Mss. *Expulit ;* alii *exuit.* Nonnulli *et sævos.*—

NOTÆ

303 *Manibus*] Diis inferis. Ceterum quod ad Phaëthontis fabulam spectat, ideo scriptam voluit Lucianus, quod primus Phaëthon cursum Solis observaverit, neque tamen inceptum opus morte præventus absolverit. Alii ad mores referunt, atque ea temeraria juvenum principum imperia retundunt. Tertullianus ad Sodomæ conflagrationem refert ; alia alii commiscuntur.

311 *Ab aure*] Nam solenne iis, qui telum aliquod vibrant, illud prius, ut acrius emittant, ad aurem adducere.

312 *Aurigam*] Phaëthontem, scilicet, Solis currum male gubernantem.

313 *Ignibus*] Ὀξύμωρον· nam potius ignem ignis deberet augere, quam extinguere : quod hic contra est, et figuram parit.

Consternantur equi : et saltu in contraria facto
Colla jugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.
Illic frœna jacent, illic temone revulsus
Axis ; in hac radii fractarum parte rotarum :
Sparsaque sunt late laceri vestigia currus.
At Phaëthon, rutilos flamma populante capillos,
Volvitur in præceps, longoque per aëra tractu
Fertur ; ut interdum de cœlo stella sereno,
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.
Quem procul a patria diverso maximus orbe
Excipit Eridanus, spumantiaque abluit ora.

Fab. II. et III. Sorores Phaëthontis in Arbores Populos Lacrymæ earum in Electrum.

Sorores Phaëthontis, Phaëthusa, Lampetie, Phœbe, casum fratris dum deflent, Deorum misericordia in arbores populos mutatæ sunt. Lacrymæ earum, ut Hesiodus et Euripides indicant, in electrum sunt conversæ.

Naides Hesperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo : signantque hoc carmine saxum :

et saltu retrorsum dato, subtrahunt colla jugo, et deserunt habenas laceratas. Frœna illic sunt strata, illic axis eductus temone ; ibi radii rotarum quassatarum ; et reliquiæ currus fracti sunt late disjectæ. At Phaëthon flamma vastante comam flavam corruit, et trahitur per aërem longo limite ; sicuti quandoquæ stella de cœlo puro, quanquam non delapsa est, tamen *potuit videri decidisse. Quem Eridanus maximus recipit longe a patria dissito orbe ; et lavit faciem æstuantem.*

II. *Naides Hesperiæ condunt sepulcro corpus fumans igne trisulco ; et inscribunt*

---

314 *Consternantur* uterque Ma. F. et alii ; vulg. *Consternuntur.*—315 Alii *jugo excutiunt.*—318 Alii *luceri late ;* in Lovan. erat *late celeris.*—322 Berolin. *Sed si* pro *Etsi ;* duo V. et alii *Quæ si.*—323 Voss. *plurimus orbe ;* duo alii *proximus.*—324 *Spumantia* pr. Med. alii *fumantia.*—326 Sic duo Leid. alii multi ex melioribus *signant quoque carmine saxum :* vulgo *signant quoque carmine*

NOTÆ

321 *Stella*] Non stella quidem, sed exhalatio quædam incensa, stellæ speciem referens.

323 *Procul*] Multum enim distat Italia ab Æthiopia.

325 *Hesperiæ*] Occidentales et Italicæ : Hesperia enim fere pro Italia, sicut Ultima Hesperia pro Hispania sumitur.

Trifida] Fulmine, quod trifidum pingitur.

326 *Carmine*] Epitaphio, eoque rite concepto inscriptoque.

Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni:
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
Nam pater obductos, luctu miserabilis ægro,
Condiderat vultus: et, si modo credimus, unum
Isse diem sine Sole ferunt. Incendia lumen
Præbebant; aliquisque malo fuit usus in illo.
At Clymene postquam dixit, quæcumque fuerunt
In tantis dicenda malis; lugubris et amens,
Et laniata sinus totum percensuit orbem:
Exanimesque artus primo, mox ossa requirens,
Reperit ossa tamen peregrina condita ripa,
Incubuitque loco: nomenque in marmore lectum
Perfudit lacrymis, et aperto pectore fovit.
Nec minus Heliades fletus, et, inania morti
Munera, dant lacrymas: et cæsæ pectora palmis
Non auditurum miseras Phaëthonta querelas
Nocte dieque vocant: asternunturque sepulcro.

hoc epitaphium cippo, seu saxo sepulcrali: *Hic positus est Phaëthon, moderator currus paterni; quo si non potitus est, frustratus est tamen incæptis ingentibus. Nam parens lamentabilis velaverat faciem opertam gravi ærumna; et, si modo fidem adhibemus, aiunt unum diem præteriisse absque Sole. Deflagratio lucem afferebat, et nonnulla fuit utilitas in illo dispendio. At Clymene postquam protulit quæcumque fucrunt proferenda in tantis malis, tristis et furiosa, et scissas vestes habens perlustravit totum mundum, et exquirens primo membra mortua, mox ossa, invenit ossa quanquam sepulta ripa extera. Et ibi insedit; et irrigavit lacrymis nomen lectum in marmore, et calefecit gremio nudato. Neque minus Solis filiæ præbent morti lacrymas et ejulatus, dona vana: et plangentes pectora manibus explicitis citant nocte et die Phaëthontem non percepturum lamentabiles querimonias: et*

---

factum.—328 Burm. conj. *Qui, si non ten.* Pro *tenuit* multi *rexit.*—329 *Nam pat.* vetustiores; alii *At* vel *Jam p.*—330 Unus Med. *Abdiderat vultus.*—335 Quatuor scripti *laniata comas.*—337 Plurimi scripti *condita terra.*—338 Quinque Codd. *Incubuitque solo.* R. etiam *carmine lect.* Gronov. *margine.*—339 Gronov. *ap. pect. sævit.*—340 *Fletus* cum multis et optimis Codd. alii

NOTÆ

329 *Ægro*] Id est, qui ægros facit. Metonym.

335 *Percensuit*] Inveniendi filii causa.

336 *Mox*] Postquam filium statim non invenit.

340 *Heliades*] Solis filiæ, a patre Græce sic dictæ, quæ et a fratre Phaëthontiades. Tres tantum hic memorat Poëta, alii plures, Hyginus usque ad septem; quæ postquam fratrem per quatuor menses assidue flevissent, tandem Jovis miseratione in populos, vel, ut aliis placet, in alvos, ipsarum vero lacrymæ in succina seu electra, mutatæ sunt.

Luna quater junctis implerat cornibus orbem :
Illæ more suo (nam morem fecerat usus)
Plangorem dederant. E quis Phaëthusa sororum
Maxima, cum vellet terræ procumbere, questa est
Diriguisse pedes : ad quam conata venire
Candida Lampetie, subita radice retenta est.
Tertia, cum crinem manibus laniare pararet,
Avellit frondes. Hæc stipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
Dumque ea mirantur ; complectitur inguina cortex :
Perque gradus uterum, pectusque, humerosque, manusque
Ambit : et extabant tantum ora vocantia matrem.
Quid faciat mater ? nisi, quo trahat impetus illam,
Huc eat, atque illuc ? et, dum licet, oscula jungat ?
Non satis est : truncis avellere corpora tentat ;
Et teneros manibus ramos abrumpere : at inde
Sanguineæ manant, tanquam de vulnere, guttæ.
Parce, precor, mater, quæcumque est saucia, clamat :
Parce, precor : nostrum laniatur in arbore corpus.
Jamque vale. Cortex in verba novissima venit.
Inde fluunt lacrymæ : stillataque sole rigescunt

jacent ad tumulum: Luna quater absolverat orbem cornibus copulatis; illæ ex consuetudine sua (nam usus in consuetudinem abierat) lamentationes continuaverant : e quibus Phaëthusa, grandior natu sororum, cum cuperet sese in terram mittere, ingemuit pedes induruisse ; ad quam cum *alba Lampetie enixa* esset *accedere, correpta est radice modo nata. Cum tertia vellet lacerare comam manibus, decerpit frondes : hæc queritur crura correpta esse trunco, illa lacertos suos mutari in productos ramos. Et dum ea stupent, liber involvit inguina ; et circumdat paulatim ventrem, et pectus, et humeros, et manus ; et supererant tantum ora citantia matrem. Quid agat mater, nisi feratur huc atque illuc, quo furor illam rapiat ; et misceat suavia, dum datur ? Non satis est : nititur eripere corpora stipitibus, et revellere ramos teneros manibus : at guttæ cruentæ fluunt inde, tanquam de plaga. Ignosce, quæso, mater, vociferatur quæcumque est vulnerata ; ignosce, quæso, corpus nostrum discerpitur in arbore. Jamque vale. Liber occupavit ultima verba. Inde stillant*

Hel. lugent, et.—341 Heidelb. *cæsis pect. palm.*—342 Plurimi Codd. *miseris Ph. querelis.*—346 Berolin. *Phetusa.*—347 Heidelb. et alii *terra proc.*—350 Heidelb. *laccrare parar.*—351 Berolin. *Evellit frond.*—356 Alii *quo trahit.*—358 Berolin. *cvellere corp.*—359 *Abrumpere* Urbin. Barb. et unus Mor. vulg. *abrumpit.*—360 Unus V. Berolin. et unus Ciofani *de corpore.*—362 Heins. re-

NOTÆ

364 *Inde*] Ex arboribus picei generis fluere electrum seu succinum crediderunt veteres : sed bituminis esse genus in Septemtrionalium littorum

De ramis electra novis: quæ lucidus amnis
Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis.

Fab. IV. Cycnus Sthenelei filius in Avem sui nominis.

Cycnus Sthenelei filius, materno genere Phaëthonti proximus, cum Liguriam incoleret, et in ripa Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, cum vidisset corpus Phaëthontis a sororibus ejus ablui, pari calamitate est concussus. Plus enim justo deflendo propinqui interitum, Deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perosus cœlestem ignem, paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus. Phanocles in Cupidinibus auctor.

Affuit huic monstro proles Stheneleia Cycnus,
Qui tibi materno quamvis a sanguine junctus,
Mente tamen, Phaëthon, propior fuit. Ille relicto
(Nam Ligurum populos, et magnas rexerat urbes)
Imperio ripas virides, amnemque querelis
Eridanum implerat, sylvamque sororibus auctam:

lacrymæ, et electra derivata de novis ramis indurantur sole: quæ fluvius purus excipit, et mittit ferenda ab Italis puellis.

iv. *Cycnus, filius Stheneli, astitit huic prodigio, qui utcumque tibi devinctus sanguine materno, Phaëthon, tamen fuit conjunctior* benevolo *animo. Ille neglecto regno, (nam imperium tenebat in gentem Ligurum, et amplas civitates,) questibus impleverat ripas glaucas, et fluvium Eridanum, et nemus amplificatum*

posuit *laniatur;* alii *laceratur.* Nonnulli etiam *pectus* pro *corpus.*—363 Urbin. a pr. m. et Med. sec. *noviss. vertit.*—364 Alii *stellataque sole.*—365 Voss. *luridus amnis.*—366 Heidelb. et quinque alii *spectandu Lat.* unus Mor. *portanda.*—367 Recentiores quidem, more Græco, *Cycnus,* per tertiam literam imprimendum curarunt. In antiquis vero libb. perpetuo est *Cygnus,* per *g.*—371 Tan. Faber vult *omnemque querel.*—372 Berolin. *sylvasque...auctas.* Gebhard.

NOTÆ

tractu e terra scaturiens, compertum est; quod quidem primo molle, deinde maris fluctibus et temporis diuturnitate durescit. Atque hic de eo agitur quod *ambram citrinam* vocitant, non de *ambra grysia.*

367 *Affuit*] Nunc ad Cycni Stheneli filii progreditur fabulam, qui Phaëthonti sanguine et amicitia conjunctus, cum, relicta Liguria, ad Padi ripas venisset, multumque amici casum deflevisset, in avem sui nominis fuit mutatus.

369 *Mente*] Quia amicus.

370 *Ligurum*] Sunt Ligures, quibus imperabat Cycnus, Italiæ populi, inter Varum et Macram amnes siti, Tuscis ab ortu contermini. Hodie *Génois.*

372 *Sororibus*] Quas ante in populos mutatas vidimus.

Cum vox est tenuata viro: canæque capillos
Dissimulant plumæ: collumque a pectore longum
Porrigitur, digitosque ligat junctura rubentes:
Penna latus vestit; tenet os sine acumine rostrum:
Fit nova Cycnus avis: nec se cœloque Jovique
Credit, ut injuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulosque lacus: ignemque perosus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

Fab. V. et VI. Callisto Lycaonis filia in Ursam. Eadem cum filio Arcade in Sidera.

Jupiter cum reliquias torrentis ignis persequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, cum circa Nonacrinum montem Arcadiæ, in quo genitus existimatur, vagaretur, in Callistus Lycaonis filiæ incidit amorem: cui cum preces de explemento desiderii sui admovisset, frustratasque voces suas intellexisset, astu eam subiit. In Dianæ namque sexum se rejecit, ac fatigatæ ornatus pharetra sagittisque, velut Diana, occurrit; ac veste pariter posita, Jovem virgo experta est. Neque ideo immerenti delictum remissum est. Nam confestim pellicatu ejus accensa [Juno], ne amplius pulchritudine conjugem caperet, in ursam eam transfiguravit. Quæ a Jove cum Arcade filio, quem erat enixa, inter sidera collocatur. A Græcis autem Helice, a nostris Septemtrio nuncupatur: et a Tethy et Oceano ob Junonis iram inter cetera sidera liquore non tingitur, ut Hesiodus indicat. Hinc illud: Sed lucet in astris Callisto, renovatque suos sine fluctibus ignes. Ipse autem Arcas in cœlum translatus, Arctophylax dicitur.

Squalidus interea genitor Phaëthontis, et expers

sororibus, cum vox est imminuta viro, et plumæ candidæ tegunt comam, et collum productum a pectore extenditur, et ligamina committunt articulos rubentes: penna tegit latus, rostrum occupat os sine acumine; Cycnus mutatur in avem novam. Nec se committit cœlo et Jovi, tanquam recordans fulminis injuste jaculati ab illo. Frequentat stagna, et vastos lacus; et aversatus ignem, assumsit flumina contraria flammis, quæ sequatur.

v. *Interea pater Phaëthontis horridus, et ipse spoliatus sua elegantia, qualis*

Crepund. I. 12. *aptam* ex suis pro *anctam*, et sic unus Heins. alii *actam* vel *altam* exhibent.—374 Berolin. *longum a pect. collum.* Vulg. legitur *pect. longe;* sed nonnulli *longum.*—376 *Velat* pro *vestit* octo ex præstantioribus cum Berolin. et Heidelb.—378 Multi *Tradit, ut.*—379 Alii *stagna colit.*—382 Mss.

NOTÆ

375 *Junctura*] Pelliculam dicit rubentem, qua continentur Cycnorum digiti.

377 *Nec se cœloque*] Naturalem causam petit ex fabula.

Ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbem,
Esse solet: lucemque odit, seque ipse, diemque:
Datque animum in luctus; et luctibus adjicit iram:
Officiumque negat mundo. Satis, inquit, ab ævi
Sors mea principiis fuit irrequieta: pigetque
Actorum sine fine mihi, sine honore, laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo est, omnesque Dei non posse fatentur;
Ipse agat: ut saltem, dum nostras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tum sciet, ignipedum vires expertus equorum,
Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circumstant omnia Solem
Numina: neve velit tenebras inducere rebus,
Supplice voce rogant. Missos quoque Jupiter ignes
Excusat, precibusque minas regaliter addit.
Colligit amentes, et adhuc terrore paventes,
Phœbus equos: stimuloque domans et verbere, sævit:

consuevit esse cum destituit mundum; et odio habet splendorem, seque ipse, et diem: et animum adjicit ad mœrorem, et addit iram mœrori, et recusat officium orbi. Satis, ait, conditio mea fuit laboriosa ab initio temporum; et me pœnitet laborum exantlatorum sine fine, sine honore. Quivis alius regat currus ferentes lucem. Si nullus est, et omnes Dii concedunt se *esse impares, ipse regat; ut saltem, dum tractat nostra lora, omittat quandoque fulmina, quæ privent parentes* liberis. *Tum cognoverit, postquam tentaverit impetum equorum ignipedum, non dignum esse morte, qui non bene moderatus fuerit illos. Omnes Dii circumdant Solem talia proferentem; et orant voce supplice, ne placeat immittere caliginem mundo: Jupiter etium excusat flammas jaculatas, et adjicit pro imperio comminationes precibus. Sol cogit equos attonitos, et trementes adhuc pavore: et compescens* eos

Bersm. *sui juris.* Berolin. *def. orbi;* multi *orbe.*—384 In uno Ciofani *et luct. addidit iram.*—385 Heins. mallet *Off. neguns.*—386 Heidelb. *piget me.*—388 Quidam hoc loco posuit *Quil. auctor.*—390 Berolin. *tentet habenas.*—392 Heins. mallet *œnipedum.* Unus *alipedum,* quod non sperait Burm.—394 Berolin. *circumst. numina Solem Omn.*—395 In Aldin. *neu velit;* alii *ne vellet.* Alii *terris* pro *rebus.*—397 Duo libri et Bersm. Mss. *regalibus addit.*—398-400 Fides horum versuum Heinsio suspecta erat.—399 Alter R. *domans;* alii *dolens,* vel *furens.* In Med. et duobus aliis *verb. cædit;* unde Burm. conj.

NOTÆ

382 *Deficit orbem*] Ubi deliquium et eclipsim patitur, opaci Lunæ corporis interjectu obscuratus; quanquam non totus simul potest abscondi.

385 *Officiumque*] Currum regere, cujus beneficio illustratur orbis.

390 *Ipse*] Jupiter, quem tamen iratus dedignatur appellare.

Sævit enim, natumque objectat, et imputat illis.
At Pater omnipotens ingentia mœnia cœli
Circuit: et, ne quid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat. Quæ postquam firma, suique
Roboris esse videt; terras, hominumque labores
Perspicit. Arcadiæ tamen est impensior illi
Cura suæ: fontesque, et nondum audentia labi
Flumina restituit: dat terræ gramina, frondes
Arboribus; læsasque jubet revirescere sylvas.
Dum redit, itque frequens, in virgine Nonacrina
Hæsit, et accepti caluere sub ossibus ignes.
Non erat hujus opus lanam mollire trahendo;
Nec positu variare comas: ubi fibula vestem,
Vitta coërcuerat neglectos alba capillos,
Et modo leve manu jaculum, modo sumserat arcum,
Miles erat Phœbes; nec Mænalon attigit ulla

aculeo et scutica furit: furit enim, et objicit filium, et eos accusat de ejus morte. *At Pater omnipotens perlustrat vastum ambitum cæli; et prospicit, ne quid corruptum viribus ignis decidat: quæ postquam invenit integra, et sibi constantia, intuetur terras et labores hominum. Magis tamen intendit animum ad suam Arcadiam: et renovat fontes et fluvios nondum ausos fluere: decorat terram herbis, arbores foliis, et imperat nemora vastata revirescere. Dum sæpius meat atque remeat, constitit in puella Nonacrina: et amor medullis receptus invaluit. Non erat hujus pensum lanam non sinere rudem nendo; nec distinguere capillos fingendo. Postquam fibula collegerat amictus, vitta candida comam fluentem, et quandoque corripuerat manu expolitum jaculum, quandoque arcum; erat miles Dianæ: neque*

---

stimuloque furens, et verbere, cædit: Sævit, &c.—401 Med. *ingentis mœnia mundi.* Berolin. *numina mundi.*—405 *Prospicit* pro *Perspicit* multi Codd. nonnulli *Respicit:* Heidelb. *Aspicit.*—406 Voss. *audacia labi.*—407 Med. unus *terræ germina.*—410 Schepperus apud Tanaq. Fabrum II. 71. *accensi*, vel *accensis*, pro *accepti* malebat.—412 Alii *positas var.* Bas. et quartus Med. *positam...comam.* Alii etiam *cui*, vel *huic*, vel *sed fibula.* In multis Mss. locus auctius sic legitur: *ubi fibula vestem strinxerat, eminuit corpus juvenile decorque.*—413 Liber Ciofani *coërcuerat:* alii *coërcebat.* Decem scripti *positos sine lege capillos.*

NOTÆ

405 *Arcadiæ*] Quæ provincia est Peloponnesi, Jovi, vel quia ibi natus, ut volunt Arcades, vel aliis de causis carissima.

409 *Nonacrina*] Arcadica; synecdochice. Callisto est, Lycaonis filia, cui nomen fecit mons Arcadiæ Nonacris.

410 *Ignes*] Amor, quo erga Lycaonis filiam correptus fuerat.

412 *Positu variare*] Id est, In varias figuras componere.

413 *Vitta alba*] Quæ pudicitiæ symbolum.

415 *Miles erat*] Id est, Venationi erat dedita: nam et talis fuit Diana.

Gratior hac Triviæ: sed nulla potentia longa est.
Ulterius medio spatium Sol altus habebat;
Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Exuit hic humero pharetram, lentosque retendit
Arcus: inque solo, quod texerat herba, jacebat:
Et pictam posita pharetram cervice premebat.
Jupiter ut vidit fessam, et custode vacantem;
Hoc certe conjux furtum mea nesciet, inquit:
Aut si rescierit; sunt, o, sunt jurgia tanti.
Protinus induitur faciem cultumque Dianæ:
Atque ait, O comitum, virgo, pars una mearum,
In quibus es venata jugis? De cespite virgo
Se levat: et, Salve numen, me judice, dixit,
Audiat ipse licet, majus Jove. Ridet, et audit;
Et sibi præferri se gaudet, et oscula jungit,
Nec moderata satis, nec sic a virgine danda.
Qua venata foret sylva narrare parantem

ulla magis accepta hac Triviæ tetigit Mænalon. Sed nulla gratia aut potentia est durabilis. Sol excelsus tenebat locum ulteriorem medio, cum illa intrat sylvam, quam nullum tempus straverat. Hic deripit pharetram humero, et relaxavit arcum flexilem; et strata erat super terra, quam gramen vestiverat: et sustentabat picta pharetra caput impositum. Cum Jupiter cognovit defatigatam, et sine custode, Certe, dicit, uxor mea ignorabit istud stuprum; aut si cognoverit, rixæ sunt, o sunt tanti. Continuo assumit vultus et ornatum Dianæ; atque inquit, O puella, pars una mearum comitum, in quibus collibus es venata? Puella surgit, et ait, Salve, numen, mea sententia, majus Jove, quamvis ipse intelligat. Intelligit et ridet; et lætatur se sibi anteponi; et præbet suavia, nec satis modesta, nec sic præbenda a puella. Implicat amplexu conantem referre qua sylva venata sit; neque se mani-

---

—414 Heidelb. *Ut modo.*—417 Unus Leid. *altus agebat.*—418 Cant. *nulla exciderat,* et sic R. unus et Thuaneus: *reciderat* Bernegg. *inciderat* Urbin. a m. sec.—419 Quidam Codd. *Exuit hæc* vel *huc:* hinc Bersm. *huic* Heidelb. Cod. Strozzæ, et alii *tentosq. retendit.*—421 Berolin. *imposita ph. cer. tegebat.*—422 Alii *custode carentem.*—424 Bernegg. *sunt o tua jurgia tanti:* duo alii *sua jurgia.* Sa. et Menard. et Viviani *sunt o mihi j.*—425 Leid. Gron. et Fl. *vultumq. D.*

NOTÆ

Phœbes] Dianæ, Apollinis seu Phœbi sororis.

Mænalon] Arcadiæ montem, ubi Diana venari solita.

416 *Triviæ*] Dianæ; quæ ideo Trivia dicitur, quod in triviis triformi et tricipiti sacra fierent. Est nempe Diana in terris eadem quæ in cœlo Luna, et in Inferis Proserpina, quam in triviis equino, canino, medioque humano capite repræsentabant.

418 *Quod nulla*] Adeoque arboribus densissimum, umbraque gratissima.

Impedit amplexu: nec se sine crimine prodit.
Illa quidem contra, quantum modo fœmina possit,
(Aspiceres utinam, Saturnia, mitior esses!)
Illa quidem pugnat: sed quæ superare puella,
Quisve Jovem poterat? Superum petit æthera victor
Jupiter: huic odio nemus est, et conscia sylva.
Unde, pedem referens, pæne est oblita pharetram
Tollere cum telis, et, quem supenderat, arcum.
Ecce, suo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, et cæde superba ferarum,
Aspicit hanc, visamque vocat: clamata refugit,
Et timuit primo, ne Jupiter esset in illa.
Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit,
Sensit abesse dolos: numerumque accessit ad harum.
Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu!
Vix oculos attollit humo: nec, ut ante solebat,
Juncta Deæ lateri, nec toto est agmine prima:
Sed silet; et læsi dat signa rubore pudoris.

festat sine crimine. Illa equidem, (utinam videres, Saturnia, esses lenior!) illa equidem contra nititur, quantum saltem puella possit: sed quæ puella, quisve poterat vincere Jovem? Jupiter voti compos ascendit in supremum cælum. Hæc odit nemus et sylvam conscium. Unde digrediens oblita est fere colligere pharetram cum sagittis, et arcum, quem appenderat. Ecce Dictynna stipatu suis comitibus ambulans per excelsum Mænalon, et elata nece ferarum, videt hanc, et arcessit visam; vocata recedit, et metuit primo, ne Jupiter lateret in illa. Sed postquam cognovit Nymphas una ambulare, intellexit fraudem non esse; et se addidit earum choro. Heu, quam difficile est non indicare crimen ore! Vix erigit oculos; neque, ut antea consueverat, affixa est lateri Deæ; neque est prima toto choro. Verum tacet; et indicat pudicitiam delibatam rubore. Et, nisi quod est virgo, Diana

—438 In A. et uno Heins. *Venus est.*—445 *Pariter* omnes; in marg. Heidelb. est *secum.*—446 Fl. *numerosque acc.*—449 Heidelb. *Est conjuncta Deæ, nec.*

NOTÆ

435 *Saturnia*] De Junone loquitur, cunctis pellicibus suis infesta, Saturni ex Ope filia.

437 *Victor*] Voti compos.

441 *Dictynna*] Diana, ἀπὸ τῶν δικτύων, a retibus, quibus usa Dea venatrix. Quanquam in Britomartis Nymphæ et comitis honorem hoc nomen sibi assumsisse Dianam voluerunt alii. Illa nempe cum Minois amorem fugeret, et sese in mare præcipitem dedisset, a Cretensibus, oraculo monitis ut hoc pacto grassantem pestem effugerent, retibus ex mari extracta est. Qui Cretenses Dianæ templum sub Dictynnæ nomine exstructum dicaverunt.

Et (nisi quod virgo est) poterat sentire Diana
Mille notis culpam. Nymphæ sensisse feruntur.
Orbe resurgebant lunaria cornua nono;
Cum Dea venatrix, fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
Ibat, et attritas versabat rivus arenas.
Ut loca laudavit, summas pede contigit undas:
His quoque laudatis, Procul est, ait, arbiter omnis:
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
Parrhasis erubuit. Cunctæ velamina ponunt:
Una moras quærit. Dubitanti vestis ademta est:
Qua posita nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ, manibusque uterum celare volenti,
I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes,
Cynthia: deque suo jussit secedere cœtu.
Senserat hoc olim magni matrona Tonantis,
Distuleratque graves in idonea tempora pœnas.

poterat cognoscere crimen mille indiciis. Nymphæ dicuntur cognovisse. Cornua lunæ renovabantur nono orbe, cum Dea venatrix, victa ignibus fraternis, incidit in sylvam opacam; ex qua manabat rivus fluens cum strepitu, et verrebat sabulum detritum. Postquam probavit loca, attigit pede aquas ultimas. Illis quoque probatis, Longe est, inquit, omnis testis; abluamus nuda corpora aquis superfusis. Parrhasis rubore correpta est. Omnes exuunt vestes, ea *sola cunctatur. Amictus ereptus est moras nectenti, quo relicto culpa prodita est cum nudo corpore. Diana dixit* huic *exterritæ,* et *quærenti tegere ventrem manibus, Fuge hinc, neque contamina sacros fontes; et imperavit abire a suo numero. Conjux magni Tonantis hoc olim adverterat, et dimiserat in tempus suum utrox supplicium. Causa diffe-*

Malebat Heins. nec *toto ex agm.*—454 *Venatrix*, teste Heins. rectius in nonnullis antiquis; alii *venatu*. Berolin. *venatu, et fr.*—459 Heins. mallet *tingamur corp.*—461 Pro *dubitanti*, alii *cunctanti*. Sed Burm. utrumque verb.

NOTÆ

452 *Sensisse feruntur*] Adeoque perspicaciores, minusque, quam ipsa Diana, virgines.

453 *Orbe*] Novus mensis aderat.

454 *Fraternis*] Solis, qui Dianæ frater.

456 *Attritas*] Minutas, quæque adeo pedes non læderent.

460 *Parrhasis*] Callisto Arcadica. Memorantur enim Arcadiæ mons Parrhasius, nemus, oppidum, regiuncula.

461 *Ademta*] Puellari protervitate, scilicet, et joco.

465 *Cynthia*] Diana, a Cyntho, Deli monte, ubi cum Apolline nata.

466 *Matrona*] Juno est, Jovis et soror et conjux.

Causa moræ nulla est: et jam puer Arcas (id ipsum
Indoluit Juno) fuerat de pellice natus.
Quo simul obvertit sævam cum lumine mentem;
Scilicet hoc unum restabat, adultera, dixit,
Ut fœcunda fores: fieretque injuria partu
Nota, Jovisque mei testatum dedecus esset.
Haud impune feres: adimam tibi nempe figuram;
Qua tibi, quaque places nostro, importuna, marito.
Dixit: et, adversa prensis a fronte capillis,
Stravit humi pronam. Tendebat brachia supplex;
Brachia cœperunt nigris horrescere villis,
Curvarique manus, et aduncos crescere in ungues,
Officioque pedum fungi: laudataque quondam
Ora Jovi, lato fieri deformia rictu.
Neve preces animos, et verba potentia flectant,
Posse loqui eripitur: vox iracunda, minaxque,

rendi nulla est; et jam puer Arcas erat natus de adultera: idipsum Junoni mœrori erat. In quem puerum statim atque conjecit ferum animum cum oculis, Scilicet, inquit, hoc unum supererat, pellex, ut fœcunda esses, et injuria innotesceret partu, et crimen mei Jovis esset testibus confirmatum. Non discedes inulta, namque tibi eripiam formam, qua tibi plaudis, *odiosa, et qua gratu es viro nostro. Locuta est, et coma correpta a fronte opposita, proturbatam projecit in terram. Supplex porrigebat lacertos, lacerti cœperunt rigere pilis atris, et manus flecti, et augeri in ungues hamatos, et ricem pedum præstare, et vultus olim probati a Jove fieri turpes vasto rostro. Et ne preces, et copia orationis moveat mentem, tollitur posse fari:*

---

nimis languidum h. l. videbatur; conj. ergo *luctanti*.—468 Lovan. *nam jam pucr*.—470 N. et alius *advertit*, pro vulg. *obvertit*.—471 Multi *hoc unum*; vulg. *etiam*. Alter R. *hoc unum restab. adult. nobis!*—473 Heidelb. *Nota, meique Jovis*.—474 Heidelb. *Non imp.* In uno Cælest. et aliquot aliis *nempe*; vulg. *namque*.—475 Berolin. *quare placeas*.—476 *Adversa* plurimi scripti et edd. Quidam vett. *arreptam*, vel *adversam*: Fl. S. Marci, *aversam*; duo alii ex melioribus *aversa*. Heins. legit *arreptis adversa fronte capillis*; vel *arrepta prensis a fr. cap*.—482 Heins. conj. *Neve truces animos per verba precantia flectat*. Burm.

NOTÆ

468 *Jam pucr Arcas*] Videsis apud Germanicum Cæsarem, in Phænomenon Arati interpretationibus, variorum hac de re opiniones. Consule etiam, si lubet, Hyginum, Astron. II. 1.

Arcas] Quem ex Jove peperit Callisto.

478 *Brachia*] In ursam mutata est. Cujus fabulæ hanc causam assignat Palæphatus. Ingressa erat Callisto venatrix ursæ cubile, a qua consumta est: exivit deinde ursa, nec deinceps apparuit Callisto: eam ursam esse comites dictitarunt.

Plenaque terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua tamen facta quoque mansit in ursa;
Assiduoque suos gemitu testata dolores,
Qualescumque manus ad cœlum et sidera tollit:
Ingratumque Jovem, nequeat cum dicere, sentit.
Ah, quoties, sola non ausa quiescere sylva,
Ante domum, quondamque suis erravit in agris!
Ah, quoties per saxa canum latratibus acta est!
Venatrixque metu venantum territa fugit!
Sæpe feris latuit visis, oblita quid esset;
Ursaque conspectos in montibus horruit ursos:
Pertimuitque lupos; quamvis pater esset in illis.
Ecce Lycaoniæ proles, ignara parentis,
Arcas adest, ter quinque fere natalibus actis.
Dumque feras sequitur; dum saltus eligit aptos,
Nexilibusque plagis sylvas Erymanthidas ambit;
Incidit in matrem: quæ restitit Arcade viso,

vox infensa, et malum portendens, et plena terroris emittitur de rauco gutture. Animus tamen pristinus inest in ursa facta, et indicans pœnam suam continuo gemitu, tollit ad cœlum et astra manus qualescumque; et cogitat Jovem ingratum, cum non possit prædicare. Ah! quoties, verita requiescere in nemore deserto, expatiata est ante domum, et in campis olim suis! Ah! quoties agitata est per rupes latratibus canum! Et venatrix effugit tremefacta metu venatorum! Sæpe se abdidit feris conspectis, non recordans quid esset; et ursa exparit ursos visos in collibus, et lupos, quanquam parens esset immixtus illis. Ecce Arcas filius Lycaoniæ nescius incidit in matrem, annos natus propemodum quindecim; et dum persequitur feras, dum dispicit saltus idoneos, et circumdat sylvas Erymanthidas cassibus intextis, occurrit matri, quæ constitit Arcade conspecto, et visa est cognoscere. Ille

conj. *potentia.*—485 *Tamen* vett. scripti; vulg. *manet.*—487 Berolin. *sidera tendit.*—489 Heidelb. *quiesc. sylvis.*—491 Heidelb. *conseptos in mont.* a pr. m. sed corr.—496 *Parentis* omnes fere Edd. et magna pars scriptorum. Heins. a Langerman. Barb. et duobus aliis vult *parenti.*—497 Sic prior Erfurt. Cant. Langerman. et alii. Vulg. *ferens nat. annos,* quod Heins. rejecit, ut vix satis Latinum.—498 Berolin. *Dum sequiturque feras.* Unus Med. *exigit apt.* Alter Med. *altos* pro *aptos.*—499 Multi *Erymanthidos. Angit* etiam Med. pro *am.*

NOTÆ

487 *Tollit*] Solent nempe ursi posterioribus pedibus tantum quandoque insistere, more hominum.

493 *Quid esset*] Fera nempe, cui ab aliis nihil timendum esset.

495 *Pater*] Illum antea in lupum Jovis ira mutatum vidimus.

497 *Ter quinque*] Adeoque annos natus quindecim.

499 *Erymanthidas*] Arcadicas; Erymanthus quippe Arcadiæ mons est, apro ab Hercule cæso factus celebris.

Et cognoscenti similis fuit. Ille refugit;
Immotosque oculos in se sine fine tenentem
Nescius extimuit: propiusque accedere aventi
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.
Arcuit Omnipotens: pariterque ipsosque nefasque
Sustulit; et celeri raptos per inania vento
Imposuit cœlo, vicinaque sidera fecit.
Intumuit Juno, postquam inter sidera pellex
Fulsit: et ad canam descendit in æquora Tethyn,
Oceanumque senem; quorum reverentia movit
Sæpe Deos: causamque viæ scitantibus infit:
Quæritis, ætheriis quare regina Deorum
Sedibus huc adsim? pro me tenet altera cœlum.
Mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas summo, mea vulnera, cœlo
Videritis stellas illic, ubi circulus axem
Ultimus extremum, spatioque brevissimus, ambit.

recessit, et ignorans expavit hærentem semper in se oculis fixis; et jacturus erat telum vulneraturum pectus cupientis accedere propius. Omnipotens prohibuit, et corripuit simul et ipsos et nefas, et affixit cælo ablatos vento rapido per aërem, et astra effecit vicina. Juno exanduit, postquam adultera micuit inter astra; et devecta est ad veterem Tethyn in mare, et senem Oceanum, quorum honos tetigit sæpe Deos; et ita *incipit* verba faciens *ad eos, qui de causa itineris interrogaverant: Petitis quamobrem regina Deorum huc advenerim ab arcibus cœlestibus? Alia habet cælum pro me. Sim fallax, nisi cum nox induxerit tenebras mundo, aspexeritis mea damna sidera spectabilia supremo cælo illic, ubi circulus ultimus et*

bit.—503 Pal. duo *Nesc. intimuit. Aventi* Cant. sec. Pal. aliique; vulgo *fugit.* —505 In plerisque *Arguit Omn.* Cant. *Affuit.*—506 Vetustiores plerique *et pariter rapt.* Heins. vult *parili.*—511 *Viam scrutantibus* R. unus. *Infit* plerique Codd. vulg. *inquit.*—512 *Reg. Dearum* duo Med. et unus Thuani: *polorum* duo Codd.—513 Codd. Berolin. et Heidelb. aliique *hic adsim. Mentiar* pro vulg. *Mentior* Lovan.—515 Mss. Bersm. *nova lumina cælo.*—516 Douza vult *axis;* scil. *extremum axis.*—517 Multi Codd. *exit* pro *ambit.*—518 Multi vett.

NOTÆ

506 *Inania*] Per spatium aërium, quod vacuum videtur.

507 *Sidera*] Callisto enim in Ursam majorem mutata, ut jam supra vidimus, quam Arctophylax, in quem mutatus Arcas, comitatur.

509 *Canam*] Spumis et ætate; nam omnium rerum, etiam Deorum, nutrix credita.

513 *Pro me tenet*] Irata est, scilicet, Juno, ut ex verbis apparet.

516 *Circulus*] Arcticum dicit, qui brevissimus est ad polum Septemtrionalem.

Est vero, cur quis Junonem lædere nolit,
Offensamque tremat, quæ prosim sola nocendo?
En ego quantum egi! quam vasta potentia nostra est!
Esse hominem vetui: facta est Dea. Sic ego pœnas
Sontibus impono: sic est mea magna potestas.
Vindicet antiquam faciem, vultusque ferinos
Detrahat; Argolica quod et ante Phoronide fecit.
Cur non et pulsa ducat Junone, meoque
Collocet in thalamo, socerumque Lycaona sumat?
At vos si læsæ contemtus tangit alumnæ,
Gurgite cœruleo septem prohibete Triones:
Sideraque in cœlo, stupri mercede, recepta
Pellite; ne puro tingatur in æquore pellex.

minimus ambitu circumdat polum. Reliquum autem est aliquid, *quamobrem quisquam metuat offendere Junonem, et metuat læsam, quæ sola juvem officiendo? En quantum ego profeci! quanta est nostra potestas! Prohibui esse hominem, facta est Dea. Ita ulciscor noxios: ea est mea vasta potentia! Asserat pristinam formam, et tollat faciem belluinam; quod fecit antea in Phoronide Argolica. Quamobrem etiam non suam faciat Junone repudiata, et constituat in meo cubiculo, et accipiat Lycaonem in socerum? At si fastidium alumnæ spretæ vos movet, arcete glauca abysso septem Triones; et abigite sidera admota cælo in præmium vitii; ne adultera mergatur in aqua pura.*

Est aliquid: Heins. *Estne aliquid:* Fl. S. Marci *Est vero quis qui:* Heins. iterum *Estne ergo quis qui.*—519 Alii *quæ prosum.* Berolin. *prosum læsa nocendo.* —520 Alii *Ecce ego*, vel *Ergo*, vel *o.*—521 Heidelb. *Essem homin.*—524 Vulg. *quod in ante.*—525 Quidam *expulsa.* Heidelb. et Berolin. *expulsa ducit.*—526 Iidem *Collocat...sumit.*—527 Heidelb. *tangit cont. alumnæ.*—529 Alii *in*

NOTÆ

523 *Vindicet*] Jupiter, scil. (quem iracunda dedignatur appellare,) atque Callistoni pristinam hominis formam restituat.

524 *Phoronide*] Io, scilicet, Phoronei sorore, Inachi filia; quam cum in vaccam, Junonis metu, Jupiter transmutasset, humanæ formæ idem restituit.

525 *Ducat*] Callistonem, quam in tanto dolore multum cavet nominare.

527 *Alumnæ*] Jam antea Junonem, ni fallor, a Tethy educatam diximus: cui fabulæ natura ipsa ansam præbuit. Per Junonem enim infimam aëris regionem præsertim intelligunt fabularum consarcinatores, qui quidem aër Tethy seu aqua rarefacta gignitur et nutritur.

528 *Septem Triones*] Id est, Ursam majorem.

530 *Ne puro*] Hoc ideo fictum, quod Ursa, et polo nobis sublato vicina sidera non subeant horizontem, qui quidem poëtis idem qui vulgo esse videtur, mare. Sed istiusmodi qui volet perspicere, astronomos consulat omnino necesse est.

Fab. VII. Corvus candidus in nigrum.

Corvus volucris initio naturæ candidis pennis plumatus fuit, sed quia Coronida Coronei filiam indicaverat Apollini in adulterio morari; illa propter acerbissimum indicium flagrantis Dei sagittis confixa, niger ex candido factus est. Ex hac ergo et Apolline nascitur Asclepius: quem pater excisum utero matris, cum ea rogo esset imposita, abstulit. Is ad Chironem a patre in Pelion perlatus montem est, ut ab eo incrementum, simulque scientiam acciperet medendi.

Di maris annuerant: habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pavonibus aëra pictis:
Tam nuper pictis cæso pavonibus Argo;
Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,
Corve loquax, subito nigrantes versus in alas.
Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis
Ales, ut æquaret totas sine labe columbas,
Nec servaturis vigili Capitolia voce
Cederet anseribus, nec amanti flumina cycno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
Cui color albus erat, nunc est contrarius albo.

vii. *Dii maris assensi erant: filia Saturni ascendit in cœlum fluidum curru agili pavonibus stellatis; stellatis*, inquam, *tam nuper Argo interfecto, quam tu, corve garrule, nuper eras repente mutatus in alas atras, cum prius albus fuisses. Nam hæc avis fuit olim splendida pennis candidis, ut par esset columbis prorsus sine* omni *macula; neque decederet anseribus custodituris voce experrecta Capitolium, neque cycno prosequenti fluvios. Lingua nocuit, lingua garrula præstante, ut color, qui erat candidus, nunc sit contrarius candido. Non fuit* puella *formosior in*

cœlum.—531 Heins. ex uno Ms. malit *agili Sat.* In uno Med. *hilaris*, quod non improbat Burm.—532 *Aëra*, optimi Codd. teste Heins. pro vulg. *æthera*; et *junctis* pro *pictis*.—535 Mss. Bersm. *nigras versatus in alas*.—541 *Cui* Thy-

NOTÆ

532 *Pictis*] Quorum caudas stellantibus gemmis, ex Argi oculis, nuper ornaverat Juno. Picti vero pavones proprie trahunt currum Junonis propter diversam et multicolorem aëris naturam: qua de causa et Iris eidem nuntia et ministra est.

533 *Tam nuper*] Repetitio est, ut ad sequentem fabulam facilius descendat, et lectoris animum præparet. Quanquam, si vera volumus dicere, non multum placent ejusmodi verborum connexiones.

538 *Nec servaturis*] Alludit ad historiam Romanam, quæ Gallos testatur olim per noctis silentia ad sum-

Pulchrior in tota, quam Larissæa Coronis,
Non fuit Hæmonia. Placuit tibi, Delphice, certe,
Dum vel casta fuit, vel inobservata: sed ales
Sensit adulterium Phœbeius: utque latentem
Detegeret culpam non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis
Consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix.
Auditaque viæ causa, Non utile carpis,
Inquit, iter: ne sperne meæ præsagia linguæ.

tota Hæmonia, quam Larissæa Coronis. Sane grata tibi fuit, Delphice, dum vel pudica fuit, vel minus observata. Sed avis Apollinis cognovit stuprum; et, ut index inexorabilis revelaret vitium occultum, gressus dirigebat ad dominum: quem indicem *cornix loquax persequitur alis agitatis, ut omnia percunctetur. Et cognita causa viæ, Non, ait, ingrederis viam lucrosam: ne contemne omina linguæ meæ.*

sii et Lovan. alii *qui;* in Berolin. *quoi.*—544 Heins. ex plerisque Codd. vult

NOTÆ

mum Capitolii obsessi ascendisse; ita ut non custodes solum sed et canes fefellerint: anseres tamen clangore et alarum strepitu M. Manlium excitasse, qui cum aliis Gallos de arce Romana deturbavit.

542 *Larissæa*] Larissa Thessaliæ urbe oriunda; qua re ab alia Coronide Phocaica distinguitur.

Coronis] Hæc, quæ aliis Arsinoë Leucippi filia, Phlegiæ fuit; cujus fabulam prolixe persequitur Natalis Comes IV. 11.

543 *Hæmonia*] Thessalia, ab Hæmo vicino monte, ut placet Servio, quod falsum; at potius ab aliquo rege, quorum causa sæpissime nomen mutavit: nisi forte, prout Macedoniam, inter Thraciam et Thessaliam porrectam, cum Thessalia ipsa veteres confuderunt, huic insuper Thraciæ partem adjicere voluerint.

Delphice] Apollinem compellat, qui a Delphis, Phocidis urbe, ubi celeberrimum habuit templum et oraculum, hoc nomen consecutus est.

544 *Ales Phœbeius*] Corvus est, propter auguria, vaticinia, et præsagia, Apollini sacer; qui Coronidis adulterium deprehendit.

545 *Adulterium*] Quod admisit Coronis, quæ Ischydi cuidam Thessalo sui copiam fecit.

546 *Non exorabilis*] Coronis, scilicet, indicium metuens, multis precibus corvum fatigavit, ne rem proferret. Vel inexorabilis dicitur corvus, qui cornicem audire noluerit.

547 *Garrula scitetur*] ‘Percunctatorem fugito, nam garrulus ideu est.’ Horat.

Fab. VIII. Coronis in Cornicem.

Coronis Coronei filia refert corvo, ne indicium Apollini faceret. Cum enim Minerva Erichthonium Vulcani filium, qui de complexu sui in terram ceciderat, sustulisset, et comitibus suis Pandroso et Hersæ Aglauroque Cecropis filiabus cistula inclusum custodiendum tradidisset, monuissetque ne quis omnino id conspiceret: cornix supradicta, nobilissima virginum, custodiens laxatam cistulam et inspectam, cum draconem reperisset, divulgavit: quamobrem Dea eam a se alienavit. Quæ cum solitudine in littore oblectaretur; Neptunus procul conspecta, venere ejus incaluit. Cui cum vim afferret; ab eadem Dea propter virginitatem tenaciter custoditam in avem cornicem conversa est, ita ut templo Deæ submoveretur.

Quid fuerim, quid simque, vide; meritumque require:
Invenies nocuisse fidem. Nam tempore quodam
Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
Clauserat Actæo texta de vimine cista:
Virginibusque tribus, gemino de Cecrope natis, 555

viii. *Inspice quid sim, et quid fuerim, et percunctare de merito, reperies fidem obfuisse. Nam aliquando Minerva incluserat Erichthonium, filium natum sine matre, capsa facta de vimine Actæo: et posuerat hanc legem tribus puellis ortis ex*

****

Vel dum c. f. vel inobs.—547 Alii *vertebat iter.*—554 Unus V. *facta de vim.*—555 Post hunc vs. olim alius sequebatur, *Servandam dederat, sed inconfessa,*

NOTÆ

551 *Quid fuerim*] Jam incipit alia fabula, ingeniosissime superiori attexta.

552 *Nocuisse*] Quod sæpissime accidit. Tanta namque plerisque hominum innata est socordia, ut, vel quia sui non sunt compotes, nec sibi possunt temperare, quo minus in obvium quemque iram suam evomant; vel quia suis rebus piget consulere; vel ob superbiam, &c. bene monentem æquo animo nequeant audire. Certe equidem consultori fido nihil melius, sed, quam eum esse, nihil difficilius: nam neque etiam quælibet indicare opus est.

553 *Erichthonium*] Fuit hic suo tempore rex Atheniensium, ex Vulcani semine in terram effuso, dum vim Minervæ pararet, genitus; quem quidem draconis pedibus natum cista inclusit ipsa Minerva, tribusque Cecropis virginibus commendavit, &c.

554 *Actæo*] Ex Attica regione derepto.

555 *Gemino*] Fuit Cecrops Atheniensium rex primus, a quo illi Cecropidæ dicti; ideo geminus, vel quod primo bonus deinde malus factus sit; vel quod ex parte serpens; vel quod lingua duplici, Ægyptia nempe, Ægypto oriundus, et Attica: vel quod

Hanc legem dederat, sua ne secreta viderent.
Abdita fronde levi densa speculabar ab ulmo,
Quid facerent. Commissa duæ sine fraude tuentur,
Pandrosos atque Herse. Timidas vocat una sorores
Aglauros; nodosque manu diducit: at intus
Infantemque vident, apporrectumque draconem.
Acta Deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Redditur, ut dicar tutela pulsa Minervæ;
Et ponar post noctis avem. Mea pœna volucres
Admonuisse potest; ne voce pericula quærant.
At puto, non ultro, nec quicquam tale rogantem
Me petiit. Ipsa licet hoc a Pallade quæras:
Quamvis irata est, non hoc irata negabit.

Cecrope biformi, ne intuerentur sua arcana. Ego *tecta levibus foliis observabam, quid agerent ab ulmo spissa. Duæ Pandrosos et Herse tuto servant concredita: una Aglauros arcessit sorores meticulosas, et resolvit vincula manu: at intuentur intus et puerum, et draconem juxta stratum. Renuntio Deæ quæ facta essent; pro quo hæc mihi gratia refertur, ut dicar rejecta a clientela Palladis; et habear post alitem noctis. Meum supplicium potest docuisse alites, ne arcessant damna loquacitate. At credo non expetivit me sponte sua, nec desiderantem tale quidpiam. Possis istud a Minerva ipsa exquirere: tametsi infensa est, infensa non istud*

---

quid esset, tum seq. *Et legem.* Sed Heins. cum illud additamentum a priore Regio, priore Erfurt. et aliis duobus abesset, præterea Vatic. Urbinas et sex alii *Hanc legem* præferrent; censebat omnino delendum versum, et hanc lectionem recipiendam Bothius Vindic. Ovidian. scribit *Ac legem.*—560 Vett. *deducit;* Gron. *dissolvit:* Heins. conj. *seducit.* Jun. *at;* alii *et.*—561 Schepperus apud Tanaq. Fabr. Epist. II. 71. legit *Infantemq. videt.* Heidelb. *apporreptumq. drac.*—565 Heins. conj. *piacula quær.*—566 Marius ad Amor. III. 7. 1.

NOTÆ

primus marem fœminæ matrimonio junxit; alias denique ob causas, ab aliis allatas.

562 *Acta*] A Cecropis filiabus, scilicet.

563 *Ut dicar*] Cornicem ob garrulitatem aversatur prudentiæ Dea: cujus generis aves in Minervæ templis lucisque raro, Athenis omnino non conspici, (quia, scilicet, nomen verentur, nam Græce Minervæ et Athenarum idem est) scripsit Plinius.

564 *Noctis avem*] Noctuam; quæ Minervæ sacra, quia in tenebris perspicit, atque in nocte consilium.

565 *Voce*] Plurimis nocet avibus, quæ per vocem et propter eam in aucupis manus deveniunt.

566 *At puto*] Tacitæ occurrit objectioni. Diceret enim corvus, Non ob indicium repulsa fuisti, o cornix, sed quia nunquam Minervæ grata: quod omnem cornicis suasioni vim adimebat. Atque hanc postea ita dissolvit objectionem, ut sponte fuerit ab ipsa Minerva comes petita.

Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit; fueramque ego regia virgo:
Divitibusque procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit: nam dum per littora lentis
Passibus, ut soleo, summa spatiarer arena,
Vidit, et incaluit pelagi Deus: utque precando
Tempora cum blandis consumsit inania verbis;
Vim parat, et sequitur. Fugio, densumque relinquo
Littus, et in molli nequicquam lassor arena.
Inde Deos, hominesque voco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem. Mota est pro virgine virgo,
Auxiliumque tulit. Tendebam brachia cœlo;
Brachia cœperunt levibus nigrescere pennis.
Rejicere ex humeris vestem molibar; at illa
Pluma erat; inque cutem radices egerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neque jam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec, ut ante, pedes retinebat arena:
Et summa tollebar humo: mox acta per auras

diffitebitur. Nam, dico vulgata, Coroneus illustris terra Phocaica me progenuit: et erum puella regia: et quærebar a procis opulentis; ne me despice. Pulchritudo mihi obfuit. Nam dum ambularem in extrema glarea tardis gressibus per littora, ut consueri, Deus maris intuitus est me, *et amore correptus est: et postquam contrivit orando vanum tempus et molles voces, vi nititur, et* me *persequitur. Prosilio, et destituo littus solidum, et frustra defatigor in mobili sabulo. Postea precor Deos et homines; neque vox mea movit ullum hominem: virgo tacta est pro virgine, et opem tulit. Porrigebam lacertos ad cælum, lacerti cœperunt obscurari pennis levibus. Conabar deripere amictum ab humeris; at ille erat pluma; et produxerat radices extremas in cutem. Molibar percutere pectora nuda meis palmis: sed neque habebam palmas, neque pectora nuda. Currebam; neque, uti prius, sabulum coërcebat pedes: et levabar extrema terra. Continuo vecta per aërem tollor, et sum*

legit *tale volentem.*—572 *Dum* reposuit Heins. ex Med. et duobus Mor. vulg. *cum.*—575 Plurimi Codd. *consumsit;* alii *absumsit;* Berolin. *assumsit.*—581 Thuan. *nircis nigr. villis:* Leid. *nigris horrescere penn.*—582 Multi Codd. *Dejicere ex hum.*—583 Meliores magno numero *egerat;* alii *fixerat.* Bothius Vind. Ovid. contendit pro *imam,* scil. *cutem imam.*—587 Alii *Sed summa.*—

NOTÆ

569 *Phocaica*] In Phocide Græciæ regione, Atticæ finitima, imperans.

572 *Lentis*] Qui cornicum etiam mos est.

574 *Pelagi*] Neptunus.

577 *Nequicquam*] Quia plus poterat Neptunus insequendo, quam Coronis fugiendo.

579 *Virgo*] Minerva, perpetua gaudens virginitate, virginis Coronidis

Evehor, et data sum comes inculpata Minervæ.
Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
Crimine Nyctimene nostro successit honori? 590

Fab. IX. Nyctimene in Noctuam.

Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbia, nimia libidine effrænata, in patris cubile se implicuit, ideoque adversantibus Deis ob admissum cessit in noctuam: quod scelus ipsa nocturno tempore occultat, et in luce visa ab omnibus volucribus petitur obnoxia.

An, quæ per totam res est notissima Lesbon,
Non audita tibi est? patrium temerasse cubile
Nyctimenen? Avis illa quidem: sed conscia culpæ
Conspectum lucemque fugit, tenebrisque pudorem
Celat; et a cunctis expellitur æthere toto. 595
Talia dicenti, Tibi, ait, revocamina, corvus,
Sint precor ista malo: nos vanum spernimus omen.
Nec cœptum dimittit iter: dominoque jacentem
Cum juvene Hæmonio vidisse Coronida narrat.

addita comes illibata Palladi. Quid tamen juvat istud, si Nyctimene facta ales crimine nefando occupavit nostrum honorem?

ix. *An factum, quod vulgatum est per totam Lesbon, est tibi inauditum? Nyctimenen violasse lectum paternum? Illa quidem* est *ales; sed conscia criminis vitat præsentium et diem, et tegit pudorem caligine; et fugatur ab omnibus toto cælo. Corvus dicit proferenti talia, Oro, ut istæ revocationes sint tibi exitio: nos contemnimus inane præsagium. Neque desistit ab incepto itinere: et refert ad dominum* se *vidisse Coronidem cubantem cum juvene Hæmonio. Laurea excidit*

592 Heins. ad Amor. i. 8. 19. citat *Ignorata tibi est.* Berolin. *tenuisse cub.* sed in rasura.—595 Cod. Menard. *cunct. depellitur.* Heidelb. *aëre toto.*—

NOTÆ

causa mota est.

589 *Diro*] Quia Nyctimene, Nyctei regis Lesbi filia, patris amore capta cum eo concubuisse dicitur. Quam quidem cum, re cognita, ipse vellet occidere, Minervæ miseratio in noctuam vertit.

590 *Nostro*] Quia Minervæ carissima.

591 *Lesbon*] Est Lesbos maris Ægæi insula nobilis, Troadi a meridie opposita. Hodie *Metelin.*

598 *Dominoque*] Apollini, scilicet.

599 *Coronida*] Larissæam intellige, quam cum Ischye, aut Ischyde, concubuisse supra diximus.

Laurea delapsa est, audito crimine, amanti:
Et pariter vultusque Deo, plectrumque, colorque
Excidit. Utque animus tumida fervebat ab ira;
Arma assueta rapit; flexumque a cornibus arcum
Tendit: et illa suo toties cum pectore juncta
Indevitato trajecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractoque a vulnere ferro,
Candida pœniceo perfudit membra cruore:
Et dixit, Potui pœnas tibi, Phœbe, dedisse;
Sed peperisse prius: duo nunc moriemur in una.
Hactenus; et pariter vitam cum sanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus letale secutum est.
Pœnitet heu! sero pœnæ crudelis amantem:
Seque, quod audierit, quod sic exarserit, odit:
Odit avem, per quam crimen causamque dolendi
Scire coactus erat: nervumque, arcumque, manumque
Odit, cumque manu, temeraria tela, sagittas.

Deo, audito stupro amantis, atque simul alacritas, et plectrum, et color: et cum mens exandesceret ab ira turgente, sumit tela consueta, et curvat arcum tensum a cornibus, et transverberavit pectora toties connexa cum pectore suo sagitta ineluctabili. Tacta ingemuit, et ferro erepto ex vulnere infecit artus niveos sanguine purpureo; et dixit: Potui tibi pœnas exsolvisse, o Apollo, sed antea fœtum emisisse: nunc duo cademus in una. Hactenus, et emisit pariter vitam cum sanguine. Frigus mortiferum corripuit corpus vacuum anima. Heu! pœnitet sero amantem sævæ vindictæ; et sese odio prosequitur, quod aurem præbuerit, quod sic ira incensus fuerit. Odio habet alitem per quem necesse fuerat cognoscere vitium, et causam luctus: et aversatur nervum, et arcum, et manum, et cum manu inconsiderata

---

600 *Amanti* habet non nisi quartus Pal. unde Heins. recepit. *Amantis*, quod agnoscunt reliqui, est ambiguum, potestque et cum *laurea* et cum *crimine* conjungi.—602 Quidam Codd. *nimia fero*.—603 E cod. Abbat. Ciofanus *rapit*; vulg. *capit*.—604 Berolin. *totiens*, ut semper; et *quotiens* pro *quoties*.—605 Heins. malit *Non evitato traj.* Gron. unus, *Indevitando*. Unus Bonon. *transegit*; Berolin. *transjecit*.—606 Francius *e vuln.* Aliquot vett. *a corpore*; Briantii *a pectore*.—607 Alii *puniceo perf.* unus V. et tres Codd. *purpureo*.—611 In Heidelb. *est* omittitur.—615 Alii *nec non nervumq. arc.*—620 Alii *Vidit*,

NOTÆ

600 *Laurea*] Corona ex lauro.

601 *Vultusque*] Aut certe ejus hilaritas, quæ cum colore in re mala amittitur.

Plectrum] Quo citharam percutiebat.

603 *Arma*] Arcum, scilicet, et sagittas.

609 *Duo*] Ipsa cum filio Æsculapio.

615 *Nervumque*] Vide annon Apollinis odium redoleat hic versus.

Collapsamque fovet: seraque ope vincere fata
Nititur; et medicas exercet inaniter artes.
Quæ postquam frustra tentata, rogumque parari
Sensit, et arsuros supremis ignibus artus;
Tum vero gemitus (neque enim cœlestia tingi
Ora decet lacrymis) alto de corde petitos
Edidit: haud aliter, quam cum, spectante juvenca,
Lactentis vituli, dextra libratus ab aure,
Tempora discussit claro cava malleus ictu.
Ut tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit amplexus, injustaque justa peregit,
Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem
Semina: sed natum flammis uteroque parentis
Eripuit; geminique tulit Chironis in antrum.
Sperantemque sibi non falsæ præmia linguæ
Inter aves albas vetuit considere corvum.

sagittas, et *missilia. Et incumbit jacenti, et conatur superare fata tardo auxilio, et nequicquam experitur artes medicas. Quæ postquam incassum admota, et vidit rogum adornari, et membra flagratura ultima flamma, tum vero emisit suspiria ducta ex imo corde (neque enim decet vultus cœlestes irrigari lacrymis): non aliter quam cum juvenca intuente malleus impactus ab aure dextra perfregit tempora depressa vituli sugentis ictu personanti. Postquam tamen condiit pectus unguentis ingratis, et amplexus est, et absolvit exequias iniquas, non passus est Apollo prolem suam cadere in cineres eosdem: sed exemit igni et ventre matris filium, et portavit in speluncam Chironis ambigui: et prohibuit corvum expectantem mercedem linguæ non mendaeis consistere inter candidas volucres.*

et. N. *suppostis* pro *supremis.*—621 *Tunc* pro *Tum* Berolin. et Heidelb.—622 Alii *Ora licet.*—624 Duo V. *dextra vibratus.*—627 Aliqui Codd. *invisaq. justa.* Pro *justa* etiam sæpissime *busta.*—632 *Considere* N. et Med. sec. alii

NOTÆ

623 *Juvenca*] Scio equidem viros doctos ejusmodi damnare comparationes: at, quod illorum pace dixerim, damnandæ non videntur. Neque enim tota res toti rei, sed pars quædam, aut quod ejus bonum est; immo nequidem res, sed quod ab ea est, actio nempe, assimilatur.

624 *Dextra*] Quod solenne ictum ejusmodi intentantibus.

626 *Ingratos*] Utpote in re tali. Munus erat flebile et triste ministerium.

627 *Justa*] Exequias, quas injustas dicit, quia ipse Apollo auctor funeris. Ὀξύμωρον est in verbis 'justa injusta,' nam sententia inepta videtur.

629 *Natum*] Æsculapium, quem utero Coronis gestabat.

630 *Chironis*] Fuit Chiron Centaurus, Saturno et Philyre, Oceani filia, ortus; cujus ideo pars superior hominis, posterior equi, dicitur fuisse, quod pater, ne ab uxore Ope, amoribus interveniente, cognosceretur, in equum sese confestim mutaverit.

Fab. X. Ocyroë in Equam.

Ocyroe Chironis et Chariclus filia, contemtis patris artibus, vesana futura præcinuit: infanti Æsculapio prædixit, quod medicina mortuos ad superos reducturus esset, quodque esset ab avo fulminis ictum experturus. Patrem quoque Chirona serpentibus cruciandum, cupidumque mortis ex Deo in mortalium numerum venturum. Quæ cum esset elocuta, in equæ cessit figuram, ne adversantibus fatis plura ederet, quam prædicta Apollinis sinerent.

Semifer interea divinæ stirpis alumno
Lætus erat; mixtoque oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri: quam quondam Nympha Chariclo,
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit
Ocyroën. Non hæc artes contenta paternas
Addidicisse fuit: fatorum arcana canebat.
Ergo ubi fatidicos concepit mente furores,

x. *Interea semiferus oblectabatur alumno divinæ originis, et lætus erat honore conjuncto oneri. Ecce nata Centauri adest humeros habens velatos crinibus rubentibus, quam Nympha Chariclo, cum peperisset olim ad ripam fluvii impetuosi, appellavit Ocyroën. Huic non satis fuit doctam fuisse artes paternas: aperiebat secreta fatorum. Postquam igitur correpta fuit impetu fatidico, et incaluit Deo, quem*

consistere.—636 Nomen *Char.* varie scribitur; in quibusdam *Charicto*, vel *Caricto*, *Caici* vel *Cayci*; *Charipto* etiam, et *Caristo* vel *Carista.*—637 Heins. vult *Flum. in patrii.*—639 Voss. *Addidicisse*; alii *Edidicisse.* Pal. sec. *movebat* pro *canebat*; unus Med. *monebat*, quod placet Heins. quod *monere* est verbum vatum.—640 In aliis *ubi faticinos*, vel *vaticinos.*—642 Berolin. *Totoque.* Gebhard.

NOTÆ

Probitate autem, justitia, medica arte, aliisque fuit inclytus Chiron; quamobrem Achillis juventæ moderator constitutus.

633 *Semifer*] Chiron, Æsculapii nutritius.

634 *Oneri*] Utinam vero istud cogitarent qui non Apollinis imaginariam stirpem, sed veri Dei progeniem, vero Deo assimilandam, susceperunt: non tam otiose imperiti tanto negotio illotas manus suas immiscerent.

636 *Chariclo*] Nympha fuit, Apollinis, aut Oceani, filia, ut alii tradunt; ab illa diversa cujus Apollodorus meminit, quæ vatis Tiresiæ mater fuit.

638 *Ocyroën*] Ab eo quod ad rapidi fluminis ripas nata Græce nomen habuit: ὠκὺς enim *celer* et ῥοὴ *fluxus* dicitur.

Paternas] Medicinam, Astronomi-

Incaluitque Deo, quem clausum pectore habebat,
Aspicit infantem; Totique salutifer orbi
Cresce puer, dixit: tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademtas
Fas erit: idque semel Dis indignantibus ausus,
Posse dare hoc iterum flamma prohiberis avita:
Eque Deo corpus fies exsangue: Deusque,
Qui modo corpus eras: et bis tua fata novabis.
Tu quoque, care pater, non jam mortalis, et ævis
Omnibus ut maneas, nascendi lege creatus,
Posse mori cupies tum, cum cruciabere diræ
Sanguine serpentis, per saucia membra recepto.
Teque ex æterno patientem numina mortis
Efficient; triplicesque Deæ tua fila resolvent.

habebat conditum in corde, intuetur infantem, et inquit: Adolesce, infans, salutifer universo mundo: corpora mortalia sæpe debebunt se tibi: licebit tibi animas sublatas restituere. Postquam etiam id semel inceperis Diis repugnantibus, arceberis posse facere hoc denuo igne ari tui: atque ex Deo fies corpus inanimum, et Deus qui eras modo corpus; et bis mutabis tua fata. Tu etiam, pater amabilis, non jam morti obnoxius, et factus lege natalium ut sis superstes omnibus sæculis, tunc optabis posse interire, cum torqueberis veneno admisso crudelis serpentis per artus vulneratos. Et Dii facient te mortalem ex immortali; et tres Deæ secabunt tua fila. Supererat

Crepund. II. 5. vult *urbi* pro *orbi*.—646 *Prohiberis* omnes fere Codd. habent: in uno antiquiore Ciofani *prohibebere;* quod etiam in multis edd. exhibetur. —649 *Non jam mortalis* castigatiores, teste Heinsio; alii *pat. nunc immortalis.*

NOTÆ

am, Musicam.

641 *Deo*] Afflatu aut Spiritu divino correpta est.

645 *Dis*] Plutone scilicet querente, et Jove indignante, aliquem esse in mortalibus qui ad vitam ab umbris infernis posset exsurgere, tum cum Hippolytum ab equis discerptum Æsculapius ad auras superas revocavit; ut loquitur Virgilius.

646 *Dare hoc*] Ad superos revocare.

Avita] Avi Jovis fulmine, quo occisus est Æsculapius.

648 *Bis*] Primo cum ex Deo corpus, deinde cum ex corpore Deus factus est.

649 *Tu*] Patrem Chironem compellat Ocyroë.

652 *Serpentis*] Lernææ hydræ, cujus veneno Herculis sagittæ tinctæ erant, quas aliquando cum Chiron attrectaret, earum una fortuito in ejus pedem decidit.

653 *Teque*] Cum intolerandos ferre non posset Chiron ex vulnere cruciatus, mori utroque parente immortali immortalis exoptavit; quod cum impetrasset, Deorum miseratione in cœlum est translatus, ubi Sagittarii nomine signum in Zodiaco efficit.

654 *Triplicesque*] Parcæ, quarum imperio cuncta mortalia subjici censentur. Tres dicuntur esse, Clotho,

Restabat fatis aliquid : suspirat ab imis
Pectoribus, lacrymæque genis labuntur obortæ :
Atque ita, Prævertunt, inquit, me fata ; vetorque
Plura loqui ; vocisque meæ præcluditur usus.
Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxere mihi : mallem nescisse futura.
Jam mihi subduci facies humana videtur :
Jam cibus herba placet : jam latis currere campis
Impetus est : in equam, cognataque corpora, vertor.
Tota tamen quare ? pater est mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars est extrema querelæ
Intellecta parum ; confusaque verba fuere :
Mox nec verba quidem, nec equæ sonus ille videtur ;
Sed simulantis equam : parvoque in tempore certos

aliquid fatis ; ducit gemitus ex alto corde, et lacrymæ irrumpentes fluunt genis, atque sic loquitur : Fata me occupant, et prohibeor plura dicere, et usus meæ vocis eripitur. Artes non fuerant tanti, quæ derivaverunt in me iram Dei : optarem ignorasse futura. Jam vultus humanus mihi videtur cripi : jam gramen grata est esca : jam percupio prorumpere in vastos agros : mutor in equam, et corpora cognata. Quamobrem tamen tota ? nimirum parens meus est bimembris. Pars ultima querimoniæ est parum audita Ocyroës ejusmodi proferentis ; et voces fuerunt confusæ. Mox neque equidem ille sonus videtur equæ, nec verba, sed imitantis equam, et post

---

—654 Alter R. *fila revolvent.*—657 Berolin. *ita, Pervertunt.* Plerique vett. *me, inquit, mea fata;* alii *pr. inq. mea fat.*—658 Unus Med. *vocique meæ :* Thysianus *vocisque mihi.* Berolin. etiam *prævertitur.*—662 Unus Mor. et Gronov. pro div. lect. *jam planis.*—663 Cælest. *corpora ;* alii *pectora.*—664 Berolin. *namque* pro *nempe.*—666 Heins. *verba feruntur ;* et pr. Pal. aliique *fuerunt.*—667 Gebhard. Crepund. II. 1. *nec enim s. i. videtur Jam sim.* ex Ms. Pal.—668 *Certos* habent edd. sed Ms. V. *cunctos,* Med. *veros,* unus Bas. *tritos.*

NOTÆ

Lachesis, Atropos ; quarum prima vitæ stamen ducit et nos in vitam vocat, altera fusum versat et sortem præfinit, tertia vitæ filum abrumpit. Qua fabula Fatum, aut quod a Deo præfinitum est, intelligitur.

655 *Fatis*] Patris, intelligo; nam nondum ipsum in Zodiaci signum transmutatum iri prædixerat.

657 *Prævertunt*] Ante me occupant quam omnia quæ dictura eram effari potuerim.

660 *Contraxere*] Se ideo credit transformari, quod majora quam quæ fert sors humana attrectaverit. Quæ fabula unumquemque in suæ sortis cancellis sese continere, non alta nimis affectare, docebit.

663 *Cognata*] Quia pater media sui parte equus fuerat.

664 *Biformis*] Vellet saltem, si mutaretur, aliqua parte humanam formam retineret, sicuti pater, qui partim homo erat.

Edidit hinnitus, et brachia movit in herbas.
Tum digiti coëunt, et quinos alligat ungues
Perpetuo cornu levis ungula: crescit et oris,
Et colli spatium: longæ pars ultima pallæ
Cauda fit: utque vagi crines per colla jacebant,
In dextras abiere jubas: pariterque novata est
Et vox et facies: nomen quoque monstra dedere.

Fab. XI. Battus in Saxum.

Apollo Jovis et Latonæ filius, cum pecus Admeti Pheretis filii pasceret, fistulæ cantu solitudinem protegens, boves ejus in agros Pyliæ regionis progressæ sunt: quas Mercurius avertit, et in sylva occuluit. Quod cum Battus Nelei filius equas pascens vidisset, Mercurius vero ut indicium premeret, ex armentis formosissimam vaccam ei concessit. At ille discedenti affirmavit lapidem proximum, quem vidisset, celerius, quam se, quicquam indicaturum. Deus vero, ut mortalis fidem experiretur, paulo post mutata figura ad eundem reversus est, simulavitque se amissas boves quærere, et præmium promisit, si demonstrasset. At ille, cum sub quo monte pascerentur ostendisset, Mercurius, perfidia ejus offensus, in lapidem eum mutavit; qui ab eventu index circa Pylum vocatur.

Flebat, opemque tuam frustra Philyreius heros,
Delphice, poscebat: sed nec rescindere magni

breve tempus emisit hinnitus apertos; et admovit brachia graminibus. Tunc digiti connectuntur, et levis ungula committit quinos ungues cornu continuo: os quoque augetur, itemque collum; pars potior prolixæ pallæ mutatur in caudam: et sicuti capilli sparsi fluebant per collu, mutati sunt in jubas dextras: et vox et vultus sunt pariter mutati: prodigium dedit quoque nomen.

xi. *Heros Philyreius ejulabat, et frustra implorabat tuum auxilium, o Apollo;*

—672 Alii *pars maxima.*—674 *Est* plerique Codd. non agnoscunt. Heins. vult *novatæ.*—675 Alii *monst. dederunt.*—676 In uno V. *Phullurius heros:* in uno

NOTÆ

672 *Pallæ*] Vestimentum est, quo palam fœminæ utebantur.

675 *Monstra*] Metamorphosim dicit Ocyroës ipsius nomen mutasse, cum postea equa Εὐίππη, *Euippe*, id est equitatu præstans, dicta sit.

676 *Philyreius*] Chiron est, Philyræ, ex Saturno, filius, Ocyroës pater.

677 *Delphice*] Id est, o Apollo; qui a Delphis, ubi templum celeberrimum habuit, Delphicus appellatur. Fuit vero ille Deus medicinæ, cujus apposite hoc in loco meminit Poëta,

Jussa Jovis poteras: nec, si rescindere posses,
Tunc aderas: Elin Messaniaque arva colebas.
Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit; onusque fuit baculum sylvestre sinistræ;
Alterius, dispar septenis fistula cannis.
Dumque amor est curæ, dum te tua fistula mulcet,
Incustoditæ Pylios memorantur in agros
Processisse boves. Videt has Atlantide Maia
Natus; et arte sua sylvis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo
Rure senex. Battum vicinia tota vocabant.
Divitis hic saltus herbosaque pascua Nelei,

sed neque poteras mutare decreta magni Jovis; neque, si posses mutare, tunc aderas: frequentabas Elin et campos Messenios. Illud erat tempus, quo pellis pastoria te vestivit, et baculus sylvestris fuit gestamen lævæ manus, *alterius fistula inæqualis septem* compacta *arundinibus. Et dum amor te solicitat; dum tua fistula te oblectat, vaccæ inobservatæ dicuntur abiisse in campos Pylios. Filius Maiæ Atlante satæ has aspexit, et tegit nemore abductas fraude sua. Nullus adverterat hoc furtum, præter senem cognitum in illo agro. Omnes vicini* illum *appellabant Battum. Hic pastor custodiebat saltus et pascua graminea et armenta præstantissi-*

Ciofani *Philireius*.—677 Alii *jam nec*, vel *nec jam*.—678 Heidelb. *Jussa Jovi*. —679 Olim vulg. *Messeniaque*. Sed V. Cælest. Fr. R. et optimus quisque *Messaniaque* aut *Messanaque*.—681 Ita Fl. S. Marci, aliique optimi: nonnulli *onusque fuit dextræ sylvestris olivæ*; alii *onus dextræ baculus sylvestris olivæ*. Heinsii est *baculum*.—682 Vetustiores, teste Heins. *dispar e septem:* ille vero mallet *septena...canna*.—685 *Decessisse bov*. Urbin. Multi Codd. *matre* pro *Maia*, quod Heins. putat esse e glossa.—687 Pro *nisi* Berolin. habet *ni*. Libri vett. *notus*, non *natus*; nam, ait Heinsius, *natus* præcesserat.—688 Alii *vicina hunc rura voc.* vel *vicinia rura voc.* Fl. S. Marci

NOTÆ

ut ad sequentem ejus fabulam descendat.

679 *Elin*] Est Elis et urbs et regio Peloponnesi.

Messaniaque] Est Messene urbs Peloponnesi, sicut et Messenia ejusdem regiuncula, ubi Admeti boves pavisse Apollinem dicit Poëta.

680 *Pastoria pellis*] Ideo volunt Poëtæ cœlo exulasse Apollinem, et ad pascendos Admeti greges compulsum fuisse, quod ut Æsculapii filii, a Jove fulmine peremti, necem ulcisceretur, Cyclopas fulminum fabricatores ad unum sagittis confixisset; qua re offensus Jupiter ipsum divinitate spoliavit.

684 *Pylios*] Tres sunt in Peloponneso urbes, quibus nomen Pylus: Eliaca una in Elide, altera Messeniaca in Messenia, et tertia inter duas, Nestoris patria, de qua hic agitur.

686 *Natus*] Mercurium dicit, qui Jovem et Maiam, Atlantis filiam, parentes habuit.

Sua] Quia fur, et furum Deus, quem laudat Horatius: ' Callidum, quicquid placuit, jocoso Condere furto.'

689 *Nelei*] Qui pater fuit Nestoris, rex Pyli.

Nobiliumque greges custos servabat equarum.
Hunc timuit, blandaque manu seduxit: et, Eia,
Quisquis es, hospes, ait, si forte armenta requiret
Hæc aliquis, vidisse nega: neu gratia facto
Nulla rependatur; nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit. Accepta voces has reddidit hospes:
Tutus eas: lapis iste prius tua furta loquatur.
Et lapidem ostendit. Simulat Jove natus abire.
Mox redit: et, versa pariter cum voce figura,
Rustice, vidisti si quas hoc limite, dixit,
Ire boves, fer opem, furtoque silentia deme.
Juncta suo pretium dabitur tibi fœmina tauro.
At senior, postquam merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erunt: et erant sub montibus illis.

marum equarum Nelei. Metuit hunc, et seorsum prehendit molli manu; et, Eia, inquit, quisquis es, amice, si forsitan aliquis quærat istos greges, dic te non advertisse: et ne nullum præmium detur merito, accipe in mercedem borem splendidam. Atque obtulit. Amicus accepta bove *retulit has voces: Discedas securus: ante istud saxum proferat tuam fraudem. Et saxum indicat. Filius Jovis fit similis discedenti,* et *statim revertitur; et mutata forma simul cum voce, Rustice, inquit, si advertisti quasdam vaccas discedentes ex istis regionibus, adjura, et ne premas furtum silentio. Merces tibi exhibebitur vacca cum suo tauro. At senex, postquam præmium duplo auctum, Erunt, ait, sub illis collibus: et erunt sub illis collibus.*

---

vicinaque tota voc. quartus Pal. et decem alii nostram lectionem exhibent. Berolin. habet *vocabat.*—691 Alii *seduxit; et illi:* sed *Hunc* et *illi* male cohærent, cum de eodem Batto agatur. Quare censeo reponendam vocem sæpe alibi corruptam, *et eia, Quisquis es, hospes, ait:* quam conjecturam confirmat, quod præcesserat, *blandaque manu seduxit:* certe unus Med. *se ducit et ait.* Heins. In Leid. erat *at illi.*—692 Leid. et Voss. *armenta requirat.*—696 *Loquetur* est antiqua lectio: Heins. ex nonnullis Codd. malit *loquatur.*—701 Ita opt. Thuanens: alii *pariter* pro *pretium.* Gruter. ad Liv. v. 21. ex cod. melioris notæ *pariter dabitur sua fœm.*—703 Alii *inquit, eunt: et eunt:*

NOTÆ

690 *Nobilium*] Palmis in certaminibus: vel communiter nobilium, sensu quo dixit Horatius: 'Est in juvencis, est in equis, patrum Virtus.'

702 *Geminata*] Quia prius unam vaccam duntaxat dederat Mercurius; jam aliena indutus forma taurum cum vacca pollicetur.

703 *Et erant*] Ad quendam volunt allusum ineptum Poëtam, Battum nomine, qui in suis versibus eadem identidem iterare solebat. Atque eum eadem verba titubanter repetentem sequenti versu deridet itidem Mercurius. Ab eo Græcorum *βαττολογία*, id est, inepta verborum redundantia.

Risit Atlantiades: et, Me mihi, perfide, prodis?
Me mihi prodis? ait: perjuraque pectora vertit
In durum silicem; qui nunc quoque dicitur Index:
Inque nihil merito vetus est infamia saxo.

Fab. XII. Aglaurus in Lapidem.

Athenis virgines per solenne sacrificium canistris Minervæ ferunt pigmenta: inter quas a Mercurio eminens specie conspecta est Herse Cecropis filia. Itaque aggressus est sororem ejus Aglauron, precatusque, ut se Hersæ sorori suæ jungeret. At illa cum pro ministerio aurum eum poposcisset, Minerva graviter offensa est avaritia ejus, ob quam cistulam etiam traditam sororibus ejus custodiendam adversus suum prædictum aperuisset: Invidiæ novissime imperavit, eam sororis Herses exacerbare fortunio, diuque excruciatam in saxum mutavit.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis;
Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ
Despectabat humum, cultique arbusta Lycei.
Illa forte die castæ de more puellæ

Risit Atlantiades, et inquit: Prodis me mihi, perfide? prodis me mihi? et mutavit cor perjurum in rigidum lapidem, qui nunc etiam vocatur Index; et dedecus antiquum est in lapide nihil merito.

xii. *Caducifer se inde subduxerat alis æqualibus, et iis libratus contemplabatur arva Munychia et terram acceptam Palladi, et arbusta culti Lycei. Illo tempore*

---

libri quidam vett. *erant* in utroque loco.—709 Quidam Codd. *Monychiosque* vel *Monochiosque* vel *Monichiosque*. Exc. Laugerman. *legens* pro *volans*.—

NOTÆ

706 *Index*] Viæ et milliarium, aut etiam, ut quibusdam visum, metallorum; qui metallorum index lapis Lydius sive Heraclius dicitur. *Pierre de touche*. Sed prior vera videtur sententia.

708 *Caducifer*] Mercurius est, caduceum seu virgam alatam manu tenens, duobus implicitam serpentibus.

709 *Munychios*] Atticos, juxta Athenas, inter Pyræeum et Sunium promontoria, a promontorio Munychia sic dictos.

710 *Humum*] De iisdem Atticis agris loquitur, aut Athenis, Minervæ olim sacris.

Lycei] Fuit Lyceus locus amœnus juxta Athenas, a Lyco, Pandionis, Atheniensium regis, filio, sic dictus; ubi deinde Athenienses gymnasium condiderunt, in quo et deambulans Aristoteles de philosophia disputavit.

Vertice supposito festas in Palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Inde revertentes Deus aspicit ales: iterque
Non agit in rectum, sed in orbem curvat eundem.
Ut volucris visis rapidissima miluus extis,
Dum timet, et densi circumstant sacra ministri,
Flectitur in gyrum; nec longius audet abire:
Spemque suam motis avidus circumvolat alis.
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus: et easdem circinat auras.
Quanto splendidior, quam cetera sidera, fulget
Lucifer; et quanto te, Lucifer, aurea Phœbe;
Tanto virginibus præstantior omnibus Herse

forte virgines pudicæ ferebant de more sacra pura canistris coronatis in templa Minervæ, capite supposito. Deus alatus videt redeuntes inde; et non dirigit iter recta; sed flectit in eundem circulum; quemadmodum milvus, avis velocissima, præcordiis visis, dum metuit, et ministri conferti adsunt sacris, movetur in orbem, neque audet longius discedere; et rapax circumvolat spem suam alis agitatis. Eo modo velox Cyllenius dirigit volatum super arces Actæas; et orbes describit per eundem aërem. Quanto Lucifer splendet lucidior quam reliqua astra; et quanto Luna splendida plus lucet *te*, o *Lucifer; tanto Herse pulchrior ceteris puellis*

710 *Despectabat* ambo Cælest. Statii, et Ma. alii *Despiciebat*.—713 Nonnulli *Plura* vel *Pulchra coron.* Constant. Fan. ex vet. Cod. *tecta:* alter Codd. Twisdenii *septa*, quod elegans visum Heins.—715 Heidelb. *curvat eundo*.—716 In uno Cælest. et Ursin. *visis extis rapidissima milvus.* Multi alii *milvius extis;* at meliores *miluus*.—717 N. *densi circumdant*.—719 Sixii Cod. *avidus circum-*

NOTÆ

713 *Coronatis*] Corollis sertisque redimitis.

Sacra] Quæcumque ad sacra peragenda spectabant.

Canistris] A quibus canistris, quasillis, cistulis, aut canis, ut Festus ex lingua Græca loquitur, præstantiores et nobiliores virgines, quæ in Panathenæis aliisque festis canistris illis sacra ferebant, Canephoræ dictæ sunt.

714 *Ales*] Mercurius, qui alis instructus, summque omnium planetarum celerrime cursum conficit.

715 *In orbem*] Ut Herses amatæ visu diutius frui liceret.

717 *Timet*] In exta victimarum non audet, circumstantibus ministris, irruere.

719 *Spem*] Pro re sperata posuit, victimarum extis, scil. quibus inhiat milvus.

720 *Actæas*] Athenienses.

Cyllenius] Mercurius est, a Cyllene, Arcadiæ monte, ubi educatus, sic dictus.

721 *Inclinat cursus*] Convertit volatus.

723 *Phœbe*] Luna, Phœbi soror.

724 *Herse*] Cecropis fuit filia, Cephali mater, ut placet Apollodoro.

Ibat: eratque decus pompæ, comitumque suarum.
Obstupuit forma Jove natus: et æthere pendens
Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit: volat illud, et incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus invenit, ignes.
Vertit iter; cœloque petit diversa relicto:
Nec se dissimulat: tanta est fiducia formæ.
Quæ quanquam justa est; cura tamen adjuvat illam:
Permulcetque comas, chlamydemque, ut pendeat apte,
Collocat: ut limbus, totumque appareat aurum:
Ut teres in dextra, qua somnos ducit et arcet,
Virga sit: ut tersis niteant talaria plantis.
Pars secreta domus ebore et testudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu, Pandroso, dextrum,

ambulabat, et erat honor pompæ et comitum suarum. Filius Jovis attonitus est specie, et libratus in aëre non aliter incaluit quam cum funda Balearica emittit glandem: illa volat, et incalescit motu, et reperit in aëre calorem quem non habuit. Flectit viam, et remota petit cælo omisso; neque lutitat, tanta est confidentia elegantiæ. Quæ quamvis non iniqua est, illam tamen auget cura: et fingit capillos, et accommodat chlamydem ut bene fluat; ut fimbria et totum aurum emineat; ut baculus quo allicit et subducit soporem sit expolitus in manu; ut talaria splendeant in pedibus nitidis. Penetralia domus habuerunt tria cubicula ornata ebore et tes-

---

sonat.—723 *Te* Bernegg. R. et duo Med. alii *quam.*—726 Bas. *Obst. formæ.*—727 Alii *Balearia plumb.*—729 Berolin. *nubibus accipit ignes.*—730 Pal. unus, et unus Gron. *Flectit iter.* Unus quoque Mor. *petit dcvexa;* Pal. aliique *terrena.*—732 In uno V. *pulchra est.* Pal. sec. *cultus tamen.*—733 Urbin. *Promulcetque. Comam* etiam Gron.—734 R. *limbus, textumque:* Kloz. ad Tyrt. p. 102. suadet *tortumque.*—735 Berolin. *qua somnum.* Bas. *somnum indicat.* Bonon. et Med. *somnos mulcet.* In uno Cælest. et uno Med. *et aufert.*—736 Heidelb. *et tersis.*—737 Idem *ebore ac test.* Pro *cultos* nonnulli ex præ-

NOTÆ

725 *Pompæ*] In festo Minervæ.

727 *Balearica*] Sunt Baleares insulæ sub Hispania, hodie Majorcæ et Minorcæ nomine, cujus incolæ olim peritissimi funditores; qua re etiam *Baleares*, Græca etymologia, dicti.

Plumbum] Aut ex eo pilam seu glandem factam, quam motu liquescere quoque hyperbolice admodum scripsit Virgilius.

732 *Cura*] Compositis omnibus quæ formam adjuvare possent.

733 *Chlamydem*] Est chlamys vestimentum quod thoraci, ornatus causa, superinduebatur.

737 *Pars secreta*] Cecropis domus eam partem describit, qua erant ejus filiarum thalami.

Testudine] Testudinum crustis seu squamis ornabantur etiam thalami.

738 *Pandroso*] Tres habuisse filias Cecropem testatur etiam Apollodorus, qui pariter eas Pandroson, Agraulon, et Herseu nominat.

Aglauros lævum, medium possederat Herse.
Quæ tenuit lævum venientem prima notavit
Mercurium: nomenque Dei scitarier ausa est,
Et causam adventus. Cui sic respondit Atlantis
Pleionesque nepos: Ego sum, qui jussa per auras
Verba patris porto: pater est mihi Jupiter ipse:
Nec fingam causas: tu tantum fida sorori
Esse velis, prolisque meæ matertera dici.
Herse causa viæ; faveas oramus amanti.
Aspicit hunc oculis îsdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flavæ secreta Minervæ:
Proque ministerio magni sibi ponderis aurum
Postulat. Interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torvi Dea bellica luminis orbem,
Et tanto penitus traxit suspiria motu,
Ut pariter pectus, positamque in pectore forti

tudine; quorum, tu, Pandroso, dextrum, Aglauros tenebat sinistrum, Herse medium. Quæ habuit sinistrum observavit prior Mercurium accedentem; neque verita est requirere nomen Dei, et causam accessus: cui nepos Atlantis et Pleiones talia reddit: Ego sum qui fero mandata patris per aërem. Ipse Jupiter est meus pater. Neque dissimulabo causas: tu modo fidelis esse velis sorori, et appellari matertera meæ progeniei. Herse est *causa itineris: precamur indulgeas amanti. Intuetur hunc iisdem oculis, quibus Aglauros latens nuper aspexerat mysteria flavæ Palladis; et petit sibi pro servitio aurum magni ponderis: interea cogit exire domo. Dea belli infensis oculis hanc intuetur, et ex alto duxit gemitus tanto impetu, ut percelleret pariter pectus et loricam strenuo pectori adhærentem. Re-*

stantioribus *comtos.*—743 *Pleionesque genus* unus Gron. aliique: *nepos* Burman. putat esse a Glossatore.—745 Heidelb. *Non fing.*—751 Quidam *tectis discedere:* Voss. *secedere.* Sex scripti quoque *jussit* pro *cogit.*—752 Alii *lum.*

NOTÆ

739 *Aglauros*] Aliis melius videtur, ut, sicuti Pandrosos et Herse a rore apud Græcos nomen habuerint, Agraulos ab agris pariter suum obtinuerit. Certe *Agraulos* non *Aglauros* a quibusdam scribitur.

743 *Pleionesque*] Quæ Pleione Atlantis uxor, Maiæ mater fuit, ex qua Maia ortus Mercurius.

Jussa per] Mercurius, inquit Arnobius, quasi quidam Medicurrius dictus; quod inter loquentes duos media currat et reciprocetur oratio. Sed, nisi Græca etymologia est, Mercurius a mercibus dictus.

748 *Isdem*] Infidis, scilicet.

749 *Secreta*] Erichthonium, nempe, de quo antea.

750 *Ministerio*] Si Mercurio in ejus amoribus faveret.

752 *Torvi*] Quod iræ indicium.

Ægida concuteret. Subit, hanc arcana profana
Detexisse manu tum, cum sine matre creatam
Lemnicolæ stirpem contra data fœdera vidit:
Et gratamque Deo fore jam, gratamque sorori:
Et ditem sumto, quod avara poposcerit, auro.
Protinus Invidiæ, nigro squalentia tabo,
Tecta petit. Domus est imis in vallibus antri
Abdita, sole carens, non ulli pervia vento;
Tristis, et iguavi plenissima frigoris; et quæ

currit hanc tum violasse manu impia secreta, cum aspexit sobolem Lemnicolæ natam sine matre, contra fidem datam; et fore jam acceptam Deo, et acceptam sorori, et opulentam auro capto quod avara petierit. Continuo it domum Invidiæ madidam atra sanie. Domus latet in ultimo secessu speluncæ, sole carens, nulla aura recreanda, lugubris, et refertissima pigri frigoris, et quæ semper destituta sit igne, sem-

---

orbes.—755 Bas. unus *subitque.* Heins. conj. *subiit arcana.*—757 *Lemnicolæ* meliores; alii *Lemniacam.* Heidelb. *Lemniacam prolem.* Heins. quoque vult *rata fœdera.*—758 Alii *Ingratamque Deo fore jam ingratamque sorori.* Cant. aliique duodecim, ut hiatus relinquatur, τὸ *jam* tollunt. Fl. S. Marci, primus Pal. excerpta Theat. tertius Med. Arund. et prior Hamburg *Et gratamque Deo fore jam, gratamque sorori:* quod sequor, sensu postulante, nisi mavis, *Jam gratamque Deo fore, jam gratamque sorori:* cujus lectionis vestigia extant in Urbinati, Bernegger. secundo Pal. et uno Caroli Strozzæ: sed sincerior altera scriptura. *Heins.*—759 *Poposcerit* unus Bas. alii *poposcerat.*—761 Unus Bas. et unus Heins. *imis sub.* Vulg. *vall. hujus:* sed præstantiores, teste

NOTÆ

755 *Ægida*] Fuit Ægis lorica, seu potius scutum aut clypeus, Jovis et Minervæ, deinde Deorum, atque etiam nonnunquam heroum; cujusmodi ex capræ Amaltheæ pelle sibi Jupiter, ex aliis coriis seu pellibus alii sibi paraverunt, quibus deinde æs additum. A capra illud nomen ortum, quæ Græcis αἴξ dicta. De Minervæ Ægide, quam Vulcani jussu fabricabant Cyclopes, ita Virgilius: 'Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma, Certatim squamis serpentum auroque polibant; Convexosque angues, ipsamque in pectore Divæ Gorgona, desecto vertentem lumina collo.'

Concuteret] Qua re bellum indicere, et terrorem incutere credebatur.

757 *Lemnicolæ*] Vulcani, qui, ob deformitatem, e cœlo in Lemnon Ægæi maris insulam Septemtrionalem præcipitatus, ibi etiam ferrariam exercuit.

Contra] Prohibuerat enim Minerva ne cistulam, qua Erichthonium Vulcano satum incluserat, Cecropis filiæ aperirent.

758 *Gratam Deo fore*] Mercurio, scilicet, cujus amoribus illa faveret; quam tamen, utpote impiam, felicem esse non oportebat.

760 *Invidiæ*] Furiarum furiæ, potius quam Deæ, cujus opera tamen Pallas utitur.

Igne vacet semper, caligine semper abundet.
Huc ubi pervenit belli metuenda virago; 765
Constitit ante domum, (neque enim succedere tectis
Fas habet) et postes extrema cuspide pulsat.
Concussæ patuere fores: videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Invidiam: visaque oculos avertit. At illa 770
Surgit humo pigra: semesarumque relinquit
Corpora serpentum: passuque incedit inerti.
Utque Deam vidit formaque armisque decoram,
Ingemuit: vultumque ima ad suspiria duxit.
Pallor in ore sedet: macies in corpore toto: 775
Nusquam recta acies: livent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno.
Risus abest; nisi quem visi movere dolores.

per sit tenebris obsita. Postquam illuc accessit tremenda virago belli, substitit ante domum, (neque enim licet subire eam;) et concutit postes extremo mucrone. Janua percussa aperta est: aspicit intus Invidiam devorantem carnes vipereas, escam suæ feritatis; et dimovet oculos a visa. At illa tollitur humo torpente, et omittit partes anguium semesorum, et ambulat gressu pigro. Et cum vidit Deam insignem specie et armis suspiravit, et faciem composuit ex altis gemitibus. Livor occupat faciem; macies totum corpus: semper oblique intuetur: dentes nigricant rubigine: pectus viret felle: lingua est plena veneno. Risus nullus est, nisi quem

Heins. *antri.*—763 Heidelb. *frigoris; atque.*—765 Alii *bello*, et *bellis metuend.*—771 Plurimi *humo pigre.* Heidelb. quoque *semes. reliquit.*—774 Alii *vultumque Deæ.* Heins. ex præstantioribus *Deæ* in *ima* mutavit. Verum ne sic quidem locus sanus visus est Intt. offensis formula *vultum ducere ad suspiria.* Faber corrigit, *Visusque decor susp. duxit.* Burm. vult, *Ingemit, ad cultumque Deæ susp. movit.* Schirach. denique malebat, *ad vultumque Deæ s. duxit*, quam lect. sane confirmat glossa Cod. Leid. hæc: *Vultus Deæ pulcherrimæ fuit causa, cur suspiraret.* Sed ille glossator sic succurrere voluit lectioni obscuræ, *vultumque Deæ.*—775 Berolin. *toto est.*—776 Quidam *sordent rub.*—777 Gron. *felle tument.*—778 Plurimi alii *visi fecere.*—779 *Vigilacibus* multi ex præstantioribus;

NOTÆ

765 *Belli virago*] Pallas Dea belli.

766 *Neque enim*] Nulli, scilicet, Invidiæ pestifero afflatui obnoxia esse potest Jovis ex cerebro nata Dea sapientiæ.

771 *Pigra*] Quam sol nullus, ars nulla mulceat, quæ vero pigritiam insuper Invidiæ foveat.

774 *Ingemuit*] Dolore, scil. ex viso Minervæ læto et decoro vultu. Quam vero apposite quamque eleganter Poëta humanis moribus formaque induit Invidiam!

Vultumque] Id est, Dolorem ex imis visceribus in vultum effudit.

776 *Nusquam*] Immo torvorum et obliquorum oculorum veneno cuncta inficit.

Nec fruitur somno, vigilacibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescitque videndo,
Successus hominum: carpitque et carpitur una:
Suppliciumque suum est. Quamvis tamen oderat illam,
Talibus affata est breviter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cecropis unam.
Sic opus est. Aglauros ea est. Haud plura locuta
Fugit; et impressa tellurem repulit hasta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens;
Murmura parva dedit; successurumque Minervæ
Indoluit: baculumque capit; quod spinea totum

faciunt ærumnæ cognitæ. Neque dormit, impulsa curis pervigilibus: sed spectat lætos eventus hominum cum molestia, et macrescit spectando: et lædit, et simul læditur: et est sua pœna. Quanquam tamen Tritonia illam aversabatur, allocuta est breviter hujusmodi verbis: Inquina tabe tua unam filiarum Cecropis. Ita necesse est. Ea est Aglauros. Postquam ea *dixit, non plura, discedit, et repulit terram hasta impacta. Illa aspiciens Deam recedentem torvis oculis secreto murmuravit, et ingemuit* istud *bene eventurum Palladi: et sumit baculum, quod totum*

---

vulg. *vigilantibus*.—780 R. *contabescitque*. Gron. etiam *tuendo*, cum uno Pal. —782 Heins. conj. *Suppliciumque sui:* Burm. *sibi. Oderit* quoque fere omnes scripti. Heins. distinguebat *oderit, illam Talibus*.—783 N. et unus Leid. *est brevibus*. Quidam *Tritonia verbis*.—785 Berolin. *locuta est*.—788 Tertius Thuani, *pauca;* unde Heins. *rauca:* alii *prava*, idem putat pro *rara*. Vivianus ex suis, *successu namque*. Ita et primus Medic. et alii nonnulli Heins. Id dictum, ut VII. 'doluit successu flava virago.' Quidam ex præstantioribus, *successibus atque* aut *usque*. Prior Regius, *successus namque*. Florent. S. Marci, *successum utique*. Heins. malit ex emendatione Viviani *successorumque*, quod et habet Berolin. *Successa* enim dixisse et Cic. XVI. ad Div. 21. et *successorum indoluit*

NOTÆ

780 *Ingratos*] Videt successus, qui sibi sunt ingrati.

781 *Carpit et carpitur*] Quia quod in bonos sævit invidus, illi ipsi labori et dolori est maximo: in ipsius visceribus, tanquam in sentina, fervet, quod in alios effundere studet, venenum.

783 *Tritonia*] Minerva est, quæ a Tritone palude Libyæ, juxta quam nata et educata, sibi hoc nomen imposuit.

784 *Infice*] Ut invidia contabescat.

786 *Repulit*] Discedentis actum describit.

788 *Murmura parva*] Istud profecto optime, et prorsus ex Invidiæ pravo inertique ingenio.

Successurumque] Quia Aglauron tabe sua inficere, Minerva imperante, cogebatur Invidia.

789 *Quod spinea*] Totum spinis aut hamulis dicit horridum fuisse Invidiæ baculum: atque ita vincula pro cortice aut parte exteriori posuerit Poëta, vel pro ipsis nodis baculo innatis.

Vincula cingebant: adopertaque nubibus atris,
Quacumque ingreditur, florentia proterit arva,
Exuritque herbas, et summa cacumina carpit:
Afflatuque suo populos, urbesque, domosque
Polluit: et tandem Tritonida conspicit arcem,
Ingeniis, opibusque, et festa pace virentem:
Vixque tenet lacrymas; quia nil lacrymabile cernit.
Sed postquam thalamos intravit Cecrope natæ,
Jussa facit: pectusque manu ferrugine tincta
Tangit: et hamatis præcordia sentibus implet;
Inspiratque nocens virus: piceumque per ossa
Dissipat, et medio spargit pulmone venenum.
Neve mali spatium causæ per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatumque sororis
Conjugium, pulchraque Deum sub imagine ponit:

nodi spinei ambibant; et quacumque incedit velata nigris nubibus proculcat lætos agros, et torret gramina, et vellit summa fastigia; et fœdat contactu suo populos, et urbes, et domos; et denique videt arcem Tritoniam, florentem ingeniis, et divitiis, et pace amabili; et ægre compescit lacrymas, quia nihil intuetur deflendum. Verum ut subiit cubiculum filiæ Cecropis, exequitur mandata, et tangit pectus manu imbuta ferrugine, et implet viscera spinis recurvis. Infundit etiam venenum pestiferum, et spargit per ossa atrum tabum, et immittit in medium pulmonem. Et ne causæ doloris longius abeant, objicit *sororem oculis, et felix connubium, et sistit Deum sub*

dictum, ut *revereri alicujus* et similia.—790 *Vincula* Heins. habet suspectum. Secundus Medic. pro diversa lect. *cingula.* Ipse conj. *ungula cingebat*, ut ipsas spinas vocet *ungulam spineam* a similitudine. *Ungulas* enim fuisse instrumenti ferrei in tortura genus, quo carnifices uterentur. Burm. si *vincula* displiceat, refingi posse putat *vimina.*—792 Vetustiores *papavera carp.*—793 Jun. et Gron. unus *populosque.*—795 Alii *Ingenuis opibus:* meliores, teste Heins. *Ingeniis opibusque.* Leid. *Ingentemque opibus.* Quidam *pace nitentem; valentem* Sprotii; *beatum* unus Leid.—801 Gebhard. Crepund. II. 2. *medio invergitque.*—802 Berolin. *causæ spatium.*—804 Unus Bas. *Conjug. plenaque.*—

NOTÆ

792 *Summa*] Enimvero quæ præstantissima sunt veneno suo corrumpit Invidia.

793 *Afflatu*] Sic Virgilius: ‘ Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos;’ id est, invidendo perdit: atque eadem vox Græcis fascinare et invidere significat.

794 *Tritonida arcem*] Id est, Athenas, urbem Palladi Tritoniæ dicatam, omnibusque artibus et studiis florentem. Patronymicum posuit pro possessivo.

797 *Cecrope natæ*] Aglauri, seu Agrauli, aut Agraulos.

798 *Ferrugine*] Invidia, quæ, ut rubigo ferrum, ita animum exedit.

802 *Neve causæ per latius errent*] Ut proximam et amplissimam invidendi et dolendi causam, qua indesinenter

Cunctaque magna facit. Quibus irritata, dolore
Cecropis occulto mordetur: et anxia nocte,
Anxia luce gemit; lentaque miserrima tabe
Liquitur, ut glacies incerto sàucia sole:
Felicisque bonis non secius uritur Herses,
Quam cum spinosis ignis supponitur herbis;
Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur.
Sæpe mori voluit; ne quicquam tale videret:
Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in adverso venientem limine sedit
Exclusura Deum. Cui blandimenta, precesque,
Verbaque jactanti mitissima, Desine, dixit:
Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, isto;
Cœlatasque fores virga patefecit. At illi
Surgere conanti partes, quascumque sedendo
Flectimur, ignava nequeunt gravitate moveri.

formosa specie: et facit omnia ingentia. Quibus Cecropis provocata roditur secreto dolore, et solicita suspirat nocte, solicita suspirat *de die, et infelicissima absumitur segni tabe, non aliter quam glacies liquefacta sole vario: et ardet ex commoditatibus beatæ Herses, sicuti cum ignis subjicitur herbis spinosis, quæ neque emittunt flammas, et uruntur lento calore. Sæpius optarit obire, ne tale quid intueretur: sæpius referre tanquam delictum severo patri. Denique sedit in limine adverso prohibitura Deum accedentem. Cui proferenti blanditias, et preces, et voces suavissimas, Omitte, inquit; ego non sum hinc discessura nisi te profligato. Consisturus, ait celer Cyllenius, hoc modo; et aperuit baculo januam cælatam. At partes, quæcumque curvantur in nobis dum sedemus, non possunt moveri lento pondere illi*

---

805 Unus Heins. *Cunctaque magnificat*: N. *mirificat*.—809 Heins. ex suo dedit *non secius*: plerique vett. *n. lenius*: quidam *levius*: Bas. *lentius*; quatuor *non aliter*.—810 Unus Heins. *cum famosis*.—811 Unus Mediolan. *lentoque vapore crem.* Alii quoque *lenique vapore*.—819 Quidam codd. *Cœlestique fores*.—820 Alii *quacumque sedendo*.—821 *Flectimur* pr. V. plerique vett. *Flectitur*; alii *Flecti-*

NOTÆ

excrucietur, ob oculos habeat.

805 *Magna facit*] Non levis est invidorum cruciatus, quod sua quæque parva, aliorum maxima, vident, aut videre credunt.

806 *Cecropis*] Aglauros, Cecrope nata.

808 *Incerto*] Subinde et per vices radios suos vibrante. Acrior vero est doloris, post ejus remissionem, impetus.

811 *Leni*] Quæ quidem lenitas intolerabilem creat dolorem: facitque quod dicimus *brûler à petit feu*.

813 *Crimen*] Apud patrem morosum sororem perinde criminari, ac si impudicis amoribus indulgeret.

816 *Desine*] Me blandis precibus,

Illa quidem recto pugnat se attollere trunco:
Sed genuum junctura riget, frigusque per ungues
Labitur; et pallent amisso sanguine venæ.
Utque malum late solet immedicabile cancer
Serpere, et illæsas vitiatis addere partes;
Sic letalis hyems paulatim in pectora venit:
Vitalesque vias, et respiramina clausit.
Nec conata loqui est; nec, si conata fuisset,
Vocis haberet iter. Saxum jam colla tenebat;
Oraque duruerant: signumque exsangue sedebat.
Nec lapis albus erat; sua mens infecerat illam.

Fab. XIII. Jupiter in Taurum.

Cum Mercurius jussu patris in Phœnicen transgressus esset, ut armenta illius regionis ad littus compelleret; Jupiter in taurum conversus, cum se juvencis Agenoris regis immiscuisset, et in amorem sui spatiantes in arena virgines consistere coëgisset; paulatim singulas alludens, novissime Europam Agenoris filiam, cujus amore compulsus averterat figuram, insidentem sibi tergo per mare in insulam Cretam detulit, ibique concubitu ejus fruitus est.

Has ubi verborum pœnas mentisque profanæ

nitenti se attollere. Illa quidem conatur se erigere corpore elato; sed commissuræ genuum induruerunt, et glacies serpit per ungues, et venæ pallescunt sanguine deperdito. Et quemadmodum cancer, pestis insanabilis, consuevit late obrepere, et adjicere partes intactas corruptis, sic frigus mortiferum pedetentim corripuit pectus, et obstruxit meatus vitales, et respirationem. Neque tentavit fari, neque, si tentasset, haberet transitum vocis: silex jam habebat colla, et os diriguerat, et erat statua exanimata. Neque petra erat candida; suus animus illam inquinaverat.

xiii. *Postquam filius Atlantis eo modo ultus est verbu et animum impium, de-*

---

mus.—822 Meliores *se attollere;* alii *se tollere.*—823 In uno Ciofani *per artus.*—827 Unus Strozzæ *in pectora serpit:* Heins. malebat *repit.*—830 Heins. ex optimis *haberet;* alii *habebat.*—831 Berolin. *Oraque diriguerant.*—832 In duobus V. e Codd. Ciofani, et Cælest. *infec. illum.*—833 Heins. malebat *Quas ubi.*

NOTÆ

scilicet, solicitare, et verba inania frustra jacere.

820 *Partes flectimur*] Id est, secundum, vel quoad partes, &c. Græcismus est, poëtis familiaris et venustus.

822 *Recto pugnat*] Conatur sese erigere.

827 *Hyems*] Pro mortifero frigore posuit.

831 *Signum*] Statua sine sanguine. Scripsit vero Pausanias Aglauron et

Cepit Atlantiades; dictas a Pallade terras
Linquit, et ingreditur jactatis æthera pennis.
Sevocat hunc genitor; nec causam fassus amoris,
Fide minister, ait, jussorum, nate, meorum,
Pelle moram, solitoque celer delabere cursu:
Quæque tuam matrem tellus a parte sinistra
Suspicit, (indigenæ Sidonida nomine dicunt,)
Hanc pete: quodque procul montano gramine pasci

serit terras appellatas a Minerva, et intrat cœlum alis motis. Pater eum seorsum prehendit, neque testatus causam amoris, Fili, inquit, fidelis minister mandatorum meorum, festina, et velox descende motu assucto, et ito in eam terram, quæ suspicit tuam matrem a parte læva (incolæ appellant Sidonidem); et age ad littus gregem

—835 *Aëra* fere omnes libri pro *æthera*.—836 Multi *Advocat hunc;* Gron. *evocat*. Malebat etiam Francius *causam f. amorem*.—837 Heidelb. *ait, verborum*.—838 Alii *subitoque celer*.—839 Heidelb. *de Parte*.—841 Leid. unus *in*

NOTÆ

Hersen, quæ cistam sibi et Pandroso a Minerva concreditam, resignassent, viso Erichthonio, Furiis agitatas sese ex arce præcipites dedisse: quod de una saltem in Diris adversus Ibin comprobare videtur Poëta.

832 *Sua*] Invida, scilicet, aut livida.

834 *Dictas a Pallade*] Ante diximus Palladem seu Minervam, Neptuno victo, qui cum ipsa uter novæ civitati nomen daret disceptaverat, cum munus præstantius oleam quam Neptuni equum contulisset, Athenis nomen suum dedisse: ipsa enim Ἀθηνᾶ dicitur.

839 *Quæque*] Locus difficillimus: quomodo enim, inquiunt, Pleiadas stellas, atque in iis Maiam Mercurii matrem, a sinistra suspicere potest Phœnicia? Rem totam, ut mihi quidem, donec meliora quispiam proferat, sat sit, ita conficio: Dextras, ad meridiem partes, lævasque, ad Septemtrionem esse dixit. Verba sunt Livii de Augure Templi augurâlis regiones assignantis. Poëtæ pariter ad Apollinem suum et ad ortum conversi, dextras in meridiem, sinistras in Septemtrionem obvertebant. Phœnices igitur Pleiades a sinistra non potuerunt aspicere, quæ sitæ sunt in Tauro, atque adeo in Æquinoctiali, siquidem illi extra Æquinoctialem positi, et magis ad Septemtrionem, a dextra Taurum et Pleiades habuerint. Quid ergo? Tamne graviter lapsus Poëta, ut dextram a sinistra distinguere nesciverit? Nugæ. Ergo sic accipe: Tellus Sidonia, aut certe homines qui in ea erant, magis a parte sinistra siti, cum in cœlum, suo respectu dextrum Taurum, atque in eo Pleiades, matremque Mercurii Maiam suspiciebant, a sinistra parte illam, quæ ad dextram erat, intuebantur.

Sidonida] Fuit Sidon antiquissima et celeberrima Phœniciæ civitas, ad maris Mediterranei oram Orientalem; a qua *Sidonis* patronymicum, quod hic pro terra Sidonia ponitur.

Armentum regale vides, ad littora verte.
Dixit: et expulsi jamdudum monte juvenci
Littora jussa petunt, ubi magni filia regis
Ludere, virginibus Tyriis comitata, solebat.
Non bene conveniunt, nec in una sede morantur,
Majestas et amor. Sceptri gravitate relicta,
Ille Pater rectorque Deum; cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem;
Induitur faciem tauri: mixtusque juvencis
Mugit, et in teneris formosus obambulat herbis.
Quippe color nivis est, quam nec vestigia duri
Calcavere pedis, nec solvit aquaticus Auster.
Colla toris extant: armis palearia pendent:
Cornua parva quidem; sed quæ contendere possis

regium quem cernis pasci procul herba montana. Locutus est; et jamdudum juvenci abacti ex monte eunt ad littora præscripta, ubi filia magni regis consueverat se oblectare stipata puellis Tyriis. Majestas et amor non bene congruunt, nec consistunt in uno loco. Ille pater et rex Superum, cui dextra instructa est flammis trifidis, qui agitat mundum nutu, dimisso sceptri pondere, sumit vultum tauri, et immistus juvencis mugit, et pulcher oberrat in teneris graminibus. Scilicet color est nivis, quam neque planta duri pedis pressit, neque Notus humidus liquefecit. Colla conspicua sunt firmis musculis: palearia pendent ex humeris: cornua parva

gram.—843 Thysianus *et excussi:* Fragm. Cant. et Leid. *exclusi.*—848 Alii *Ipse pater.*—852 Heins. hic vult *Ipse color.*—855 Leid. unus *comprendere poss.*

NOTÆ

842 *Regale*] Agenoris Phœnicum regis, Beli filii.

844 *Filia*] Europa est Agenoris filia.

845 *Tyriis*] Tyro, antiquissima et Sidonis vicina urbe, oriundis.

846 *Non bene conveniunt*] Ante emollit Poëta, quod ridiculum est in Jovis fabula, quam illud exponat.

850 *Faciem tauri*] Jupiter ideo in taurum dicitur mutatus, quod navis, qua Europa abrepta, Tauri insigne haberet; vel quod dux prædonum, qui eam ad Jovem Cretæ regem deduxit, eo nomine appellaretur.

853 *Auster*] Ventus est flans a meridie, qui ideo sæpe calidior, et nivem in aquam resolvit; unde et ea candorem amittit.

854 *Toris*] Eo nomine eminentiores intellige musculorum partes, quæ nescio quas, vires et naturæ robur indicant, in tauri collo maxime laudatum.

Palearia] Pelles sunt ex boum collo pendentes, quæ, quo ampliores, et ad genua productæ, eo pulchriores sunt.

855 *Quidem*] Laudari volunt in tauro cornua ampla et spatiosa, quia forte aliquam habent speciem. Propterea voculam illam *quidem* credideram Poëtam addidisse, ut tacite se

Facta manu, puraque magis perlucida gemma.
Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen;
Pacem vultus habet. Miratur Agenore nata,
Quod tam formosus, quod prælia nulla minetur.
Sed, quamvis mitem, metuit contingere primo:
Mox adit: et flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: et, dum veniat sperata voluptas,
Oscula dat manibus; vix ah, vix cetera differt.
Et nunc alludit, viridique exultat in herba:
Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis;
Paulatimque metu demto, modo pectora præbet
Virginea plaudenda manu; modo cornua sertis
Impedienda novis. Ausa est quoque regia virgo,
Nescia quem premeret, tergo considere tauri.
Cum Deus a terra, siccoque a littore, sensim
Falsa pedum primis vestigia ponit in undis.
Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti

equidem, sed quæ possis asserere manu fabricata, et splendidiora nitida gemma. Nullæ minæ in fronte, neque oculi terribiles; facies est pacifica. Filia Agenoris admiratur quod tam pulcher, quod nullas pugnas intentet. Sed quanquam docilem, timet primo tangere; mox accedit, et admovet flores ori niveo. Amans lætatur, et deosculatur manus, donec gaudium expectatum veniat: ægre, ah ægre prorogat cetera. Et modo alludit, et salit in virenti gramine; modo demittit latus candidum in sabulo nigricante. Et timore paulatim sublato, nunc dat pectus mulcendum manu virginea, nunc cornua implicanda novis sertis. Puella regia ausa est quoque insidere dorso tauri, ignorans quem premeret: cum Deus immittit paulatim fictas plantas pedum a terra et littore sicco in primas aquas. Inde sese promovet ulterius, et

---

Meliores *possis;* alii *posses.*—856 Gron. *pulchraque magis.*—863 Burm. præfert Vatic. scripturam *vix jam, vix:* nonnulli *vix et vix,* aut, *vix vix,* unde Heins. conj. *vix vixque:* unus etiam Heins. *vix cetera gaudia diff.*—865 Fl. *niveum demisit.*—866 Alii *nunc pectora.*—867 Meliores *plaudenda;* alii *palpanda:* Berolin. *pulsanda.*—870 Alii *Tum Deus.*—871 Vulg. *pedum primo.*—

NOTÆ

cum vulgo non sentire indicet, quippe qui ad bellicosi tauri vires et præstantiam non conferre cognoverit prominentia, sparsa, et fragilia cornua.

857 *Nullæ in fronte*] Nihil in natura pulchrius, quam vigor in maxima ejus suavitate quasi recubans. Sed pauci istud acute perspiciunt.

863 *Oscula dat*] Amanti et tauro istud convenit.

865 *Nunc latus*] Ingeniosissime profecto, et modo ad naturam maxime accommodato sibi viam sternit Poëta.

867 *Plaudenda*] Leviter percutiendo mulcenda: nam eo modo equos et alia bruta mansuefacimus.

871 *Falsa*] Quia tauri videbantur esse, Jovis erant.

Fert prædam. Pavet hæc: littusque ablata relictum
Respicit: et dextra cornum tenet; altera dorso
Imposita est: tremulæ sinuantur flamine vestes.

fert rapinam per æquora medii maris. Hæc timet, et abrepta oculos vertit ad littus relictum; et dextra apprehendit cornu, altera est affixa tergo; amictus fluctuantes corrugantur vento.

874 Alii *cornu tenet.*—875 Omnes prope Mss. *tremulæ;* quædam Edd. *tenues.*

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER III.

Fab. I. Dentes draconis in Homines.

Agenor, rapta Europa, fratres ejus ad requirendam sororem dimisit, ita ut, nisi eam reperissent, ad se ne reverterentur, imperaret. Cilix diversas petit terras, novissimeque constituit Ciliciam; nec minus Phœnix a suo nomine Phœnicen. Cadmus vero, desperata spe visendi parentis, Apollinis oraculum ingreditur, sciscitans, in quibus partibus orbis consisteret. Accepta itaque sorte, ut vaccam a grege secretam, quæ lunæ signum in latere haberet, ageret; et ubi fessa procubuisset, ibi statueret urbem; parens præcepto, in eam terram devenit, quæ postea a bove Bœotia est dicta. Hic cum ad fontem Martis socios aquatum misisset, atque ille illuc venisset, ut vidit a dracone socios consumtos, serpentem interfecit: dentesque ejus, Minervæ monitu, humo sparsit. Ex quibus armatorum multitudo progignitur, quæ inter se domestico bello confligit. Ita ut ex ea quinque relinquerentur, qui Minervæ voluntate creandi populi, qui Thebis considerent, principes essent; quorum nomina hæc produntur fuisse, Echion, Udæus, Chthonius, Pelorus, Hyperenor. Hi Cadmo socii condendæ urbis additi sunt.

Jamque Deus, posita fallacis imagine tauri,
Se confessus erat; Dictæaque rura tenebat:

Jamque Deus sese manifestaverat, omissa specie ficti tauri, et erat in agris Dic-

---

2 Duo Med. *Dictæaque arva*, unde Heins. *Dictëia*. Nonnulli *Dictæaque regna*.

NOTÆ

2 *Dictæa*] Cretam insulam, in qua mons Dicte.

Cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
Imperat: et pœnam, si non invenerit, addit
Exilium, facto pius et sceleratus eodem
Orbe pererrato, (quis enim deprendere possit
Furta Jovis?) profugus patriamque iramque parentis
Vitat Agenorides; Phœbique oracula supplex
Consulit: et, quæ sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in arvis,
Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.
Hac duce carpe vias, et, qua requieverit herba,
Mœnia fac condas; Bœotiaque illa vocato.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro;
Incustoditam lente videt ire juvencam,
Nullum servitii signum cervice gerentem.

tæis: cum pater nescius jubet Cadmum perquirere ablatam, et adjicit mulctam exilium, nisi reperiat, pius et scelestus eodem facinore. Filius Agenoris, postquam frustra *omnes terras lustrasset, (quis enim possit detegere furta Jovis?) exul fugit patriam et iram patris; et supplex consilium petit ab oraculo Apollinis, et exquirit quæ terra sit incolenda. Bos, inquit, nullum jugum passa, et libera ab aratro curvo, ibit tibi obviam in campis desertis. Ea indice sequere iter; et quo gramine procubuerit, fac ponas muros; et illos appellato Bœotios. Vix dum Cadmus digressus erat spelunca Castalia, cernit junicem inobservatam lente incedere, nullum habentem indicium servitii in collo. Subsequitur,*

Læid. quoque *colebat* pro *ten.*—3 Alii *perquirere natam.*—6 Vulg. *deprendere posset.*—10 Jun. *mediis occ.* Plurimi *in agris.*—11 Cant. *Nondum passa;* Med. unus *nusquam.* Thuani Cod. *curvique ignarus.*—13 Pal. sec. *Fac ponas.*—

NOTÆ

3 *Cadmo*] Qui Europæ frater, Agenoris fuit filius. Ceterum non Cadmo tantum, sed Phœnici qui in Africam profectus, ubi Pœnis nomen dedit, et Cilici, a quo Cilices, sororis investigandæ curam Agenor demandavit.

5 *Facto pius*] Pius erga filiam, sceleratus erga filios.

10 *Solis*] Non habitatis, desertis.

13 *Bœotiaque*] Veram Thebarum etymologiam ex lingua Hebraica arcessivit vir nunquam sine laude nominandus, clarissimus Bochartus. Sed fabulam secutus est fabularum compilator, qui, cum Nicandro aliisque, Thebas Bœoticas a Bove, aut vacca, Cadmi duce, (quam vaccam lingua Syra *Thebe* dici volunt,) ita appellatas fuisse sentit.

14 *Castalio*] Id est, Delphis, quo, auctore Apollodoro, atque ut supra Naso ipse indicavit, et deinde aperte declaravit, Apollinem consulturus Cadmus profectus erat. Nam fons est et mons Castalius inter Delphos et Parnassum, ad cujus Parnassi radices urbs Delphi posita. Adeoque hic Metonymia est adjuncti.

Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu;
Auctoremque viæ Phœbum taciturnus adorat.
Jam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva;
Bos stetit; et, tollens spatiosam cornibus altis
Ad cœlum frontem, mugitibus impulit auras.
Atque ita, respiciens comites sua terga sequentes,
Procubuit, teneraque latus submisit in herba.
Cadmus agit grates, peregrinæque oscula terræ
Figit: et ignotos montes agrosque salutat.
Sacra Jovi facturus erat: jubet ire ministros,
Et petere e vivis libandas fontibus undas.
Sylva vetus stabat, nulla violata securi:
Est specus in medio, virgis ac vimine densus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum;
Uberibus fœcundus aquis. (Hoc conditus antro
Martius anguis erat, cristis præsignis et auro;

et insistit vestigiis suspenso passu, et tacitus veneratur Apollinem auctorem viæ. Jam præterierat vada Cephisi, et campos Panopes, juvenca constitit, et erigens ad cœlum caput vastum productis cornibus concussit aërem mugitibus. Atque ita, oculos convertens ad comites legentes sua vestigia, in terram se demisit, et posuit latus in molli gramine. Cadmus agit gratias, et deosculatur terram ignotam, et salutem dicit campis et montibus incognitis. Volebat sacrum facere Jovi: imperat famulis discedere, et haurire ex vivis fontibus aquas libandas. Vetus lucus erat, securi intactus. Est antrum in medio, obsitum virgis ac vimine, efficiens depressam cameram junctura lapidum, abundans aquis multis. Serpens Martius, conspicuus

---

15 Fl. N. et Med. *Inc. longe.*—17 Heidelb. *vest. passu.*—18 Gebhard. Crepund. I. 12. *Actoremque.*—19 Med. et alii *Papones eras.* Heins. conj. *Panopea.* Unus Leid. *reliquerat;* unde Burm. conj. *Panopea reliquerat arva.*—20 Alii *tollens speciosam;* vett. autem *spatiosam* exhibent.—22 Fragm. Cant. *vaga terga.* Bas. quoque *sequaces.*—23 Quidam editi et scripti *teneraque...in herbas.*—24 In sec. Pal. *Gaudet Agenorides per.*—25 *Montesque agrosque* Edd. quædam: duo scripti *agros montesque.*—26 Sec. Med. et N. *ire ministris.*—29 Alii *Et specus.* Sec. Med. et Urbin. *virgis a culmine.* Unus quoque Med. *densa;* alter Pal. *densum:* Editiones quædam, et scripti aliquot *densis.*—31 Vulgo, *ubi*

NOTÆ

19 *Cephisi*] Bœotiæ est fluvius, ex Parnasso fluens.

Panopesque] Fuit suo tempore urbs Phocidis, non longe a Cephiso et Parnasso.

22 *Comites*] Cadmum cum sociis.

24 *Agit grates*] Apollini, scilicet.

31 *Uberibus*] Fontem vocaverunt Dircen per anticipationem, cum multo post in fontem Dircen mutata fuerit Dirce Lyci Thebarum regis uxor.

32 *Martius anguis*] Marti dicatus ac bellicosus, Martis filius, ut quibus-

Igne micant oculi; corpus tumet omne veneno;
Tresque vibrant linguæ; triplici stant ordine dentes.)
Quem postquam Tyria lucum de gente profecti
Infausto tetigere gradu; demissaque in undas
Urna dedit sonitum; longum caput extulit antro
Cœruleus serpens; horrendaque sibila misit.
Effluxere urnæ manibus; sanguisque relinquit
Corpus, et attonitos subitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet, et immensos saltu sinuatur in arcus:
Ac media plus parte leves erectus in auras
Despicit omne nemus: tantoque est corpore, quanto,
Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.

cristis et auro, latebat in ea specu. Oculi radiant igne; totum corpus turgescit tabo; et tres linguæ micant; dentes cohærent triplici ordine. Quam sylvam postquam digressi ex natione Tyria tetigerunt infelici passu, et situla projecta in aquam fecit strepitum, anguis cæruleus emisit caput profunda spelunca, et sibila duxit terribilia. Situlæ exciderunt manibus, et sanguis destituit corpus, et horror repentinus subiit membra stupentia. Ille ducit spiras squameas nodis flexilibus, et curvatur in sinus immensos; et sublatus plus parte media in tenuem aërem ex alto aspicit totum sylvam, et est tanto corpore, quanto si aspicias totum Serpentem *qui dividit duas*

---

conditus; Heins. de suo dedit *hoc,* suadet etiam *cui creditus.*—33 Unus Mediolan. *Igne vacant;* pro quo Heins. vult *natant.*—34 Quidam *Tres,* omissa copula. *Vibrant* recepit Heins. e margine trium Edd. alii *micant.* Unus Med. *stant agmine.*—36 Berolin. *in undis.*—37 *Longum* pro *longo* ex nonnullis Mss. jam Nauger. notavit: repertum etiam in R. et Leid. adoptavit Burm. R. unus *edidit antro.*—39 Vulg. *Efflux. undæ: urnæ* pro var. lect. N. unus Med. et unus Gron.—40 In uno Ciofani *subitus metus:* R. et unus Heins. *timor.* —42 Berolin. et Heidelb. *immenso.* Alii *in orbes.* Zulichemianus sic legit, *immensos altus sin. in arc.* unus Med. *immensos corpus sin. in arc.*—43 Gron. *In media;* unde Heins. *hinc:* alii *et* vel *at.* Urbin. *Ac media de parte.*—

NOTÆ

dam placuit, nomine Dercyllus.

34 *Vibrant*] Neutraliter; id est, celerrime moventur: tanta enim celeritate plicatilem linguam serpens vibrat, ut triplex esse videatur; quam forte et revera trifidam fingit. Bifidam profecto arbitror me vidisse, quam nigerrimam etiam idem anguis per vices conglobabat.

35 *Tyria*] Phœnices, Cadmi socii; Tyrus enim et Sidon urbes fuerunt vicinæ, quæ a scriptoribus ita conjunguntur, ut prope in multis confundantur.

41 *Ille volubilibus*] Id est, Corpus in nodos aut spiras fingit; cauda orbes describit: qui serpentum mos est.

45 *Qui separat*] Est Serpens in cœlo inter duas Arctos signum, ejus occupans multum spatium, quo hyperbolice hujus nostri draconis magnitudinem menti objicere voluit.

Nec mora: Phœnicas (sive illi tela parabant,
Sive fugam; sive ipse timor prohibebat utrumque)
Occupat; hos morsu, longis complexibus illos;
Hos necat afflatos funesti tabe veneni.
Fecerat exiguas jam Sol altissimus umbras:
Quæ mora sit sociis miratur Agenore natus;
Vestigatque viros. Tegimen derepta leoni
Pellis erat: telum splendenti lancea ferro,
Et jaculum; teloque animus præstantior omni.
Ut nemus intravit, letataque corpora vidit,
Victoremque supra spatiosi corporis hostem
Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua;
Aut ultor vestræ, fidissima corpora, mortis,
Aut comes, inquit, ero. Dixit: dextraque molarem
Sustulit; et magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent; serpens sine vulnere mansit.

Ursas. Nec mora, seu Phœnices ad arma se accingebant, seu ad fugam, seu ipse metus impediebat utrumque, illos *invadit, hos morsu, alios vastis nodis: hos perimit afflatos tabe funesti veneni. Jam Sol sublimis sparserat umbras parvas, filius Agenoris stupet quæ sit cunctatio comitum, et quærit viros. Pellis detracta leoni erat amictus, arma* erant *lancea ferro radiante et jaculum, et virtus fortior omnibus armis. Postquam lucum subiit, et spectavit corpora morti tradita, et hostem vastæ molis victorem insistentem,* et *lambentem funestas plagas lingua cruenta; Aut, inquit, carissima pectora, ero vindex vestræ necis, aut comes* mortis. *Absolvit; et dextra corripit saxum ingens, et jacit summo nisu. Muri alti disjecti essent cum*

45 *Geminam...Arcton* Arund.—48 Major pars scriptorum *longis amplexibus.*—49 Vulgo, *afflatu funesta, hos tabe.* Heins. dedit *afflatos funesti*, quia prius voc. in uno extabat. Eidem et placebat ex quibusdam *afflati funesta.* Tum suadebat etiam *efflati*, quod Burm. in uno reperit. Unus Med. habet *afflatus.*—52 Berolin. *Tegim. direpta.* Alii etiam *der. leonis.*—53 Leid. *splendentis... ferri.*—56 Decem Codd. *Vict. super.* Heins. aut hic *tergoris* pro *corporis*, aut mox *fid. pectora* legendum censebat, ne idem voc. toties repetatur.—60 Heinsius, ex duodecim scriptis, *magno conamine misit in hostem.* Scheppers apud Fabr. Epist. II. 71. *Sust. inque anguem magno conamine misit.*—

NOTÆ

50 *Fecerat*] Horam meridianam per circumstantias et metonymice describit.

52 *Tegimen*] Heroum more, qui ejusmodi virtutis suæ symbolum gestabant et ostentabant, leoninam pellem Cadmus gerebat.

59 *Molarem*] Lapidem, scilicet, hyperbolice; id est maximum, et ei quo triticum teritur similem. Atque ex his omnibus Cadmum ingenti animi et corporis præstantia fuisse intelligitur.

Loricæque modo squamis defensus, et atræ
Duritia pellis, validos cute repulit ictus.
At non duritia jaculum quoque vincit eadem;
Quod medio lentæ fixum curvamine spinæ
Constitit; et toto descendit in ilia ferro.
Ille, dolore ferox, caput in sua terga retorsit:
Vulneraque aspexit, fixumque hastile momordit.
Idque, ubi vi multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit: ferrum tamen ossibus hæret.
Tum vero, postquam solitas accessit ad iras
Plaga recens, plenis tumuerunt guttura venis:
Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus:
Terraque rasa sonat squamis; quique halitus exit
Orc niger Stygio vitiatas inficit auras.
Ipse modo immensum spiris facientibus orbem
Cingitur: interdum longa trabe rectior exit.
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,

sublimibus turribus illius impetu; anguis fuit integer; et protectus squamis tanquam thorace, et rigore cutis, refutavit graves ictus. At non superat quoque spiculum eadem firmitate, quod inhæsit admissum medio flexu dorsi plicatilis, et penetravit ilia toto ferro. Ille furens dolore reflexit caput in suum dorsum, et intuitus est plagas, et dentibus apprehendit immissum jaculum. Et postquam illud in omnem partem versavit magno conatu, vix revellit dorso: ferrum tamen manet in ossibus. Tum vero, postquam vulnus novum additum est iræ solitæ, collum intumuit plenis venis; et spuma albicans sparsa est per os mortiferum; et terra obtrita squamis edit strepitum; et spiritus ater qui prodit rictu Tartareo polluit aërem peste afflatum. Nonnunquam ipse involvitur nodis describentibus vastissimum circulum, nunc surgit rectior longo tigno. Interdum ruit magno impetu, sicut fluvius actus aquis

---

63 Heins. malit *et hirtæ*.—65 Sec. Pal. *quoque vitat;* Berolin. *vicit*.—66 Alii *med. fix. lent. &c.* alii *med. spin. lent. curv. fix.* alii *med. lent. spin. curv. fix.* Unus Cod. etiam *longæ* pro *lentæ*.—67 Alii *totum desc. in il. ferrum*.—68 Leid. *in sua colla*. Med. *retorquet;* pr. V. *remisit;* alius Med. *revolvit;* duo *reflexit;* duo quoque *refixit*.—69 Balliolensis *Vuln. inspexit*.—70 *Vi magna* Gron. et Lovan. *Partes...in omnes* Thuan.—71 Alii *ossibus hæsit*.—73 *Plaga* unus Heins. et unus Leid. Edd. fere omnes *Causa*.—76 Quidam *herbas* pro *auras*. Sed Burm. monet, *herbas* sanie potius, halitu vero *auras* infici.—78 Alii *rectior*

NOTÆ

66 *Lentæ*] Id est, flexilis.

76 *Stygio*] Venenato, qualis est Styx Inferorum palus.

78 *Cingitur*] Id est, in se ipsum convolvitur, et quasi coarctatur; qui serpentis vulnerati mos est, sese deinde explicantis, atque in varias partes agitantis.

79 *Impete*]. Pro impetu, antique, et metri causa.

Fertur, et obstantes proturbat pectore sylvas.
Cedit Agenorides paulum: spolioque leonis
Sustinet incursus; instantiaque ora retardat
Cuspide prætenta. Furit ille, et inania duro
Vulnera dat ferro: frangitque in acumine dentes.
Jamque venenifero sanguis manare palato
Cœperat; et virides aspergine tinxerat herbas:
Sed leve vulnus erat: quia se retrahebat ab ictu;
Læsaque colla dabat retro; plagamque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat:
Donec Agenorides conjectum in gutture ferrum
Usque sequens pressit, dum retro quercus eunti
Obstitit; et fixa est pariter cum robore cervix.

pluvialibus, et prosternit pectore arbores oppositas. Filius Agenoris aliquantum cedit, et mollit impetum pelle leonis; et arcet rictus urgentes mucrone opposito. Ille rabiem exercet, et infert plagas frustraneas rigido ferro; et mordet cuspidem. Et jam cruor cœperat fluere ex palato pestifero; et infecerat gramina virentia irrigatione: sed plaga erat exigua, quia se recipiebat ab impressione, et retro agebat collum afflictum, et prohibebat vulnus ne impingeretur obsequendo, nec patiebatur ulterius progredi: donec Cadmus usque persequens pressit ferrum gutturi infixum, quoad quercus restitit retro cedenti, et cervix transverberata est una cum

---

astat, vel *extat*.—80 *Proturbat* in optimis; plerique *perturbat*.—84 *Frangitque* in sec. Pal. alii *figitque*.—86 Gebhard. Crepund. II. 7. legit *asperg. texerat*.—88 Heidelb. *dabat tergo*.—89 In V. Cælest. et Abbat. *Cedendo ardebat*.—90 Bas. *Agen. collectum*; alius *conceptum*; duo *congestum*; unus Heins. *directum*. Alii *in guttura*: Med. *in inguine*; Bas. *in vulnere*.—91 Pr. Bas. unus

NOTÆ

84 *Frangitque*] Aut certe frangere nititur; magisque et dentes et palatum lædit.

87 *Vulnus*] Lanceæ cuspide inflictum, dum eam draco morderet.

92 *Fixa est*] Per hanc draconis mortem alia alii intelligunt, dum vel sensum historicum, aut ad mores spectantem investigant. Posteriorem quod attinet, quilibet ad libitum plurima potest comminisci. Quoad historiam, narrat Palæphatus, Draconem quendam fuisse Martis filium, Thebanorum regem, quem Cadmus interfecit; cujus filii cum amicis una adversus victorem Cadmum insurrexerint, donec et ipsi, mota a Cadmo inter eos discordia, ab eodem superarentur. Omnium vero optime et acutissime totam fabulam, ipsa prælucente sacra scriptura, exposuit in Geographia sua maximus ille Bochartus: quem, si placet, omnino consule.

Robore] Est proprie robur species arboris glandiferæ, aut quercus durissimæ: sed quasi appellative sumitur pro firmiore quavis arbore, sicuti et ad animum transfertur, et pro fortitudine intelligitur.

Pondere serpentis curvata est arbor, et imæ
Parte flagellari gemuit sua robora caudæ.
Dum spatium victor victi considerat hostis:
Vox subito audita est: (neque erat cognoscere promtum
Unde; sed audita est:) Quid, Agenore nate, peremtum
Serpentem spectas? et tu spectabere serpens.
Ille diu pavidus, pariter cum mente colorem
Perdiderat; gelidoque comæ terrore rigebant.
Ecce viri fautrix, superas delapsa per auras,
Pallas adest: motæque jubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret: et, ut presso sulcum patefecit aratro,
Spargit humi jussos, mortalia semina, dentes.

quercu. Arbor sinuata est onere draconis, et gemitum edidit quod sua ligna verberarentur parte extremæ caudæ. Dum victoria potitus contemplatur magnitudinem superati hostis, repente sonus auditus est: (neque erat facile judicare unde; sed auditus est:) Quamobrem, fili Agenoris, intueris draconem interfectum? Tu quoque aspicieris anguis. Ille diu territus amiserat juxta colorem atque animum; et capilli stabant frigido pavore. Ecce Pallas fautrix viri devoluta per ætherem supremum adest, et imperat mandare terræ excultæ dentes draconis incrementa populi futuri. Obtemperat, et, postquam aperuit sulcum impacto aratro, in terram

Leid. et alii *cui retro.*—93 In V. *serpent. sinuata est.* Jun. quoque *et una.*—94 Fragm. Cant. *viscera caudæ.*—95 Unus Patavinus *victor vasti.*—96 Mediolan. *nec enim cognosc.*—99 Cant. *Inde diu.* Quidam *cum voce.*—101 Unus *viri fautor:* monet Burm. etiam *auctorem, sponsorem,* et similia de fœminis dici. Tres libri quoque *subitas delapsa:* unus *tenues.*—102 Cod. Medic. *matrique.* Tum unus *deponere.* Sæpe, notante Burm. semina *depositum* terræ vocantur, atque plantæ a rei rusticæ scriptoribus *deponi* dicuntur.—104 *et ut presso* pro

NOTÆ

98 *Spectabere*] Regno pulsus ab Amphione et Zetho ad Illyrios transiit, ubi ipse cum Hermione uxore in serpentes transmutati sunt: quam fabulam Naso ipse lib. IV. enarrabit.

101 *Ecce*] Repentinum Palladis adventum particula ista indicat. Fabulam ipsam quod attinet, Marte jubente seminatos dentes alii, alii Martem ac Palladem eos in duas partes æquales divisisse, alteramque partem Æetæ Colchorum regi asservasse, tradiderunt. Quas fabulas qui volet persequi, credo quis sit ipse, aut quanta sint quæ nugarum causa negligit, ævum breve, nosmetipsos, denique, illud esse nostrum tempus, quod tam oscitanter profundimus, non satis ante perpenderit.

103 *Populi*] Id est, ex quibus homines nascerentur.

104 *Presso*] Pro *impresso*, quod in aliis codicibus legitur.

105 *Mortalia*] Id est, non frugum; sed ex quibus mortales seu homines nascerentur.

Inde (fide majus) glebæ cœpere moveri;
Primaque de sulcis acies apparuit hastæ.
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri pectusque, onerataque brachia telis
Existunt: crescitque seges clypeata virorum.
Sic, ubi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent; primumque ostendere vultum,
Cetera paulatim: placidoque educta tenore
Tota patent; imoque pedes in margine ponunt.
Territus hoste novo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus
Exclamat; nec te civilibus insere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Cominus ense ferit: jaculo cadit eminus ipse.
Hic quoque, qui leto dederat, non longius illo
Vivit, et expirat, modo quas acceperat, auras.

mittit dentes dictos semina hominum. Postea (incredibile) glebæ cœperunt agitari: et mucro lanceæ primus prodiit ex sulcis; mox galeæ nutantes picto apice; mox humeri, et pectus, et lacerti instructi armis apparent, et seges scutata virorum augetur. Eo modo imagines consueverunt prodire, cum peristromata tolluntur festis theatris, atque primo exhibere faciem, reliqua paulatim, et statuunt pedes in extrema ora. Cadmus tremefactus repentino hoste animum ad arma referebat: Ne sume, vociferatur unus de populo, quem terra produxerat; nec te immisce bellis civilibus. Atque ita percutit cominus duro gladio unum de fratribus terra genitis: ipse procumbit spiculo eminus. Hic quoque, qui interfecerat, non diutius vitam profert, et emittit spiritum quem mox hauserat. Atque tota turba furit

---

et impresso dedit Heins. ex castigatioribus.—107 Marg. Bersm. *Parvaque.* Omnes vett. libri *apparuit:* impressi vero *comparuit.*—108 Thuani unus *pictoque micantia;* unus *luctantia:* Marg. Bersm. *nutantia collo.*—112 *Vultum* N. et sec. Med. alii *vultus.*—113 Pr. Mor. *placido deducta;* Gron. *placidoque adducta.*—115 Cant. *contra arma parabat.*—119 Unus V. *eminus ille.*—121 Heidelb.

NOTÆ

108 *Cono*] Coni nomine appellatur galeæ apex, ubi variis coloribus pennæ, struthiocamelo præsertim dereptæ, apponi solent.

111 *Aulæa*] Quibus theatra per ludorum tempus ornantur.

113 *Placido tenore*] Paulatim, scilicet, evolvuntur aulæa, parietibus affigenda.

116 *Unus*] Dicunt alii, Minervæ consilio, lapides aut lapidem inter eos conjecisse Cadmum, qui a se invicem feriri existimantes, mutuam inter se pugnam inierunt. Quam fabulam de hinc inde adversus Cadmum repente coactis hominibus, quos ille prudentia sua diviserit et ita superaverit, haud imperite possis exponere.

Exemploque pari furit omnis turba : suoque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Jamque brevis spatium vitæ sortita juventus
Sanguineam trepido plangebant pectore matrem,
Quinque superstitibus : quorum fuit unus Echion.
Is sua jecit humi, monitu Tritonidis, arma ;
Fraternæque fidem pacis petiitque, deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hospes ;
Cum posuit jussam Phœbeis sortibus urbem.

simili exemplo ; et fratres repentini perimuntur suo bello per plagas reciprocas. Jamque adolescentes nacti exiguum tempus vitæ verberabant matrem cruentam trepido pectore, quinque restantibus ; quorum unus fuit Echion. Ille in terram misit sua arma jussu Minervæ, et poposcit, et dedit fidem pacis fraternæ. Hospes Sidonius habuit hos socios laboris, cum statuit urbem præstitutam oraculo Apollinis.

Vixit et.—122 Unus Med. *Extemploq. perit ;* unde Heins. *Exemploq. pari perit omnis.* Pro *omnis* Berolin. habet *impia.*—124 Alii *vitæ spatium.*—125 *Trepido* Urbin. et decem alii : vulgo *tepido. Matrem* meliores ; alii *terram.*—127 Berolin. *jecit humo.*—128 Gebhard. Crepund. II. 7. ductu optimi codicis Palatini legit, *Fraternæque fide pacem, fide* antique pro *fidei ;* sed rectius dici puto *fidem pacis,* quam *pacem fidei* petere, quod sine exemplo credo : præterea unus Mediceus *Æternæque fidem pacis :* unus Strozzæ, *paci,* alius, *pacti :* Gron. unus *parti.* Burm.—130 Berolin. et Heidelb. *posuit jussus.*—

NOTÆ

123 *Subiti*] Id est, qui ex terra subito nati essent.

126 *Quinque superstitibus*] Creditur Cadmus primus ex Phœnicia literas in Græciam advexisse, quæ ejus filiæ dictæ sunt. Atque ex eo scripserunt nonnulli per quinque superstites fratres vocales esse intelligendas, mutua cæde sublatis consonis. Adjecit insuper Erasmus serpentinos dentes literas esse quibus digladiantur inter se invicem seditiosi e literatis. Quæ expositiones multum habent equidem subtilitatis, non satis soliditatis : potiusque est, ut per istos superstites, indigenas condendæ urbis socios, quos Cadmus sibi conciliaverit, intelligamus.

Echion] Quatuor alios Udæum, Chthonium, Hyperenorem, et Pelorem nominat Apollodorus.

130 *Phœbeis*] Apollinis, cujus oraculum consuluerat Cadmus, ut supra dictum.

Fab. II. Actæon in Cervum.

Diana cum in valle Gargaphiæ æstivo tempore fatigata ex assidua venatione se ad fontem perlueret; Actæon, Aristæi et Autonoës filius, eundem locum petens ad refrigerandum se, et canes, quos exercuerat, cervos persequens, in conspectum Deæ incidit: qui ne eloqui posset, habitus ejus in cervum conversus est, ita ut pro fera a suis canibus laceratus sit.

Jam stabant Thebæ: poteras jam, Cadme, videri
Exilio felix: soceri tibi Marsque Venusque
Contigerant. Huc adde genus de conjuge tanta,
Tot natos, natasque, et, pignora cara, nepotes:
Hos quoque jam juvenes. Sed, scilicet, ultima semper

11. *Jam Thebæ fuerant positæ; poteras jam credi beatus exilio, Cadme; Mars et Venus tibi obvenerant soceri: adde insuper stirpem de tanta uxore, tot filios, filiasque, et nepotes, dilecta pignora: hos quoque jam adultos. Sed nimirum*

132 Naugerius e veteribus nonnullis affert et probat *Exilii felix*, quod Burm.

NOTÆ

132 *Marsque*] Quia Harmoniam, vel, ut alii scribunt, Hermionen, Martis et Veneris filiam, ut plurimis placet, uxorem duxit; in cujus nuptiis Dii omnes relicto cœlo affuerunt, qui sponsam quoque donis cumulaverunt.

133 *Genus*] Progenies, scilicet, fuit nobilissima, quæ a Marte et Venere per Harmoniam fluxerit.

134 *Tot natos*] Unicum Polydorum Apollodorus, Hyginus, aliique memorant; neque scio, unde plures fuisse Cadmi filios Poëta intellexerit. Nam, ne forte per natos nepotes aliquis intelligat, iis seorsim nominantur. Atque adeo, nisi forte aliter aliunde Poëta exsculpserit, vel ex nepotibus aliquos pro filiis adoptasse Cadmum credendum est; vel synecdochice loquendo, ut solent in enumerationibus, multitudinis numerum Poëtam ad natos etiam, quanquam unicus esset, Cadmi felicitatis augendæ causa, extendisse.

Natasque] Quas quatuor dicunt fuisse, Ino, Semelen, Agaven, Autonoën.

Nepotes] Quales Bacchus ex Jove et Semele; Pentheus, qui suo tempore rex Thebarum, ex Echione et Agave; Actæon, ex Aristæo et Autonoë; Melicerta et Learchus, ex Athamante et Ino.

135 *Juvenes*] Adolescentes et bene natos videre sanum nepotes suos est benedictionum Dei, in hac vita, cumulus.

Ultima semper] Fuit hæc Solonis, ex Græciæ sapientibus unius, sententia ad Crœsum, quam prolixe narrat Herodotus.

Expectanda dies homini : dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.
Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, secundas
Causa fuit luctus, alienaque cornua fronti
Addita, vosque canes satiatæ sanguine herili.
At bene si quæras ; Fortunæ crimen in illo,
Non scelus invenies : quod enim scelus error habebat ?
Mons erat, infectus variarum cæde ferarum :
Jamque dies rerum medias contraxerat umbras ;
Et Sol ex æquo meta distabat utraque ;
Cum juvenis placido per devia lustra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore :
Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum,
Fortunamque dies habuit satis. Altera lucem
Cum croceis evecta rotis Aurora reducet,

novissima semper dies est expectanda homini ; et nullus debet prædicari felix ante mortem et ultimas exequias. Nepos, et cornua aliena inducta capiti, fuerunt tibi prima causa mœroris, Cadme, inter tot res prosperas, vos insuper canes expletæ sanguine domini. At bene si scruteris, reperies in illo vitium fortunæ, non flagitium : quod enim flagitium erat in ignorantia ? Mons erat tinctus sanguine diversarum ferarum ; et jam dies arcesserat umbras medias rerum, et Sol aberat æqualiter ab utroque termino, cum juvenis Thebanus sic alloquitur ore amico comites laborum errantes per latebras ferarum. Socii, retia et tela sunt madida sanguine ferarum, et dies fuit satis faustus. Cum altera Aurora rediens rotis roseis revehet diem, redeamus

illustrat quidem ; sed propter Codd. consensum respuit.—136 Heidelb. *homini est*.—140 *Satiatæ* ex N. primo, V. sec. Pal. sec. Med. priore, Erfurt. et tribus aliis dedit Heins. ceteri *satiati*.—141 *Medias* Sec. Pal. alii *medius*.—146 Unus Bas. *Cum juvenes*. Gron. *blando* pro *placido*. Tres libri et Bersm. Cod. *devia rura*.—149 Alii Codd. *Fortunæque ;* scil. Fortunæ satis.—150 *Evecta* in uno Ciofani, Leid. et duobus aliis pro vulg. *invecta*.—151 Non-

NOTÆ

138 *Nepos*] Actæon, ad cujus historiam pronam et facilem viam sibi munivit Poëta.

139 *Aliena*] Quæ non sunt data homini, sed brutis propria. Tangit illud Poëta, quod in cervum fuit mutatus Actæon.

140 *Canes*] Quibus Actæon præda fuit, ut mox videbimus.

141 *Illo*] Actæone, scilicet, qui inscius Dianam vidit sine vestibus.

143 *Mons*] Cithæron, scilicet, ut tradit Apollodorus.

145 *Meta utraque*] Oriente et Occidente. Meridianam horam describit.

147 *Hyantius*] Actæonem dicit Bœotium ; nam fuerunt Hyantes veteres Bœotiæ populi.

148 *Lina*] Id est, ex iis facta retia, metonymice.

150 *Croccis*] Quia ut plurimum

Propositum repetamus opus. Nunc Phœbus utraque
Distat idem terra; finditque vaporibus arva.
Sistite opus præsens, nodosaque tollite lina.
Jussa viri faciunt, intermittuntque laborem.
Vallis erat piceis et acuta densa cupressu;
Nomine Gargaphie, succinctæ sacra Dianæ:
Cujus in extremo est antrum nemorale recessu,
Arte laboratum nulla: simulaverat artem
Ingenio Natura suo: nam pumice vivo,
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.
Fons sonat a dextra, tenui perlucidus unda,
Margine gramineo patulos incinctus hiatus.
Hic Dea sylvarum, venatu fessa, solebat

ad opus inceptum: nunc Sol distat æqualiter terra utraque, et dividit terram calore. Intermittite opus præsens, et colligite retia intexta. Viri exequuntur mandata, et ab opere desistunt. Vallis erat consita piceis, et cupressu acuta, nomine Gargaphie, sacra Dianæ expeditæ; in cujus ultimo secessu est spelunca arboribus tecta, nulla arte parata: natura imitata erat artem sua industria: nam struxerat fornicem nativum vivo pumice et levibus tophis. Fons perlucidus strepit a dextra aqua exigua, circumdatas habens patentes ripas margine herboso. Hic Dea nemo-

---

nulli *Prop. repetemus.*—152 Heidelb. *Distat item.* Unus Pal. Voss. et duo alii *meta* pro *terra.*—153 Unus Med. *nodosaq. solvite.*—154 Mss. Bersm. *prætermittuntque.*—155 Alii *densa cupresso.*—156 *Sacra* libri scripti omnes: *cura* ediderunt Aldus, Gryphius, Bersmannus et alii.—158 Duo Medic. et unus Leid. *similarerat*, quam scripturam acriter defendit Barth. ad Claudian. II. Ruf. 81. Sed Gronov. Diatrib. Stat. cp. 6. docet, semper scribendum *simulare* et *assimulare*, eique assentitur Burm.—160 Excerpt. Langerman. *struxerat arcum;* alii *texerat:* Ms. Bersm. *vacuum deduxerat:* Gron. *duxerat orbem.*—161 *Ad dextram* Cant. *a dextris* Lovan.—162 Alii *succinctus hiatus.*—163 Gron.

NOTÆ

croceo colore apparet cœlum sub ipso lucis adventu.

152 *Idem*] Id est, eodem spatio: adeoque calor est vehementior.

156 *Succinctæ*] Qualem esse decet Deam venatricem, et Deam sylvarum.

157 *Nemorale*] Id est, sylva amœna superne consitum.

159 *Pumice*] Est pumex lapis levis et perforatus, poliendis rebus, eradendis etiam pilis accommodatus. *Pierre-Ponce*, Gall.

162 *Hiatus*] Ripas intelligit, qua aquæ defluunt. Vide ceterum annon ita fontem et locum ipsum descripsit, ut etiam umbræ suavi opacitate et aquæ grato murmure frui videaris. Inprimis vero proficere cupienti opus est, per verba, usque eo ad ipsissimam rerum naturam pertingere, ut et sensus tanquam ex re præsenti propemodum moveantur. Per ejusmodi accuratam methodum labili memoriæ succurritur, ingenio acuendo consulitur. Sed tractatum

Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo postquam subiit; Nympharum tradidit uni
Armigeræ jaculum, pharetramque, arcusque retentos.
Altera depositæ subjecit brachia pallæ.
Vincla duæ pedibus demunt. Nam doctior illis
Ismenis Crocale sparsos per colla capillos
Colligit in nodum; quamvis erat ipsa solutis.
Excipiunt laticem Nepheleque, Hyaleque, Rhanisque,
Et Psecas, et Phiale; funduntque capacibus urnis.
Dumque ibi perluitur solita Titania lympha;
Ecce nepos Cadmi, dilata parte laborum,
Per nemus ignotum non certis passibus errans,

rum lassa venatu consueverat lavare aqua fluente membra virginea. Quo postquam intravit dedit uni Nympharum armigeræ jaculum, et pharetram, et arcus remissos. Alia submisit lacertos pallæ dereptæ. Duæ tollunt cothurnos pedibus: nam Crocale Ismeni fluvii *filia peritior illis religat comam diffusam per colla, quanquam ipsa erat sparsis* crinibus. *Nephele, et Hyale, et Rhanis, et Psecas, et Phiale excipiunt aquas, et fundunt ex amplis situlis. Dumque Titania ibi abluitur aqua consueta, ecce nepos Cadmi, parte operum remissa, ambulans gressibus incautis per*

et unus Thuani *venatus fessa.*—165 Voss. *Quem postquam.*—168 Pal. sec. *manibus demunt.*—171 Heidelb. *Excip. latices.*—175 Hic vers. in Fl. N. ac Med. sec. manu recentiore margini ascriptus est, et proinde spurius Heinsio vide-

NOTÆ

integrum sibi deposcit hæc materia.

164 *Liquido*] Ne inane credas aquæ epitheton: non est, quanquam nonnullis videbitur: plurima est in aquæ liquiditate et limpiditate amœnitas, cujus forte non omnis homo meminisset.

166 *Retentos*] Laxatos, remissos; ne vis eorum periret.

168 *Vincla*] Quibus soleæ aut calcei pedibus adhærent.

169 *Ismenis*] Ismeni Bœotiæ fluvii filia, cui ex lingua Græca nomen conveniens dedit Poëta; quippe κροκάλη calculus est littoralis vel qui in amnibus volvitur.

170 *Quamvis*] Quid hoc sibi vult? Ab impura est scioli alicujus monachi manu, qui hemistichium, cujusmodi aliquot in Virgilio inveniuntur, attaminavit. Neque vero huc tantum illorum exscriptorum ignorantia afflavit.

171 *Laticem*] Aquam, ex antro scatentem.

Nephele] Nubes. Atque his omnibus Dianæ comitibus ingeniose nomina ex Græca lingua affinxit poëta.

Hyale] Vitrea, pellucida; ab ὕαλος, *vitrum.*

Rhanisque] A ῥαίνω, *aspergo.*

172 *Psecas*] A ψεκὰς, *guttula roris.*

Phiale] Est phiala vasis genus capacius; unde hujus nymphæ Phiales officium satis intelligitur.

173 *Titania*] Diana, quæ avum habuit Cœum Titanem, Latonæ patrem.

Pervenit in lucum: sic illum fata ferebant.
Qui simul intravit rorantia fontibus antra;
Sicut erant, viso nudæ sua pectora Nymphæ
Percussere viro: subitisque ululatibus omne
Implevere nemus: circumfusæque Dianam
Corporibus texere suis. Tamen altior illis
Ipsa Dea est, colloque tenus supereminet omnes.
Qui color infectis adversi Solis ab ictu
Nubibus esse solet, aut purpureæ Auroræ;
Is fuit in vultu visæ sine veste Dianæ.
Quæ quanquam comitum turba stipata suarum;
In latus obliquum tamen astitit: oraque retro
Flexit: et ut vellet promtas habuisse sagittas,
Quas habuit, sic hausit aquas: vultumque virilem
Perfudit: spargensque comas ultricibus undis,
Addidit hæc cladis prænuntia verba futuræ:
Nunc tibi me posito visam velamine narres,
Si poteris narrare, licet. Nec plura minata,

sylvam minus cognitam pervenit in lucum: fata sic illum agebant. Qui statim atque subiit speluncas aquis stillantes, Nymphæ nudæ sicut erant planxerunt sua pectora viro conspecto, et impleverunt totam sylvam repentinis clamoribus, et circumfusæ velaverunt Dianam suis corporibus. Nihilominus ipsa Dea est procerior illis, et apparet supra omnes collo tenus. Color qui consuevit esse nubibus tinctis irradiatione Solis oppositi, aut Auroræ roseæ, is fuit in facie Dianæ conspectæ sine amictu. Quæ quamvis pressa choro comitum suarum, tamen stetit in latus obliquum, et vultum retro vertit: et sicuti optaret habuisse sagittas expeditas, sic sumsit aquas quas habuit, et sparsit in os hominis, et perfundens capillos aquis ultricibus, adjecit hæc verba præsaga exitii proximi: Jam renunties me conspectam a te absque amictu, si poteris renuntiare, licet. Neque minata plura affigit capiti

batur. Unus habet *non æquis pass.*—176 Heidelb. *ad lucum;* alter R. *ad fontem.* Sex libri *fata trahebant.*—178 Berolin. *nudæ viso.* In nonnullis vett. *corpora Nymphæ.*—179 Lovan. *Deplanxere viro.* Leid. *ulul. altum.*—183 Idem *adverso Solis.*—186 In uno Ciofani, Leid. et Berolin. *Quæ quamvis.* Nonnulli *suarum est.*—188 Marg. Bersm. *vellet positas.*—193 Unus Mor. *poteris, narra:* unde Burm. *narra, licet o: nec.* Unus V. *plura locuta;* Leid. *morata.*—

NOTÆ

183 *Infectis*] Tinctis. Rubore suffusæ apparent nubes, cum certo quodam modo Solis radiis illustrantur.

188 *Sagittas*] Quibus Actæonem conficeret. Ceterum scripserunt alii, non quia visa, sed quia turpis visa, tam acerbe doluisse Dianam. Alii alia comminiscuntur.

Dat sparso capiti vivacis cornua cervi:
Dat spatium collo: summasque cacuminat aures:
Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat
Cruribus: et velat maculoso vellere corpus.
Additus et pavor est. Fugit Autonoëius heros:
Et se tam celerem cursu miratur in ipso.
Ut vero solitis sua cornua vidit in undis,
Me miserum! dicturus erat: vox nulla secuta est.
Ingemuit; vox illa fuit; lacrymæque per ora
Non sua fluxerunt. Mens tantum pristina mansit.
Quid faciat? repetatne domum, regalia tecta?
An lateat sylvis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat; videre canes: primusque Melampus,

aquis *perfuso cornua cervi vivacis; producit collum; et acuit aures extremas; et vertit manus in pedes, et lacertos in crura producta; et tegit corpus variis pilis. Adjectus est et metus. Heros Autoneius vertitur in fugam, et miratur se tam velocem in ipso cursu. Cum autem aspexit sua cornua in aquis consuetis, Me infelicem! dicturus erat, nullum verbum prolatum est. Suspiravit; ille fuit sonus; et lacrymæ decurrerunt per faciem non suam. Solus animus prior superfuit. Quid agat? Redeatne domum et in tecta regia? an latitet nemoribus? Metus obstat huic rei, pudor illam prohibet. Dum hæret, canes aspexerunt, et primus Melam-*

---

195 *Longasque* Sixii Cod.—200 Sic h. vs. ex Leid. edidit Heins. Ceteri, *Ut vero vultus et cornua, &c.* Gronovium legisse, *Utque feros vultus et corn.* notavit Francius. Heidelb. *in unda.*—202 Marg. Bersm. *vox nulla fuit.*—204 Farnabius edidit *repetamne;* Mor. pr. *redeatne.* Cod. Menardi *domos et regia tecta.* —205 Heidelb. *Aut lateat.* Nonnulli etiam *pudor hoc, timor impedit;* et Mss.

NOTÆ

194 *Sparso*] Aqua perfuso.

Vivacis] Quem quadringentos annos implere nonnunquam scripsit Plinius.

195 *Spatium*] Cervi, scilicet, longius est collum quam hominis.

Cacuminat] In acutum, ut cervi essent, effingit.

198 *Autonoëius*] Autonoës filius.

200 *Ut vero*] Versus profecto insulsus, Ovidio tollendus, ut optime censuit clariss. Heinsius.

202 *Illa*] Ingemere, scilicet. Fabulæ sensum quod attinet, plerique ad mores detorquent: deque minus scrutandis Deorum aut regum consiliis intelligunt; quæ cognita vitam suspicionibus implicant. Palæphati sententiam maxime probavero, qui Actæonem canum studio rem suam dicit neglexisse, eoque periisse: quamvis et revera non Actæonem modo, pelle circumdatum cervina, sed alios etiam venatores furore actis canibus laniatos legimus.

206 *Melampus*] Id est, Pedibus niger. Nimius vero videtur Poëta, in recensendis aut fabricandis canum nominibus: atque etiam contra venatorum legem peccasse, quibus cautum

Ichnobatesque sagax latratu signa dedere,
Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
Inde ruunt alii rapida velocius aura,
Pamphagus, et Dorceus, et Oribasus; Arcades omnes;
Nebrophonosque valens, et trux cum Lælape Theron,
Et pedibus Pterelas, et naribus utilis Agre,
Hylæusque fero nuper percussus ab apro,
Deque lupo concepta Nape, pecudesque secuta
Pœmenis, et natis comitata Harpyia duobus,
Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon:
Et Dromas, et Canace, Sticteque, et Tigris, et Alce,

pus et Ichnobates sagax indicium fecerunt latratu, Ichnobates, inquam, *Gnossius, Melampus stirpe Spartana. Postea alii incurrunt celerius vento ruente, Pamphagus, et Dorceus, et Oribasus, omnes Arcades, et fortis Nebrophonus, et terribilis Theron cum Lælape, et Pterelas strenuus pedibus, et Agre utilis naribus, et Hylæus nuper ictus ab apro sævo, et Nape genita de lupo, et Pœmenis secuta pecudes, et Harpyia stipata duobus filiis, et Ladon Sicyonius habens ilia contracta, et Dromas, et Canace, Sticteque, et Tigris, et Alce, et Leucon pilis candidis, et Asbolus*

Bersm. *impulit.*—206 Berolin. *Cum dub.*—213 Vulg. *Hylæusq. ferox.*—216 R. *Et succincta;* et ita Gron. et Bas. et Bersm. In nonnullis *ilia Lagon.*—

NOTÆ

est paucarum syllabarum nomina, ad pronuntiandum facilia, atque vocalia canibus suis assignare.

207 *Ichnobates*] Id est, per vestigia vadens.

Signa dedere] Reliquos canes feram adesse admonuerunt.

208 *Gnosius*] Cretensis: est nempe Gnosus urbs Cretæ.

210 *Pamphagus*] Omnia comedens.

Dorceus] Acute videns.

Oribasus] Montes ascendens.

211 *Nebrophonos*] Hinnulos interficiens.

Lælape] Est Lælaps nomen venti procellosi et vorticosi, quem Latini vocant turbinem; unde canis hujus velocitas atque impetus intelligitur.

Theron] Ferus.

212 *Pterelas*] Alis impulsus.

Agre] Inquirens.

213 *Hylæus*] Sylvestris. Quia vero ab apro percussum dicit, forte ad Hylæum venatorem allusit, qui cum Ancæo ab Apro Calydonio vulneratus interiit, ut scribit Apollodorus.

214 *Nape*] Quod in saltibus erraret.

215 *Pœmenis*] Pastoralis.

Harpyia] Rapax; et rapacissimis Harpyis similis.

216 *Substricta*] Contracta, qualia habent vertagi.

Sicyonius] A Sicyone urbe Peloponnesi, ad sinum Corinthiacum.

Ladon] Nomen est fluvii Arcadiæ in Peloponneso, a quo huic cani nomen; nisi etymologia Græca est a λάζομαι, *capio*.

217 *Dromas*] Cursor.

Canace] Hæc vox Græce strepitum significat; quare a strepitu et personanti latratu huic cani nomen inditum.

Et niveis Leucon, et villis Asbolus atris,
Prævalidusque Lacon, et cursu fortis Aëllo,
Et Thous, et Cyprio velox cum fratre Lycisce:
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpalos et Melaneus, hirsutaque corpore Lachne:
Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati,
Labros, et Agriodos, et acutæ vocis Hylactor:
Quasque referre mora est. Ea turba cupidine prædæ
Per rupes, scopulosque, adituque carentia saxa,
Qua via difficilis, quaque est via nulla, feruntur.
Ille fugit, per quæ fuerat loca sæpe secutus.
Heu famulos fugit ipse suos! clamare libebat,
Actæon ego sum: dominum cognoscite vestrum.

nigris, et Lacon fortissimus, et Aëllo valens cursu, et Thous, et celer Lycisca cum fratre Cyprio, et Harpalus distinctam habens frontem atram a candido medio, et Melaneus, et Lachne hispido corpore, et Labros, et Agriodos sati patre Dictæo, sed matre Laconica, et Hylactor vocis acutæ, et quos longum est memorare. Ea caterva ruunt desiderio prædæ per saxa, et præruptas rupes, et petras inaccessas, qua iter asperum, et qua nullum datur. Ille erumpit per loca per quæ sæpe fuerat secutus cervos. *Heu, ipse vitat ministros suos! Volebat vociferari, Ego sum*

217 *Nepte* pro *Sticte* Berolin.—222 Berolin. *et Meneus.*—225 Unus Heins. *Quasque ;* alii *Quosque.*—227 *Qua via diffic.* sec. Pal. vulgo *Quaque est difficilis.* Ceteri etiam legunt *sequuntur* pro *feruntur.*—228 In Libr. Abbat. *Heu fugit ille suos comites.* Alii etiam *ille* pro *ipse.*—230 De hoc versu Heins. ‘ Non

NOTÆ

Sticte] Id est Picta; a στίζω, *distinguo, pungo.*

Tigris] Tigridi velocissimæ feræ similis.

Alce] Robusta.

218 *Leucon*] Albus. Etymologiam ipse Naso indicavit.

Asbolus] Fuliginosus.

219 *Lacon*] Sonans, crepans; a λακέω. Vel a patria Laconia.

Aëllo] A procella; quod impetuose ferretur.

220 *Thous*] Thos, is, inquit Plinius, lupi est genus ceteris procerius, crurumque levitate dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini, per hyemes hirtum, æstate nudum. Atque ab eo luporum genere huic cani nomen videtur datum.

Lycisce] Canis est generis, vel formæ lupinæ.

222 *Harpalos*] Rapax.

Melaneus] Niger.

Lachne] Hirsuta. Etymologiam poëta ipse ad verbum expressit: *Lachnæ* enim lanugo est, seu villorum densitas.

223 *Dictæo*] Cretensi.

224 *Labros*] Avidus, Vorax, Vehemens, Rapidus.

Agriodos] Dente agresti aut feroci, vel, agrestibus viis, aptus, scilicet.

Hylactor] Latrator.

Verba animo desunt: resonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit:
Proxima Theridamas; Oresitrophos hæsit in armo.
Tardius exierant, sed per compendia montis
Anticipata vi. est. Dominum retinentibus illis
Cetera turba coit, confertque in corpore dentes.
Jam loca vulneribus desunt. Gemit ille, sonumque,
Et, si non hominis, quem non tamen edere possit
Cervus, habet: mœstisque replet juga nota querelis:
Et genibus supplex pronis, similisque roganti,
Circumfert tacitos, tanquam sua brachia, vultus.
At comites rapidum solitis hortatibus agmen
Ignari instigant, oculisque Actæona quærunt;
Et velut absentem certatim Actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert: ut abesse queruntur,

Actæon, agnoscite dominum vestrum. Voces destituunt mentem, aër personat latratibus. Prima Melanchætes plagam impegit dorso: dein Theridamas; Oresitrophus corripuit humerum. Serius prodierant, sed iter præoccupatum est per compendia montis. Illis cohibentibus dominum cetera turba convenit, et confert dentes in corpore. Jam loca desunt ad plagas. Ille ducit suspiria, et reddit sonum, si non etiam hominis, quem tamen cervus nequeat reddere; et implet cacumina cognita gemitibus lugubribus: et procumbens in genua positu et similis precanti circumflectit faciem silentem tanquam sua brachia. At comites nescii irritant turbam infestam assuetis ululatibus, et lustrant Actæonem oculis, et vociferantur certatim Actæonem tanquam absentem. Ille reflectit caput ad nomen; dolent tanquam longe

magis Nasonis est, quam meus. Agnoscunt tamen libri veteres. Eo sublato, omnia erunt concinniora.'—233 Unus Pal. *Onesitrophos.*—234 Med. Bas. et unus Heins. *Tardius exierat;* Ms. Bersm. *accelerant.*—235 *Ancipitata* multi et meliores vett. vulgo *Præcipitata.*—236 Jun. *conduntque in corpora.*—239 Unus Strozzæ *mœstisq. replens.*—240 Berolin. *pronis supplex.* Tres libri *gen. fusis pronus:* unus Med. *supp. flexis. Positis* pro *pronis* habet Bonon. pro var. lect.—242 In Dominic. *solitis clamoribus;* in quibusdam *latratibus.*—

NOTÆ

232 *Melanchætes*] Jubam et pilos habens nigros.

233 *Theridamas*] Feras domans.

Oresitrophus] In montibus nutritus.

234 *Exierant*] Actæonem in cervum mutatum post alios canes sequi cœperant.

Compendia] Id est, per vias compendiosas. Contrarium appellavit Lucanus 'dispendia sylvæ.'

242 *Comites*] Qui cum Actæone fuerant.

Hortatibus] Lego *latratibus.* Clamoribus latrantium canum haud absimilibus suorum multitudinem hortabantur Actæonis comites.

Nec capere oblatæ segnem spectacula prædæ.
Vellet abesse quidem; sed adest: velletque videre,
Non etiam sentire, canum fera facta suorum.
Undique circumstant: morsisque in corpore rostris
Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi.
[Nec nisi finita per plurima vulnera vita
Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ.]

Fab. III. Juno in Anum.

Juno suspectam Semelen Cadmi et Harmoniæ filiam cum haberet, quod cum Jove concubuisset, in anum conversa, ut se fallacia sine invidia cujusquam ulcisceretur, ad eam venit, persuadetque ei, ne alio Jovem apparatu recipiat ad cubile, quam quo solitus sit apparere Junoni; quo, ut illius auctoritas gravis, proinde ipsius concubitus insignis esset. Quod cum impetrasset a cupiente, Deus instructus tonitribus ac fulminibus, domum Semeles ingressus est: tecta ejus deceptæ optatis flammis adurit, Liberumque conceptum utero gravidæ incendio eripit, ac femore insuit suo. Postea completis mensibus, Nymphis, quæ Nysam montem Indiæ perfrequentarent, clam tradidit nutriendum.

Rumor in ambiguo est: aliis violentior æquo
Visa Dea est: alii laudant, dignamque severa
Virginitate vocant. Pars invenit utraque causas.
Sola Jovis conjux non tam culpetne probetne
Eloquitur, quam clade domus ab Agenore ductæ

esset, et quiat ardus non se oblectaret spectaculo prædæ oblatæ. Optaret quidem longe esse, sed præsens est, et cuperet spectare, non etiam sentire, sævum impetum canum suorum. Sunt undique circumfusi, et rictibus fixis in corpore dilaniant dominum sub specie falsi cervi: neque ira Dianæ pharetratæ dicitur expleta, nisi vita exhausta per plurimas plagas.

III. *Fama est dubia; Dea credita est ultra modum severa nonnullis; alii celebrant, et appellant dignam rigida virginitate: pars utraque nititur rationibus. Sola uxor Jovis non tam dicit arguatne, an laudet, quam lætatur damno domus*

245 Heins. *ut abesse* suadet; alii *et*.—246 Exc. Cant. et unus Med. *capere optatæ*.—250 Nonnulli *Dilacer. falsa*.—254 Bersm. *dignumq*.—255 Voss.

NOTÆ

250 *Dilacerant*] Præda ipse est ineptæ voluptatis, quisquis unius voluptatis causa prædam insequitur.

256 *Sola*] Pertinet istud ad fabulæ sequentis connexionem.

257 *Domus*] Ex qua Actæon fuit; nam Antonoën Cadmi filiam matrem habuit, Cadmum vero Agenoris filium antea vidimus.

Gaudet: et a Tyria collectum pellice transfert
In generis socios odium. Subit ecce priori
Causa recens; gravidamque dolet de semine magni
Esse Jovis Semelen. Tum linguam ad jurgia solvit.
Effeci quid enim toties per jurgia? dixit.
Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Juno
Rite vocor, perdam; si me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet; si sum regina, Jovisque
Et soror et conjux: certe soror. At puto, furto est
Contenta: et thalami brevis est injuria nostri.
Concipit; id deerat: manifestaque crimina pleno
Fert utero: et mater, quod vix mihi contigit uni,

ortæ ab Agenore; et transportat odium natum ab adultera Tyria in cognatos. Ecce nova causa accedit præcedenti, et iniquo animo patitur Semelen esse prægnantem de semine magni Jovis. Tum os aperit ad rixas. Quid vero, ait, promovi toties per rixas? Ipsa est mihi appetenda; ipsam perimam, si vere dicor maxima Juno; si me decet tractare dextra sceptra splendentia; si sum regina, et soror et uxor Jovis: certe soror. At credo, expleta est furto; et injuria nostri cubiculi est parva. Concipit; id aberat: et gestat ventre intumescente culpam apertam; et, tanta est confidentia pulchritudinis, vult esse mater de Jove, quod vix mihi uni evenit;

Virgin. probant.—256 Quidam scripti et Bersm. *culpetve probetve.*—260 Heidelb. *de sanguine.*—261 Heins. hoc hemistichium *Tum linguam, &c.* suspectum habebat, et conj. *quid linguam a. j. solei* vel *solvo?* deleto vs. seq. quem Latinum non putabat, nisi legeretur, *tot io per jurgia.* Bothius Vind. Ovid. vult *Dum ling.* alii *cum.*—262 *Effeci* Burm. ex Fr. dedit, quia venustius ei videbatur vulgato, *profeci.*—264 Alter R. *Jure vocor.* Heidelb. *et si.*—266 Quoniam *τὸ est* a multis præstantioribus abest, propterea Heins. v. seq. et mallet *contentam;* idque repertum est in Fr. a manu prima. Tum Burm. etiam suadet,

NOTÆ

258 *Tyria*] Europam dicit, Agenoris filiam.

261 *Semelen*] Quam ante Cadmi filiam diximus, Bacchi matrem.

Tum linguam] Primo Jovem jurgio adoriri cupit Juno, quod statim, ut irátorum et sui impotentium mos est, improbat, volens ipsa Semelen dolo perdere.

263 *Ipsa*] Semele, scil. pellex.

266 *Certe soror*] Quasi se non conjugem dicat irata.

Puto, furto] Id est, forsitan cum Jove semel concubuisse Semele contenta est. Quod quidem, ut fortius neget, non sine amarissima ironia proponit.

268 *Deerat*] Ultimum innuit esse opprobrium Juno, quod sibi oblatæ injuriæ perpetuos indices Semele in lucem proferat.

Manifestaque] Bacchum dicit puerum, quo Jovis et Semeles adulteria manifesta fiebant. Argute vero manifesta dicit, quæ utero inclusa.

269 *Vix*] Martem, Vulcanum et Heben Jove et Junone, quidam Junone sola, ortos scripserunt. Bene

De Jove vult fieri : tanta est fiducia formæ.
Fallat eam faxo : nec sum Saturnia, si non
Ab Jove mersa suo Stygias penetrarit in undas.
Surgit ab his solio ; fulvaque recondita nube
Limen adit Semeles. Nec nubes ante removit,
Quam simulavit anum : posuitque ad tempora canos :
Sulcavitque cutem rugis : et curva trementi
Membra tulit passu : vocem quoque fecit anilem.
Ipsaque fit Beroë, Semeles Epidauria nutrix.
Ergo ubi, captato sermone, diuque loquendo,
Ad nomen venere Jovis ; suspirat : et, Optem
Jupiter ut sit, ait : metuo tamen omnia. Multi

faxo eam decipiat : nec sim Saturno orta, si non descendat in aquas infernas deturbata ab Jove suo. Dein descendit solio ; et velata furva nube accedit ad ædes Semeles. Neque ante discussit nubes, quam formam induit anus, et affixit temporibus crines albos : et divisit cutem rugis, et portavit artus flexos, aut incessit *gressu tremulo, finxit insuper vocem anilem. Mutatur in ipsam Beroën, Semeles nutricem Epidauriam. Postquam igitur, colloquio quæsito, et diu confabulando venerunt ad nomen Jovis, gemit ; et, Velim, inquit, ut sit Jupiter : tamen omnia*

at thalami.—271 Alii *nec sim Sat.* ‘ Simplicius et gravius’ inquit D. Heins. quod in Pal. *nec sum Saturnia, si non De Jove mersa suo Stygias penetrabit ad undas.*—273 Unus *furvaque* (quod et Heins. conj.), alius *flavaque*, rursus alius *fuscaque ;* quas lectiones omnes defendi posse monet Burm.—275 Quidam *similavit ;* sed vide supr. v. 158. Alii *in vertice canos.*—276 Nonnulli *curva rigenti.*—277 *Passu* vett. plerique ; alii *gressu.*—278 Med. unus ex melioribus

NOTÆ

itaque se vix de Jove matrem esse dicit.

Uni] Atqui pluribus de Jove matres esse contigit : adeoque non quod est, sed quod esse deberet, zelotypia commota, et pellices, quasi non essent, contemnens, superba Juno protulit.

270 *Tanta est*] Exclamatio est ex indignatione.

271 *Fallat*] Jupiter, scil.

Nec sum] Non amplius Saturni filia dici, aut eo honore frui mereor.

272 *Suo*] Tam perdite amato.

Stygias] Id est, Infernas : nam Styx Inferorum est palus. Pellici ab ipso Jove ruinam minitatur.

275 *Canos*] Cani appellantur simpliciter albi senum capilli.

276 *Sulcavit*] In sulcorum modum frontem contraxit, ut vetula videretur.

278 *Ipsaque fit*] Id est, tam accurate nutricis quæcumque essent omnia imitatur, ut ea esse videatur.

Epidauria] Ex Epidauro, Argolidis in Peloponneso urbe, Æsculapii templo nobili.

279 *Captato sermone*] Ille captare sermonem dicitur, qui blande aliquem ad colloquium aut familiarem sermocinationem allicit.

Nomine Divorum thalamos subiere pudicos.
Nec tamen esse Jovis satis est: det pignus amoris;
Si modo verus is est: quantusque, et qualis ab alta
Junone excipitur; tantus, talisque rogato
Det tibi complexus: suaque ante insignia sumat.
Talibus ignaram Juno Cadmeida dictis
Formarat. Rogat illa Jovem sine nomine munus.
Cui Deus, Elige, ait: nullam patiere repulsam.
Quoque magis credas; Stygii quoque conscia sunto
Numina torrentis; timor et Deus ille Deorum.
Læta malo, nimiumque potens, perituraque amantis
Obsequio Semele, Qualem Saturnia, dixit,
Te solet amplecti, Veneris cum fœdus initis,

reformido. Plurimi Deorum titulo subierunt casta cubicula. Neque etiam satis est esse Jovem: conferat pignus amoris, siquidem saltem is est verus; et orato, ut veniat in tuos amplexus quantus et qualis recipitur ab excelsa Junone, et accipiat prius sua insignia. Juno ejusmodi verbis nesciam filiam Cadmi imbuerat. Illa petit a Jove donum, quod non indicavit. Ad quam Deus respondit, Elige; nullam feres repulsam. Et quo magis fidem adhibeas, numina fluvii Stygii sint etiam testes, ille Metus et Deus Deorum. Semele gestiens damno, et nimium valens, et interitura obsequio amantis, Præbe te, inquit, mihi talem qualem filia Saturni con-

fit; vulg. *erat.*—280 Alii *et*, *Opto.*—282 *Subiere* habent sex Mss. in quibus Francof. unde Burm. recepit: plerique *iniere.* Eadem varietas IV. 328.—283 *Jovis* est e duobus Med. et uno A. alii *Jovem.* Berolin. habet *Nec t. e. Jovem s. e. d. tibi p. a;* unde Bothius Vind. Ovid. vult *N. t. esse Jovem sat: det tibi, &c.*—290 Sec. Med. *conscia sint o.*—291 Unus Bonon. *Tremor et Deus.* Heidelb. habet *Deorum est.*—292 Bonon. et alius cod. *Læta mali;* alius *ma-*

NOTÆ

283 *Nec tamen*] Quam optime, et ex garrulæ aniculæ ingenio secta hæc verba!

286 *Insignia*] Fulmen, scilicet, et quæcumque deinceps enumerat Poëta.

287 *Cadmeida*] Semelen Cadmi filiam.

Dictis formarat] Id est, ita imbuerat, ut eadem sequi constituisset.

Sine nomine] Id est, tacito quid cuperet.

290 *Stygii*] Jam sæpe de ista Inferorum palude, quam Diis ipsis vio lare nefas.

291 *Timor et Deus*] Voluerunt nonnulli Deum a timore Græcis dictum, quia, ut et scripsit Papinius, ‘ Primus in orbe Deos fecit timor.’ Ast illud equidem quanquam apud multos verum, est tamen impium; siquidem magis amandus quam metuendus, qui natura Bonus, immo tantum Bonus, et Bonum Summum est.

292 *Malo*] Quod quidem boni sub specie intuebatur, sese ideo efferens, quod votis suis quibuscumque Jupiter indulgeret.

Da mihi te talem. Voluit Deus ora loquentis
Opprimere: exierat jam vox properata sub auras.
Ingemuit: neque enim non hæc optasse, neque ille
Non jurasse potest. Ergo mœstissimus altum
Ætbera conscendit; nutuque sequentia traxit
Nubila: quis nimbos, immixtaque fulgura ventis
Addidit, et tonitrus, et inevitabile fulmen.
Qua tamen usque potest, vires sibi demere tentat.
Nec, quo centimanum dejecerat igne Typhoëa,
Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo.
Est aliud levius fulmen; cui dextra Cyclopum
Sævitiæ, flammæque minus, minus addidit iræ:
Tela secunda vocant Superi. Capit illa; domumque
Intrat Agenoream. Corpus mortale tumultus
Non tulit ætherios; donisque jugalibus arsit.

suevit te complecti, cum venitis ad gaudia Veneris. Deus voluit occludere os loquentis: jam vox expedita exierat in aërem. Suspirarit: neque enim illa *potest non vovisse ista, neque ille non sacramento confirmasse. Igitur tristissimus petit supremum cœlum, et corripuit nutu sequaces nubes, quibus adjecit nimbos, et fulgura immixta ventis, et tonitrua, et fulmen ineluctabile. Nititur tamen sibi tollere vires quantum potest: neque instruitur ea flamma, qua deturbaverat centimanum Typhœum; nimia* erat *sævitia in illa. Est aliud fulmen mitius, cui dextra Cyclopum minus apposuit rigoris et ignis et minus excandescentiæ: Dii appellant, Secunda fulmina. Sumit illa; et subit domum Agenoris. Corpus morti obnoxium non potuit pati tempestatem ætheriam, et flagravit muneribus jugalibus. Fœtus adhuc*

---

lis.—296 Voss. *Deprimere.* Plurimi Codd. *per auras.*—297 Heidelb. *nec ille.*—299 Vulg. *vultumque;* alii *vultusq.* multi ex melioribus *vultuq.* Heins. ex uno antiquiore dedit *nutuq.*—300 Lovan. *permixtaque.*—302 In vett. *Quo tamen:* Gebhard. Crepund. I. 12. *Quam tamen,* et glossa *in quantum:* Ms. Bersm. et pr. Gron. *quantumcumque.*—304 Berolin. *Nunc armatus:* et idem cum Heidelb. *in illo est.*—308 9 Hos versus ita Berolin. exhibet, *Intrat A.*

NOTÆ

303 *Typhoëa*] Fuit Typhoëus gigas immanis, vertice cœlum pertingens, centum draconum capitibus ex humeris pullulantibus, luminibus igneis, ore flammas eructante, aliisque rebus terribilis; quem bello adversus Superos congredi ausum Jupiter tandem prostravit, insulaque Sicilia obruit.

305 *Aliud*] Varia de fulmine scripserunt Physici, quorum nonnulla refert Plinius naturalis historiæ l. II. 51. quæ, si lubet, apud illum legere poteris.

Cyclopum] Vulcani in fabricandis fulminibus ministrorum.

308 *Agenoream*] Semeles, cui avus fuit Agenor.

Tumultus] Ex fulmine et reliquo Jovis apparatu.

309 *Donis jugalibus*] Fulmine, ite-

Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
Eripitur, patrioque tener (si credere dignum)
Insuitur femori; maternaque tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. Inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluere suis; lactisque alimenta dedere.

immaturus extrahitur ab utero matris, et, si credere fas est, tener insuitur femori patris, et absolvit tempora matris. Ino matertera clam illum educit primis cunis: deinde Nymphæ Nyseides abdiderunt traditum suis specubus, et præbuerunt lac in alimentum.

donisque jugalibus arsit. N. t. æth. corpus mortale tumultus; quod Bothius probat modo pro *non* v. 309. *nec* legatur.—311 Thysianus *Eripitur patrioque.* Alii *dig-*

NOTÆ

rum, aliisque supra recensitis, quæ amoris testimonia Semele a Jove expetierat.

310 *Infans*] Bacchus, scil.

312 *Materna*] Decem menses Lunares; quam diu in utero materno, ut plurimum, fœtus fovetur.

313 *Ino*] Quam ante Semeles sororem, Cadmi filiam, vidimus.

314 *Nyseides*] Plures Bacchi, plures Nysæ urbes fuerunt; ex quo in unum congestas Græcorum fictiones ad aliquam veritatis speciem difficile sit reducere. Plinius Nysam Indiæ montem indicat, quem Strabo et Ælianus Meron, id est, *femur*, vocitant ad cujus radices Urbs Nysa. Cum vero in illo monte Bacchum nutritum fuisse fabulata sit antiquitas, atque ille Jovi mons sacer fuerit, non abs re hinc Græcos mentiendi licentiam traxisse credideris, ut in Jovis Mero seu femore Bacchum suum nutritum fuisse dixerint. Nolunt alii, qui plures fuisse Bacchos non cogitant, tam longe abstractum, quem in Græcia natum autumant; adeoque nympharum antrum in Parnassi altero vertice Nysa nomine collocant; quem Baccho sacrum nonnulli scripserunt. Alii in Heliconis, aut Citheronis quæsiverunt. Lucianus, alii aliter, qui et diversas Baccho assignant nutrices. Ut ut sit, a Jove patre et Nymphis istis aut monte quem incoluerunt ipsi Baccho nomen Dionysus aut Dionysius datum est, ut quidem nonnullis placet. Fabulæ sensum quod attinet, Semelen vitem esse volunt, cujus filius vinum, quod Jovis et caloris beneficio, primo in ipsa vite, deinde in dolio, maturescat, Nymphis traditum dicunt, ut aqua diluendum merum significetur. Pleraque tandem quæ in natura vel historia fundamentum non habent ad mores detorquent: quod quidem haudquaquam difficile. Videsis, inter ceteros, Natalem Comitem; et, si forte monitore eges, cave ultra quam satis est figmentis pondus addas. Hactenus probavero fabulam, quoad oblectando, crassiori sub forma, et ad sensus movendos efficaciori, tardas et cæcas hominum mentes ipso eorum vitio ad virtutem et scientiam pellicit. Ineptum vero fuerit fabulam sine fabula quærere; vel, quod idem est, veritatem ab ipso velamine non distinguere: quod tamen male perspicaces nonnulli factitant, candela Solem accendentes.

Fab. IV. Tiresias in Fœminam.

Jupiter cum Junone jocosius, omissis omnibus jurgiis, referens in conjunctione majorem capere fœminas, quam viros, voluptatem ; Tiresiam judicem adeundum censuit, qui utramque naturam maris et fœminæ fuerat expertus. Nam quodam tempore cum serpentes concubitu hærentes baculo percussisset, in mulierem versus fuerat, ac rursus proximo vere, eadem usus ratione ac tactu, in virum cesserat. Qui cum Jovis sententiam tutatus esset, damnata Juno lusum in iracundiam vertit : ac Tiresiam luminibus orbavit. Pro qua injuria, quod majus esset, Jupiter futurorum scientiam ei tribuit.

Dumque ea per terras fatali lege geruntur;
Tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi;
Forte Jovem memorant, diffusum nectare, curas
Seposuisse graves, vacuaque agitasse remissos
Cum Junone jocos : et, Major vestra profecto est,
Quam quæ contingat maribus, dixisse, voluptas.
Illa negat. Placuit, quæ sit sententia docti,
Quærere, Tiresiæ. Venus huic erat utraque nota.

iv. *Et dum ea fiunt lege fatali per terras, et incunabula Bacchi bis geniti sunt secura ; Jovem dicunt delibutum nectare dimisisse curas asperas, et otiose lusisse cum otiosa Junone, et dixisse, Sane vestra gaudia sunt majora, quam quæ eveniunt maribus. Illa diffitetur. Convenerunt petere quod sit judicium docti Tiresiæ. Utraque voluptas*

num est.—314 Berolin. *Nymphæ Nereides.*—316 Unus *per Thebas*, quod Heinsio non displicebat. Thuaneus et decem alii *lege feruntur:* Heins. malebat *reguntur.*—319 In uno Ciofani, Dominic. et Abbat. *Deposuisse graves.*—320 In Heidelb. *est* omittitur.—321 Vulgo *quæ contingit ;* quinque *contingat ;*

NOTÆ

317 *Bis*] Semel ex matris utero, deinde ex Jovis femore ; unde et Dithyrambus dictus.

319 *Remissos*] Id est, qui remissorum sunt et otio abundantium.

322 *Docti*] Utpote experti, quod mox patebit.

323 *Tiresiæ*] Vates fuit Thebanus Everi filius, quem nonnulli ideo excæcatum volunt quod Palladem nudam vidisset. A Pallade autem vel a Junone damnum istud acceperit ; certe divinis rebus mortales sese immiscere, aut terrenis oculis eas velle intueri, exemplo suo dehortabitur. Non potest lumen sine lumine, nec Sol sine Sole videri : atque adeo a summo patre luminum tum demum internus mentis oculus ad cœlestia illustratur, cum externus propriis, Deo repugnantibus, et perversis tenebris potius quam luce, fuit spoliatus.

Venus] Vel quæ ab ea in utroque sexu voluptas.

Nam duo magnorum viridi coëuntia sylva
Corpora serpentum baculi violaverat ictu:
Deque viro factus (mirabile) fœmina, septem
Egerat autumnos. Octavo rursus eosdem
Vidit: et, Est vestræ si tanta potentia plagæ,
Dixit, ut auctoris sortem in contraria mutet:
Nunc quoque vos feriam. Percussis anguibus îsdem
Forma prior rediit, genitivaque rursus imago.
Arbiter hic igitur sumtus de lite jocosa,
Dicta Jovis firmat. Gravius Saturnia justo,
Nec pro materia fertur doluisse: suique
Judicis æterna damnavit lumina nocte.
At Pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fecisse Deo) pro lumine ademto
Scire futura dedit: pœnamque levavit honore.

erat ei perspecta. Nam vulneraverat virente nemore baculo duo corpora coëuntia magnorum anguium, et mutatus in fœminam de masculo (stupendum) traduxerat septem Autumnos. Rursus octavo intuitus est eosdem: et, inquit, Si tanta est vis vestri vulneris, ut fugat sortem auctoris ejus *in opposita, nunc quoque vos percutiam. Serpentibus iisdem verberatis, forma pristina rediit, et species nativa successit. Hic ergo judex lectus de jurgio jocoso; confirmat sententiam Jovis. Filia Saturni dicitur tulisse iniquius nec pro causa: et addixit oculos sui arbitri tenebris æternis. At pater omnipotens (nam nefas est cuiquam Deo rescinderè facta* cujusquam *Dei) dedit nosse futura pro oculis sublatis, et minuit supplicium honore.*

novem *contigerit.*—328 Unus Heins. *Vidit, et esto vestræ si t. p. p. est;* unde ipse fingit *Vidit, et o vestræ si tanta potentia plagæ.* Berolin. etiam *o vestræ.*—329 Bernegg. *ut auctori.*—330 Bas. *Nunc quoque percutiam, percussit, &c.*—331 Gron. *genuaque;* unde Heins. conj. *genuinaque.* Vulgo *venit imago;* tres

NOTÆ

327 *Autumnos*] Per septem annos mansit fœmina.

328 *Vestræ*] Cum violati fuistis.

329 *Contraria*] Atque ex mari fiat fœmina, et ex fœmina mas. Qua in fabula latere aliquid magni suspicor.

331 *Genitiva*] Qua natus Tiresias.

334 *Nec pro materia*] Quia jocosa erat.

Fab. V. Echo in Liquorem.

Liriope Nympha ex amne Cephiso procreavit Narcissum, cui Tiresias Everi filius omnia prospera responso pollicitus est, si pulchritudinis suæ nullam habuisset notitiam. Hunc igitur Echo cum diligeret, neque ullam viam potiundi inveniret; cura et solicitudine juvenis, quem extremis vocibus persequebatur fugientem, extabuit, ejusque reliquiæ corporis in lapidem conversæ sunt: quod ei incidit Junonis ira: quia garrulitate sua eam sæpe esset morata, ne Jupiter in montibus persequens Nymphas manifesto deprehendi posset. Fertur Echo, filia Junonis, ob deformitatem montibus recondita, nequid ejus præter vocem inspici posset: quæ tamen post obitum auditur.

Ille per Aonias, fama celeberrimus, urbes
Irreprehensa dabat populo responsa petenti.
Prima fide vocisque ratæ tentamina sumsit
Cœrula Liriope: quam quondam flumine curvo
Implicuit; clausæque suis Cephisos in undis
Vim tulit. Enixa est utero pulcherrima pleno
Infantem, Nymphis jam nunc qui posset amari;
Narcissumque vocat. De quo consultus, an esset
Tempora maturæ visurus longa senectæ:

v. *Ille notissimus fama per urbes Aonias reddebat certa oracula populo petenti. Cærulea Liriope prima tentavit fidem vocis certæ; quam* Liriopen *Cephisus olim clausit amne obliquo, et vitiavit implicitam in suis aquis. Formosissima emisit ventre gravido puerum, qui jam tum posset amari a Nymphis, et appellat Narcissum: de quo vates fatidicus interrogatus an esset venturus ad tempora longa ma-*

rursus imago; in multis *redit*, unde Heins. *reddita imago.*—341 Mss. Ciofani *vocisque datæ.*—342 Multi *Candida Liriope.*—343 Aliquando *Cephisus*, vel *Cephissus* scribitur.—344 Unus Heins. *Ex utero misit pulch.*—345 Vulg. *In-*

NOTÆ

339 *Aonias*] Bœotias: est enim Aonia Bœotiæ regio montana, ab Aone Neptuni filio, qui illic imperavit, sic dicta; quæ pro Bœotia tota persæpe sumitur.

341 *Ratæ*] Cujus responsa rata et certa essent.

342 *Liriope*] Nympha fuit Oceani et Tethyos filia, a Cephiso Bœotiæ fluvio compressa, unde et Narcissi Cephisii mater facta est. A lilio autem apud Græcos Narcissi matri congruum nomen habuit.

Curvo] Sinuosus vero admodum in tabulis nostris pingitur Cephisus, cujus cursus modo in Orientem, deinde Septemtrionem, omnes denique mundi partes flectitur.

346 *Narcissum*] Quasi cito marcescentem: nugæ. Etymologia est

Fatidicus vates, Si se non viderit, inquit.
Vana diu visa est vox auguris. Exitus illam,
Resque probat, letique genus, novitasque furoris.
Jamque ter ad quinos unum Cephisius annum
Addiderat: poteratque puer, juvenisque videri.
Multi illum juvenes, multæ cupiere puellæ.
Sed fuit in tenera tam dira superbia forma;
Nulli illum juvenes, nullæ tetigere puellæ.
Aspicit hunc, trepidos agitantem in retia cervos,
Vocalis Nymphe; quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat: et tamen usum
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat;

turæ senectutis, respondit, Si se non viderit. Responsum vatis creditum est diu inane: eventus et res illud confirmat, itemque genus mortis, et novitas amoris. Jamque filius Cephisi adjecerat unum annum ad decimum quintum, et poterat videri puer et adolescens. Multi adolescentes, multæ virgines illum exoptarunt. Verum ferocitas fuit usque adeo crudelis in tenera pulchritudine, ut nulli adolescentes, nullæ virgines illum moverint. Echo sonora, Nympha garrula, quæ neque didicit silere ad loquentem, neque prior loqui, hunc vidit agentem pavidos cervos in plagas. Echo erat adhuc corpus, non sonus, et tamen loquax nullum alium habebat

---

fant. Nymphe, alii *Nympha*. Alii etiam *jam tunc*, et *tum*. In Dominic. *qui tunc quoque possit:* Berolin. *qui jam nunc posset.*—348 *Viderit* Bernegg. Cant. aliique multi: vulg. *noverit.*—351 *Jamque ter* Ms. Rogerii Twisden. alii *Nam quater;* quædam Edd. *Namque ter ad quinos.* Plerique vett. *Cephisius;* pr. Med. et duo alii *Cephiseos.*—353 *Cupiere*, teste Heins. meliores omnes; alii *petiere.*—354 Alii pro *dira* habent *dura;* Heidelb. *vasta. Dira* non improbat Burm. quia *tetigere* sequitur, pro quo tamen alii *flexere.* Idem verba *fuit... forma* per parenthesin adjecta putat.—359 Heidelb. *at tamen.*—362 Multi

NOTÆ

Græca. Quanquam verum et de flore et de juvene Narcisso, quod cito marcescant.

348 *Si se non viderit*] Quia postquam se vidit, sui ipsius cæco amore contabuit. Quale periculum quotusquisque effugit? Quanquam tamen vera sui cognitio, sui odium, deinde sapientiam parit.

351 *Jamque ter*] Adeoque annos natus 16.

352 *Poteratque*] Et puer et juvenis erat; neuter, sed utriusque particeps.

357 *Vocalis Nymphe*] Echo est garrula, inanis jactantiæ symbolum, quam spernit quilibet.

359 *Corpus*] Quia illi non corpus sed vocis usus a Junone ademtus; quod jam narrabit Poëta.

Non vox] Echo dicitur sonus repercussus, aut vox quam reddunt loca quædam concava. In ejusmodi vocem nondum transmutatam fuisse dicit Echo nympham; cum tamen oris non alium usum haberet, quam habet nunc, nec prior loqui, sed ultima verba tantum referre posset.

Reddere de multis ut verba novissima posset.
Fecerat hoc Juno; quia, cum deprendere posset
Sub Jove sæpe suo Nymphas in monte jacentes,
Illa Deam longo prudens sermone tenebat,
Dum fugerent Nymphæ. Postquam Saturnia sensit;
Hujus, ait, linguæ, qua sum delusa, potestas
Parva tibi dabitur, vocisque brevissimus usus.
Reque minas firmat. Tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat voces: auditaque verba reportat.
Ergo ubi Narcissum, per devia lustra vagantem,
Vidit, et incaluit, sequitur vestigia furtim.
Quoque magis sequitur; flamma propiore calescit.
Non aliter; quam cum summis circumlita tædis
Admotam rapiunt vivacia sulfura flammam.
O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces! natura repugnat;
Nec sinit incipiat. Sed, quod sinit, illa parata est
Expectare sonos, ad quos sua verba remittat.
Forte puer, comitum seductus ab agmine fido,

usum oris quam nunc obtinet, ut posset repetere ultimas voces de multis. Junó istud fecerat; quia cum posset sæpe corripere Nymphas stratas sub Jove suo in collibus, illa de industria remorabatur Deam prolixa oratione, donec Nymphæ sese subducerent. Postquam Saturnia advertit, Potestas, inquit, hujus linguæ, qua ego sum decepta, exigua tibi concedetur, et usus vocis brevissimus. Et certas facit minas re ipsa. Hæc tamen iterat verba in fine sermonis, et reddit voces acceptas. Cum vidit igitur Narcissum errantem per sylvas invias, et amore correpta est, furtim legit gressus. Et quo magis sequitur, igne ardentiore uritur; non secus ac cum viva sulfura circumducta extremis tædis corripiunt ignem appositum. O quoties subiit admovere se suavibus verbis, et addere blandas preces! Natura negat, nec patitur tentet: sed quod fert, illa instituit expectare voces, ad quas reddat suos sonos. Forte adolescens digressus a turba fideli comitum dixerat, Ecquis hic est?

scriptorum *quæ cum;* unde Heins. *quæ ne depr.* Exe. Langerman. *deprendere vellet.*—363 Scripti quinque *Cum Jove.*—365 Vulg. *hæc Saturn.* Heidelb. *hoc.* —366 Multi Codd. *sum decepta;* Genevensis *detenta.*—368 Bothius Vind. Ovid. pro *tamen* mallet *tantum.*—369 Mediolan. *verba reponit;* duo alii *retentat.*—370 *Lustra* pr. Mor. et unus Med. alii *rura.*—373 Pr. Med. *summ. circumdata;* Leid. a m. pr. *circumdita.*—374 Alii *Admotas...flammas.* Nonnulli etiam *capiunt.* Pro *vivacia* alter Leid. *per inania.*—375 Alii *Ah quoties,* vel *quoties.*—376 Unus *tentare preces.* In quibusdam *natura recusat.*—377 Leid. Thuan. et alius *quos sinit.*—379 Gebhard. Crepund. II. 9. legit, ex Mss. *co-*

NOTÆ

363 *Monte*] Sæpissime vero in montibus Echo resonat.

379 *Puer*] Narcissus, scil. quem potius puerum amatorie nominat,

Dixerat, Ecquis adest? et, Adest, responderat Echo. 380
Hic stupet: utque aciem partes dimisit in omnes;
Voce, Veni, clamat magna. Vocat illa vocantem.
Respicit: et nullo rursus veniente, Quid, inquit,
Me fugis? et totidem, quot dixit, verba recepit.
Perstat: et alternæ deceptus imagine vocis; 385
Huc coëamus, ait: nullique libentius unquam
Responsura sono, Coëamus, retulit Echo:
Et verbis favet ipsa suis; egressaque sylvis
Ibat, ut injiceret sperato brachia collo.
Ille fugit: fugiensque, Manus complexibus aufer: 390
Ante, ait, emoriar, quam sit tibi copia nostri.
Retulit illa nihil, nisi, Sit tibi copia nostri.
Spreta latet sylvis: pudibundaque frondibus ora
Protegit: et solis ex illo vivit in antris.
Sed tamen hæret amor; crescitque dolore repulsæ. 395
Attenuant vigiles corpus miserabile curæ:

et Echo retulerat Hic est. Hic miratur; et postquam oculos vertit in omnes partes, vociferatur voce elata, Veni: illa arcessit arcessentem. Respicit; et cum nullus adesset, Quamobrem, ait, me vitas? et repetiit tot voces quot protulit. Pergit; et delusus similitudine soni reciproci, Huc, inquit, jungamur: et Echo nulli unquam voci libentius responsura respondit, Jungamur: et ipsa obsequitur suæ voci, et egressa sylvis ibat, ut immitteret lacertos collo sperato. Ille exsilit, et fugiens, Tolle, inquit, manus ab amplexu; prius peream, quam me potiaris. Illa nihil respondit, nisi, Me potiaris. Contemta se abdit sylvis, et verecunda occulit ora foliis, et ab eo tempore *ætatem agit in speluncis. Sed tamen amor restat, et augetur indignatione repulsæ. Soliciludo assidua minuit luctuosum*

---

mitum divisus. Heidelb. *seductus ad agmina.*—380 Vulg. *Hic quis adest?* In V. et uno Ma. et uno Ciofani *Et quis adest?*—381 Berolin. *atque aciem. Dimisit* vel *dimittit* scripti: quædam Edd. *admisit;* Heins. ex uno Med. vult *divisit.*—382 Berolin. *magna clamat.*—383 Alii *rursus nullo.*—387 Cum Cant. Burm. vult *reddidit Echo.*—388 Berolin. *favet illa.* N. Med. sec. aliique *sylvis;* vulg. *sylva.*—389 Unus Mor. *injic. captato;* quod placet Heins. et Burm.—390 Berolin. *man. amplexibus.* Vulg. *aufert:* Heins. e conj. restituit *aufer.*—393 Bothius pro *latet* vult *jacet;* idque exemplis confirmat Vind. Ovid.—395 Alii *pudore repulsæ.*—396 Vulg. *Et tenuant vigil.* alii etiam *Extenuant;*

NOTÆ

Seductus] Non possunt vero ante ganeones et assentatores garruli adolescentulos ad nequitiam suam perducere, quam ab amicorum et monitorum fido consortio eos seduxerint.

382 *Vocat illa*] Quia Narcissi verbum repetit, 'Veni.'

388 *Favet*] Quia ad Narcissum accedit.

394 *Antris*] In illis vero fiunt vocis repercussus, quos Echo, id est, sonos, vocamus.

Adducitque cutem macies; et in aëra succus
Corporis omnis abit. Vox tantum, atque ossa supersunt.
Vox manet. Ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
[Inde latet sylvis: nulloque in monte videtur;
Omnibus auditur. Sonus est, qui vivit in illa.]

Fab. VI. Narcissus in Florem sui nominis.

Narcissum autem supradictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo exhibuerat, Nemesis ultrix fastidientium in amorem sui impulit, ut non minore flamma, atque illa, ureretur. Qui cum ex assidua venatione fatigatus secundum fontem in opaco procubuisset, et hauriens aquam imaginem sui conspexisset, et diutius ibi remoraretur, novissime extabuit, ita ut vita privaretur. Ex cujus reliquiis flos extitit, quem Naiades Nymphæ, flentes casum fratris Narcissi, nomine ejus annotarunt.

Sic hanc, sic alias, undis aut montibus ortas,
Luserat hic Nymphas; sic cœtus ante viriles.
Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens,
Sic amet iste, licet, sic non potiatur amato,
Dixerat. Assensit precibus Rhamnusia justis.
Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,

corpus; et macies contrahit cutem, et omnis humor corporis vanescit in auras: sonus tantum atque ossa sunt reliqua. Sonus restat; dicunt ossa induisse formam saxi. Inde latitat in nemoribus, nec conspicitur in ullo monte. Auditur ab omnibus, vox est quæ vivit in illa.

VI. *Iste sic fefellerat hanc nympham, sic* fefellerat *alias ortas ex aquis aut ex collibus; sic* fefellerat *antea turbas masculas. Quamobrem aliquis contemtus tollens manus ad astra, dixerat, Pari modo iste, quanquam diligat, pari modo non potiatur dilecto. Rhamnusia annuit justis petitionibus. Fons erat sine luto, clarissimus lymphis,*

quidam *Et minuunt.*—397 Heidelb. *Adduxitque cut.*—399 Berolin. *Vox tantum atque ossa.*—400 In vet. Ciofani *Illa latet.*—401 Heins. mallet *qui vivat.*—402 Cod. Menard. *sylvis aut montibus.*—405 *Iste* cum melioribus; alii *ipse.*—406 Unus Heins. *accessit* pro *assensit.*—407 Duo Heins. *niveis argent.*

NOTÆ

403 *Hic*] Narcissus, scilicet, Nympharum amoribus parum propitius.

406 *Rhamnusia*] Nemesin dicit, potentem Deam, scelerum et superbiæ ultricem, innocentiæ et modestiæ assertorem, Jovis et Necessitatis filiam, quæ Rhamnunte Atticæ pago templum habuit, unde Rhamnusia dicta.

407 *Fons erat*] Ad Narcissi pœnam festinat Poëta, fonte descripto, ubi iu sui amorem incidit.

Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ
Contigerant, aliudve pecus: quem nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.
Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:
Sylvaque, sole lacum passura tepescere nullo.
Hic puer, et studio venandi lassus et æstu,
Procubuit; faciemque loci, fontemque secutus.
Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit:
Dumque bibit, visæ correptus imagine formæ,
Spem sine corpore amat: corpus putat esse, quod umbra est.
Adstupet ipse sibi, vultuque immotus eodem
Hæret, ut e Pario formatum marmore signum.
Spectat humi positus geminum, sua lumina, sidus,
Et dignos Baccho, dignos et Apolline crines,
Impubesque genas, et eburnea colla, decusque

quem neque pastores, neque capræ pastæ in collibus, aut aliud pecus tetigerant; quem nulla avis nec fera turbaverat, neque ramus lapsus ab arbore. Cinctus erat herba quam vicina aqua nutriebat; atque nemore, quod non sinebat stagnum ullo sole calescere. Juvenis defessus et studio venandi et vehementi calore hic se in terram dedit, secutus speciem loci et fontem. Et dum optat levare sitim, alia sitis aucta est: et dum potat, tactus simulacro pulchritudinis conspectæ diligit rem sine corpore, arbitratur esse corpus quod est umbra. Ipsemet seipsum admiratur, et torpet defixus in eadem facie, tanquam statua cæsa ex marmore Pario. Stratus humi contemplatur suos oculos duo astra, et comam dignam Baccho, dignam etiam Phœbo, et malas

Heinsius ipse vult *nitidisque argent.*—408 Alii *pastæ in monte.*—410 Unus Leid. et tert. Med. *nec raptus.*—411 Pal. *erat circum.*—412 Unus Bas. *lacum*; alii *locum.*—415 Burm. vult *Dumque videt, visæ, &c.*—417 Pauci *rem* pro *spem*, probante Heins. Sed Burm. monet, *rem* opponi quidem umbræ aut nomini, non autem *corpori*. Berolin. pro *umbra est* exhibet *unda*; quam lectionem Bothius acriter defendit, una cum illa Heinsii *rem.*—420 Plerique *ceu lumina*. Heins. vero Behotium in Apophor. secutus, dedit *sua lumina*; malit tamen *duo lumina*, quod placet et Schirachio. Burm. præfert Zinzerlingii conject. *geminum, ceu sidera, lumen.*—421 Vulg. *Et dign. Bac. digitos, et Ap.* nonnulli *Et digitos Bac. dign. et Ap.* Ex suis Codd. Vivianus et Ciofanus, cum Heinsiis,

NOTÆ

412 *Lacum*] Quem fons efficiebat.

414 *Secutus*] Oculis, scil. admirando, amœnitate captus.

415 *Altera*] Amor sui, scil. qui quidem amor in genere nihil est aliud quam sitis aut cupiditas re quapiam potiundi.

418 *Adstupet*] Suam ipse admiratur pulchritudinem.

419 *Pario*] Pro quovis marmore candido, quale ex Paro Ægæi maris insula exportabatur.

420 *Geminum sidus*] Ut hinc pulcherrimos fuisse oculos intelligatur.

Oris, et in niveo mixtum candore ruborem;
Cunctaque miratur, quibus est mirabilis; ipse
Se cupit imprudens; et, qui probat, ille probatur.
Dumque petit, petitur: pariterque incendit, et ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!
In medias quoties, visum captantia collum,
Brachia mersit aquas; nec se deprendit in illis!
Quid videat, nescit; sed, quod videt, uritur illo:
Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Credule, quid frustra simulacra fugacia captas?
Quod petis, est nusquam: quod amas, avertere, perdes.
Ista repercussæ, quam cernis, imaginis umbra est.
Nil habet ista sui; tecumque venitque, manetque:
Tecum discedat; si tu discedere possis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abstrahere inde potest: sed opaca fusus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:

imberbes, et colla nivea, et os pulchrum, et ruborem suffusum in niveo candore; et omnia suspicit, quibus est ipse mirabilis. Inscius se exoptat; et, ipse qui laudat, laudatur. Et, dum poscit, poscitur; pariterque inflammat et flagrat. Quoties obtulit vana suavia fonti doloso! Quoties tinxit in aquis mediis lacertos captantes collum conspectum; neque se cognoscit in illis! Ignorat quid cernat; ceterum amat illud quod cernit: atque idem error, qui fraudat oculos, movet. Credule, quamobrem captas incassum vanas imagines? Nullibi est quod cupis: fuge, quod amas dilabetur. Ista est umbra imaginis remissæ quam vides. Ista nihil habet sui: accedit et perstat tecum. Tecum abeat, si tu abire possis. Neque cibi appetentia, neque desiderium somni potest illum inde avellere: sed stratus in gramine umbroso contemplatur oculis avidis speciem dolosam: et ipse marcescit per oculos

---

nostram lectionem tuentur.—425 Alii *ipse probatur*.—426 Alii *pariterq. accendit*.—427-428 Ciofanus, ex duobus, mallet *Irrita f. quotiens d. o. fonti, In medias toties visum, &c.* Alii *In mediis...aquis*.—430 Unus liber, *quod videt, extat in illo*; unde Ciofanus *exæstuat illo*. Multi Codd. *videatur in illo*; Pal. sec. *quod spectatur in illo est*.—433 Mss. Bersm. *jam vertere* pro *avertere*.—435 Alii *tecum venit*.—436 Vulg. *Tecum discedet*. Berolin. *discedere posses*.—437 Cant. et Lovan. *cura salutis*: conj. Heins. *Lycæi*.—438 *Extrahere inde* multi Codd. itemque *opacas...herbas*:

NOTÆ

433 *Avertere*] Recede, et nulla erit umbra quæ te fallat. Lascivit Poëta et ingenio indulget forte nimium in hoc Narcisso: nisi quod ingeniosissima sunt quæ fingit, eademque jucundissima. Sane equidem utilissimum est, et prope summum amoris remedium quod jam tangit, fugere.

437 *Cereris*] Panis, edendi cupiditas.

439 *Inexpleto*] Aspectu non poterant satiari ejus oculi. Maxima vero est in videndo jucunditas, si cui ob-

Perque oculos perit ipse suos; paulumque levatus,
Ad circumstantes tendens sua brachia sylvas,
Ecquis, io sylvæ, crudelius, inquit, amavit?
Scitis enim, et multis latebra opportuna fuistis.
Ecquem, cum vestræ tot agantur sæcula vitæ,
Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo?
Et placet, et video: sed quod videoque, placetque,
Non tamen invenio; tantus tenet error amantem.
Quoque magis doleam; nec nos mare separat ingens,
Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis.
Exigua prohibemur aqua. Cupit ipse teneri:
Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis;
Hic toties ad me resupino nititur ore.
Posse putes tangi: minimum est, quod amantibus obstat.
Quisquis es, huc exi. Quid me, puer unice, fallis?
Quove petitus abis? certe nec forma, nec ætas

suos, et paulum erectus, porrigens sua brachia ad arbores circumfusas, Ecquis, ait, io arbores, iniquius amavit? Novistis etenim, et fuistis plurimis latibula commoda: Ecquem recordamini, cum tot sæcula vestræ vitæ prætereant, qui ita maceratus fuerit in longo ævo? Et gratum est, et intueor; sed quod intueor et gratum est, non tamen reperio: tantus error obsidet amantem. Et quo magis urar, neque vastum mare nos disjungit, neque via, neque montes, neque muri valvis obseratis. Separamur paucula aqua. Ipse exoptat comprehendi: nam quoties obtulimus suavia fluidis aquis, hic toties ad me contendit ore reflexo. Credas posse tangi: tenuissimum est quod prohibet amantes. Quisquis es, huc prodi: quare me decipis, puer excellens? vel quo fugis arcessitus? profecto neque pulchritudo mea, neque ætas est

---

Heins. conj. *opaca fusus in umbra.*—440 Heidelb. *Atque oculos petit ipse.* N. *paulumque levata,* quod non displicet Heinsio.—441 Burm. ex uno Heins. et tert. Leid. probat *tendit sua br.*—442 Ex eodem Leid. et duobus R. *Et quis* Burmanno placet: in quibusdam *En quis; heu quis.*—444 In Heidelb. *et* omittitur.—445 N. sec. Med. et Lovan. *longum...in ævum:* Mor. unus *longos... in annos.*—446 Gebhard. Crepund. II. 2. *En placet, en video.*—447 Pro *tantus,* citat *multus* Vincent. Bellov. Specul. Hist. VI. 116.—449 Ciofanus vult *Non v. non m. non c.*—450. 451. Hic et ubique scripti habent *quotiens, totiens.*—452 Thuan. *vertitur ore.*—454 Unus Pal. unus Arg. et Thysii cod. *puer invide,*

NOTÆ

tigerint saltem paulo acutiores et doctiores oculi: ut ars sit non levis, naturæ posse oculorum beneficio frui voluptate castissima.

448 *Magis doleam*] Vehementior fit, proximo objecto, cupiditas.

454 *Unice*] Pertinet istud ad formæ commendationem. 'Deleo omnes dehinc ex animo mulieres,' inquit ille alter Terentianus Chærea Pamphilæ amore perditus.

Est mea, quam fugias; et amarunt me quoque Nymphæ.
Spem mihi nescio quam vultu promittis amico:
Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro:
Cum risi, arrides: lacrymas quoque sæpe notavi,
Me lacrymante, tuas. Nictu quoque signa remittis:
Et, quantum motu formosi suspicor oris,
Verba refers, aures non pervenientia nostras.
In te ego sum, sensi: nec me mea fallit imago.
Uror amore mei: flammas moveoque feroque.
Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
Quod cupio mecum est, inopem me copia fecit.
O utinam nostro secedere corpore possem!
Votum in amante novum; vellem, quod amamus, abesset.

quam spernas; et Nymphæ me quoque dilexerunt. Spem mihi facis nescio quam facie amica; et cum tetendi tibi lacertos, tendis sponte; cum risi, arrides; observavi insuper fletus tuos, me flente; reddis etium indicia nutu; et quantum conjicio agitatione pulchri oris, reddis voces non pertingentes aures nostras. Ego sum in te, adverti; neque mea species me decipit. Ardeo mei amore: incendia moveo, et patior. Quid agam? Poscar, an poscam? quid orem postea? Quod opto mecum est; abundantia me reddit egenum. O utinam liceat sejungi a nostro corpore! desiderium inauditum amantis; optarem quod amplectimur longe esset. Jamque

quod Dan. Heins. placebat.—456 Bothius Vind. Ovid. vult *sed amarunt.*—460 *Nictu* dedit Burm. ex uno Jun. ceteri *nutu* aut *motu* habent.—462 Unus Med. *non pertingentia.* Cod. Sixii *perven. contra.*—463 Pr. Med. *In te ego:* in vett. *Ipse ego;* alii *Ille ego.*—465 Vulg. *deinde negabo;* sed plurimi

NOTÆ

463 *In te ego sum*] Errorem agnoscit denique, sed frustra. Quam vero difficile est improbum sui amorem deponere! Atqui in eo salus posita: neque Christo Magistro opus est qui nos nostri abnegationem doceat. Natura ipsa, quæ cunctos una et simul in suo ventre tam arcte conjunxit, ibidemque porro fovet, a se, aliosque ab aliis invicem pendere, omnes omnibus vicissim subjici, nos denique communi amore complecti, vel invitos, cogit. Ut perditissimi sint omnium nomine tenus Christiani, qui sponte nolunt vitæ æternæ et temporalis pacis præmio, illud ipsum quod propemodum velle, qualiscumque boni specie, coguntur. Sed ea est illorum contemtorum justo Dei judicio cæcitas.

466 *Inopem me*] Optime inopem definiverunt nonnulli philosophi, non cui parum esset, sed cui non esset quod cuperet. Adeoque verissimum est quod Poëtæ verba repugnantia præ se ferunt, ut in maxima copia maxima esse possit inopia. Quotusquisque vero reperitur satis perspicax ut ne Narcissi fabulam veritate comprobet? Quærimus nos prope omnes quod ideo tantum non possumus habere, quia jam in nobis est: nec aliud sæpe nos urget malum quam cæcitas prava, œstrum quidem terribile,

Jamque dolor vires adimit: nec tempora vitæ
Longa meæ superant: primoque extinguor in ævo.
Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.
Hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset.
Nunc duo concordes anima moriemur in una.
Dixit, et ad faciem rediit male sanus eandem;
Et lacrymis turbavit aquas: obscuraque moto
Reddita forma lacu est. Quam cum vidisset abire,
Quo fugis? o remane; nec me, crudelis, amantem
Desere, clamavit. Liceat, quod tangere non est,
Aspicere: et misero præbere alimenta furori.
Dumque dolet, summa vestem deduxit ab ora,
Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem;
Non aliter, quam poma solent; quæ candida parte,
Parte rubent: aut ut variis solet uva racemis
Ducere purpureum, nondum matura, colorem.
Quæ simul aspexit liquefacta rursus in unda;

ærumna tollit vires; neque spatium meæ vitæ longum restat; et morior in flore juventæ. Neque obitus est mihi molestus, qui obitu ab ærumnis absolvar. Optarim hic qui amatur esset ævi longioris. Nunc duo consentientes extinguemur in una anima. Dixit, et insanus revertitur ad eandem imaginem; et lacrymis miscuit aquas; et species repræsentata est confusa agitato stagno: quam cum vidisset evanescere, Quo te surripis? exclamat, consiste, obsecro, neque me amantem destitue, rigida. Concedatur intueri quod non liceat tangere, et suppeditare fomenta infelici amori. Et dum queritur, lacerat amictum ab ora suprema et planxit pectora nuda palmis candidis. Pectora verberata induerunt exiguum ruborem; non aliter quam poma consueverunt, quæ parte alba, parte sunt rubra: vel ut uva nondum matura consuevit contrahere colorem purpureum racemis versicoloribus. Quæ statim atque

---

vett. *rogabo.*—467 Alii *a nostro. Recedere* etiam in Leid. tert.—477 Sic Voss. vulg. *Quo refugis? rem.* pr. Pal. *Quove fugis*: quatuor *Quo fugis? rem.* Heins. suadet *Quo fugis? oro, mane.*—478 *Desine* pro vulg. *Desere* exhibent multi Codd. Berolin. *qua tangere.*—480 *Summo...ore* sæpe legitur. Quidam etiam *vestemque reduxit.*—482 Fl. S. Marc. pr. V. et duo alii *roseum* pro *tenuem.*—

NOTÆ

474 *Faciem*] De sui loquitur imagine, quæ in fonte aut lacu repræsentabatur.

479 *Misero*] Ab effectu, quia miseros facit amantes. Metonymia est.

480 *Deduxit*] Ut nudaretur pectus: qui gestus est dolentium vehementissime.

484 *Variis*] Vario colore distinctis.

486 *Liquefacta*] Turbatam dixit supra, quomodo aqua crassior apparet; quæ liquescere quodammodo videatur

Non tulit ulterius; sed, ut intabescere flavæ
Igne levi ceræ, matutinæve pruinæ
Sole tepente solent, sic attenuatus amore
Liquitur; et cæco paulatim carpitur igni.
Et neque jam color est mixto candore rubori;
Nec vigor, et vires, et quæ modo visa placebant,
Nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo.
Quæ tamen ut vidit, quamvis irata memorque,
Indoluit: quotiesque puer miserabilis, Eheu,
Dixerat; hæc resonis iterabat vocibus, Eheu.
Cumque suos manibus percusserat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
Ultima vox solitam fuit hæc spectantis in undam:
Heu frustra dilecte puer! totidemque remisit
Verba lacus: dictoque Vale, Vale inquit et Echo.

rursus vidit in aqua quieta et composita, non passus est amplius; sed quemadmodum ceræ rubicundæ solent liquescere igne modico, vel pruinæ matutinæ Sole levi, sic maceratus amore diffluit; et paulatim absumitur secreto igne. Et neque jam color est albus confusus cum rubore; neque vigor et vires, et quæ nuper conspecta grata erant, neque corpus consistit quod Echo olim dilexerat. Quæ tamen cum aspexit, quamquam infensa et memor, ingemuit; et quoties deflendus adolescens Eheu! dixerat, hæc repetebat, verbis repercussis, Eheu! Et cum ille planxerat lacertos suos manibus, hæc etiam referebat eundem sonum percussionis. Hæc novissima fuerunt verba intuentis in aquam consuetam, Heu juvenis nequicquam amate! et cavernæ reddiderunt totidem voces; et prolato Vale, Vale etiam respondit Echo. Ille po-

---

486 Pro *liquef.* Heins. vult *liquenti*, vel *liquaci*.—490 *Cæco* tert. Med. et quinque alii; et sex pro div. lect. id ipsum exhibent; alii *tecto*.—495. 496. Utroque loco, *Eheu* inveterato errore. Jan. Gebhardus ad Tibull. I. 7. 10. 'Ubicumque,' inquit, 'in vulgatis edd. apud hunc nostrum occurrit *Eheu*, pro illo in Mss. omnibus restat *Heu heu*.' Cf. et Burm. et J. H. Voss. ad Virgilii Eclog. II. 58. nos ad Plauti Capt. 928. *Bothius* Vind. Ovid.—501 *Lacus* ex Heinsio

NOTÆ

dum sedatur et componitur. Ut non modo bene, contra quam opinatus est clariss. Heinsius, sed eleganter locutum crediderim Poëtam.

487 *Non tulit*] Dolorem ulterius ferre non potuit. Locutio elegans Virgilio familiaris.

491 *Et neque*] Quia totus pallidus et macie confectus. Hinc vero discant, qui nimio sui amore et fiducia correpti magnifica omnia primo ostentant, mature stultitiæ suæ nuntium remittere; ne sero destituti jaceant.

498 *Reddebat*] Quid tum? inquies: istud frigidum. Non est: quippe, ex Poëtæ fictione, credenda Echo pectus pariter percutere.

500 *Remisit*] Ita tamen ut pro se dicta intelligantur.

Ille caput viridi fessum submisit in herba.
Lumina nox claudit, domini mirantia formam.
Tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,
In Stygia spectabat aqua. Planxere sorores
Naides: et sectos fratri posuere capillos.
Planxere et Dryades: plangentibus assonat Echo.
Jamque rogum, quassasque faces, feretrumque parabant:
Nusquam corpus erat: croceum pro corpore florem
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

suit caput lassum in virente gramine. Mors pressit oculos stupidos in pulchritudine domini. Tum etiam, postquam est admissus in sedes Stygias aspiciebat se in stagnis infernis. Sorores Naiades percusserunt pectora; *et dederunt fratri crines detonsos. Dryades quoque percusserunt: Echo respondet sono plangentibus. Jamque adornabant rogum et tædas scissas, et feretrum: corpus nullibi erat; reperiunt florem puniceum pro corpore, foliis albis circumdantibus medium.*

---

recepit Burm. vulgo *locus*. Aliquot vett. libri *fessum viridem submisit in herbam*. —503 Alii *mors clausit*. Cant. et tres alii *mox*. Meliores etiam, teste Heinsio, *claudit*.—505 *Stygias..aquas* unus Mor. *Stygiam..aquam* Thysii. Bonon. *speculabat* pro *spectabat*, pro quo *speculatur* reponit Heins. unus Med. *miratur*.—506 Berolin. *fratri imposuere*. In cod. Gron. *fronti posuere* extat, unde Burm. conj. *fonti pos.* quasi busto Narcissi.—507 Vulg. *Planxerunt Dry.* alii Codd. *Planxere* Dry. Heins. reposuit *et*.—508 *Cassasque faces* quatuor Med. et duo Cant. et unus Heins. Id Burm. explicat, quæ resectæ ab arbore succo suo carent et arida

NOTÆ

504 *Tum quoque*] Voluit Plato, quascumque curas aut studia a natura, affectibus, aut vitæ ratione, quilibet in hac vita contraxerit, easdem retinere etiam cum corpus exuerit. A quo non multum recedit Spiritus Sanctus, qui nostra nos sequi opera disertissime pronuntiat.

506 *Naides*] Cephisi et Liriopes vidimus antea filium fuisse Narcissum: ejus adeoque sorores fuerunt fontium et fluviorum Nymphæ.

Sectos] Usque ab Homero ad Romanos in acerbissimo luctu mos ille manavit, ut mulieres saltem crines detonderent, atque etiam in defuncti corpus deponerent.

508 *Quassasque*] Scissas. Noctu vero quia efferebatur corpus, facibus ad funera utebantur.

Feretrum] Capulum est, seu lectus, quo mortui cadaver efferebatur.

509 *Florem*] Narcissum dicit, qui quidem evanidus est, nec ullum ex se fructum relinquit; quare et merito Diis inferis sacer. Atque ea res ineptissimos et turpissimos sui amatores ad laborem et bonam frugem deberet compellere.

Fab. VII. Liber pater, Semelæ et Jovis filius, in Acœten.

Pentheus, Echionis et Agaves filius, in contemtum trahens prædicata Tiresiæ auguris, ut in adventu Liberi Thebani hedera redimiti procederent ac sacra susciperent, prohibet suos parere monitis; quod negaret ex Semele Deum proditum. Confestim itaque famulis imperat, ut in conspectum suum Liberum vinctum attraherent. At ille, ut vesanientem eluderet, versus in Acœten, ducitur vinctus, et custodia clauditur.

Cognita res meritam vati per Achaidas urbes
Attulerat famam: nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc, ex omnibus unus
Contemtor Superum, Pentheus: præsagaque ridet
Verba senis; tenebrasque et cladem lucis ademtæ
Objicit. Ille movens albentia tempora canis,
Quam felix esses, si tu quoque luminis hujus
Orbus, ait, fieres, ne Bacchia sacra videres!
Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror esse;
Qua novus huc veniat, proles Semeleia, Liber.

vii. *Res vulgata fecerat famam meritam auguri* Tiresiæ *per urbes Græcas; et gloria vatis erat maxima. Attamen Pentheus Echionis filius maximus contemtor Deorum hunc despicit; et irridet voces prænuntias senis; et exprobrat caliginem, et damnum luminis sublati. Ille concutiens tempora cana candidis capillis, Quam beatus esses, inquit, si tu etiam hac luce privareris, ne sacra Bacchi cerneres. Jamque dies adventat, jamque prædico non longe abesse qua Bacchus nuperus filius Se-*

sunt.—509 Urbinas Cod. *niveum* pro *croceum*.—511 *Vati* ex scriptis; vulg. *vatis*. *Achaidas* præstantissimi Codd. alii *Achæidas*, vel *Achæides*.—512 Libri scripti *Attulerat;* vulg. *Contulerat;* unus Med. *Detulerat:* ed. Janssonii *Pertulerat*.—515 Alii *tenebras et clad*.—516 Zinzerling. in Promuls. i. 51. ex Mss. corrigit *tempora vittis*, quod Heins. exemplis illustrat.—518 *Bacchia* plurimi Mss. vulg. *Bacchica*.—519 Vulg. *Namque dies aderit, quam non procul*. Scripti vetustiores, *quam jam haud procul*, vel *quam jam procul;* et *Jamque dies:* alii, *quam haud*, vel, *jam haud:* Ex Heins. corr. recepit Burm. *Jamque dies aderit, jamque*

NOTÆ

511 *Vati*] Tiresiæ, scil. de quo supra.

513 *Echionides*] Pentheus est Echionis et Agaves filius, ad cujus fabulæ narrationem artificiose descendit Poëta.

Tenebrasque] Cæcitatem dicit.

520 *Novus*] Quanquam plurimi fuerunt Bacchi, non tamen eo respexisse Poëtam credideris, ut scripsit Commentator. Novum itaque clarum expono, vel simpliciter novum, nondum Deum cognitum.

Proles Semeleïa] Huic Jovis et Se-

Quem nisi templorum fueris dignatus honore;
Mille lacer spargere locis: et sanguine sylvas
Fœdabis, matremque tuam, matrisque sorores.
Evenient: neque enim dignabere numen honore:
Neque sub his tenebris nimium vidisse quereris.
Talia dicentem proturbat Echione natus.
Dicta fides sequitur; responsaque vatis aguntur.
Liber adest: festisque fremunt ululatibus agri:
Turba ruunt: mixtæque viris matresque nurusque,
Vulgusque, proceresque, ignota ad sacra feruntur.
Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, vestras

meles hue pergat; quem nisi colueris honore templorum, dilaniatus in mille loca disjicieris, et inficies sylras cruore, et matrem tuam, et materteras. Hæc *fient: neque enim honorabis Dei potentium; et dolebis me nimium intuitum esse sub hac caligine. Filius Echionis prafligat talia proferentem. Fides sequitur vocem, et oracula augaris exitum sortiuntur*, aut re comprobantur. *Bacchus venit; et campi personant festis clamoribus. Agmen cum impetu feruntur, et matres, et nurus, confusæ cum maribus, et plebs, et primores concurrunt ad sacra inusitata. Quæ vesania, inquit Pentheus, perculit vestros animos; serpente orti, progenies Martia? Tan-*

hand procul.—520 Heidelb. *huc veniet.*—524 Heins. *Evenient:* multi vett. *Et venient.*—525 Unus Heins. *sub his latebris.*—529 Vulg. *Turba ruit.*—530 In

NOTÆ

meles filio quæcumque ab aliis Bacchis facta attributa sunt.

523 *Matrem*] Agaven, cujus sorores fuerunt Ino et Autonoë.

524 *Evenient*] Quæcumque prædico, scil.

525 *Quereris*] Quia vellet omnino Pentheus cæcum fuisse, nec Bacchum vidisse, cujus causa discerptus fuit. Adeoque acutissime adversario invidendum proponit Tiresias illud ipsum quod sibi vitio et damno objiciebat.

527 *Sequitur*] Quia eventu firmantur quæ prædixerat vates.

Aguntur] Suo ordine geruntur quæcumque dicta fuerant.

528 *Ululatibus*] De Bacchanalibus, seu Bacchi festo scelerum omnium scaturigine, incondito ejus strepitu, dissonis clamoribus, infandis stupris et nefandis cædibus non modo Patres, sed et ipsos Ethnicos conquestos legimus, donec etiam, Romam translata, edicto Senatus nulli non cognita furialia sacra sublata sunt.

Agri] Bacchantes nempe, fœminæ præsertim thyrsis instructæ, furibundæ, saltantes, vociferantes, in sylvas, et montes, loca avia, quocumque denique insania, stupri aut cædis furor raperet, ferebantur.

530 *Ignota*] Quippe quibus nunquam interfuerant. Sed magis ignota, quia scire non possit ullus homo quodnam in barathrum eos rapiat spiritus impurus, qui rationis lumine et fræno objecto cæcæ et perversæ suæ naturæ sequuntur impetum.

531 *Anguigenæ*] Thebanos compellat Pentheus, quos vidimus antea ex Draconis Marti dicati dentibus, a Cadmo seminatis, ortos. Optime

Attonuit mentes? Pentheus ait. Ærane tantum
Ære repulsa valent? et adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes? ut quos non belliger ensis,
Non tuba terruerint, non strictis agmina telis;
Fœmineæ voces, et mota insania vino,
Obscœnique greges, et inania tympana vincant?
Vosne, senes, mirer? qui longa per æquora vecti
Hac Tyron, hac profugos posuistis sede Penates;
Nunc sinitis sine Marte capi? vosne, acrior ætas,
O juvenes, propiorque meæ; quos arma tenere,
Non thyrsos; galeaque tegi, non fronde decebat?
Este, precor, memores, qua sitis stirpe creati:
Illiusque animos, qui multos perdidit unus,

tumne possunt æra percussa ære, et tibia cornu curvo, et incantationes sortilegæ; ut quos non gladius bellicus, non tuba, non acies expeditis missilibus moverint, ululatus fœminei, et furor excitus mero, et turba infamis, et tympana vacua superent? Hæreamne in vobis, senes, qui adducti per vastum mare statuistis Tyrum et Penates exules in his mansionibus; nunc patimini superari sine pugna? an vos, o juvenes, ætas violentior, et propior meæ, quos decorum erat tractare arma, non thyrsos, et velari galea, non frondibus? Mentem vestram subeat, quæso, quo genere sitis sati:

uno Cælest. et uno Ciofani *Vulgusque proceresque.* vulg. *et proceres.*—532 Alii *Attollit mentes.*—534 Pro *fraudes* Cant. *frondes* quod et Heins. et Burm. placet. *Belliger* Heins. ex primo Gron. in quo pro div. lect. extat, dedit. Barb. *bellifer:* ceteri *bellicus.*—535 Multi ex melioribus *terruerint* pro vulg. *terruerit.* —538 Pro *mirer* Scholiastes Statii legit *miseri,* cum quo faciunt Med. Gron. et Exc. Calandræ.—539 Berolin. *A Tyron.* In quibusdam *Hac Tyron ac;* et *ac* et *hac,* vice versa. Alii etiam *Tyro.*—540 Heidelb. *vos carior ætas.*—

NOTÆ

vero, quanquam infeliciter, generis eorum commemoratione, prudentes et Martios viros a turpi mollium et ebriosorum homuncionum, aut certe muliercularum, consortio studet retrahere.

532 *Ærane tantum Ære*] Tympana ærea æreis bacillis pulsata. Ceterum emphasis est in his verbis: ut strepitum edere intelligat turbam inconditam, et id tantum. Quod quidem verissimum est, modo aliquis primum rabiosæ turbæ impetum eludere seiverit, et ante compositis et disjectis bonas leges posuerit.

537 *Obscœnique greges*] Turpis et libidine corrupta multitudo: in qua et Satyri, Bacchi Sacerdotes, obscœnissimum genus.

539 *Tyron*] Tyro. aut Sidone, antiquissimis Phœniciæ urbibus, oriundum vidimus antea Cadmum, qui cum sociis Thebas Bœoticas condidit: adeoque vere nunc Pentheus ad illos senes 'Hac Tyron,' &c. Dictum vero istud, ut illud Virgilii: 'Ilium in Ita-

Sumite serpentis. Pro fontibus ille lacuque
Interiit: at vos pro fama vincite vestra.
Ille dedit leto fortes: vos pellite molles,
Et patrium revocate decus. Si fata vetabant
Stare diu Thebas; utinam tormenta virique
Mœnia diruerent: ferrumque ignisque sonarent!
Essemus miseri sine crimine: sorsque querenda,
Non celanda foret: lacrymæque pudore carerent.
At nunc a puero Thebæ capientur inermi:
Quem neque bella juvant, nec tela, nec usus equorum;
Sed madidus myrrha crinis, mollesque coronæ,
Purpuraque, et pictis intextum vestibus aurum.
Quem quidem ego actutum (modo vos absistite) cogam
Assumtumque patrem, commentaque sacra fateri.
An satis Acrisio est animi, contemnere vanum
Numen, et Argolicas venienti claudere portas;

et induite iras illius draconis qui solus peremit multos. Ille periit pro fontibus et stagno: at vos vincite pro vestra gloria. Ille morti opposuit strenuos; vos fugate effœminatos; et renovate laudem patriam. Si fata prohibebant Thebas diu manere, utinam machinæ bellicæ, et viri muros dejicerent, et ferrum et flamma streperent! Essemus infelices sine culpa, et sors esset deflenda non tegenda, et fletus essent sine dedecore. At nunc Thebæ invadentur a puero armis destituto, quem neque acies, neque arma, aut usus equorum capit, sed coma delibuta myrrha, et effœminata serta, et purpura, et aurum implicitum versicoloribus indumentis. Quem quidem ego confestim adigam (vos tantum quiescite) agnoscere et patrem fictum et sacra per dolum excogitata. An satis est virtutis Acrisio spernere futilem Deum, et obserare valvas

---

543 *Qua simus* Strozzæ et Lcid. *Qua sitis origine nati* Bas.—545 Sec. Pal. *pro fonte suo ille lacuque*, quod placebat Heinsio.—546 Heidelb. *vos at.*—547 *Pellite* ex optimis scriptis; alii *vincite:* unus Pal. *perdite.*—548 *Revocate* pro div. lect. pr. Gron. et unus Pal. alii *retinete.* Vulg. *fata vetabunt.* Pr. Gron. pro div. lect. *negabant;* unde Heins. *si fata negabunt.*—550 Conj. Heins. *ignisque domarent.*—552 Duo libri *furore carerent;* malebat Heins. *rubore.*—555 Vulg. *Sed madidi myrrha crines.* In uno Cælest. Dominic. et aliis *mollisque corona.*—557 Heidelb. *vos desistite;* multi *assistite.*—558 Med. et alii *assutumque:* Heins. conj. *adscitumque;* nam *absumtumque* erat in Mor.—

NOTÆ

liam transfer, victosque Penates.'

545 *Fontibus*] Ex quibus aquam socii Cadmi haurire jussi.

549 *Tormenta*] Instrumenta sunt aut machinæ bellicæ, lapidibus, aliisque torquendis missilibus aptæ.

558 *Assumtum*] Jovem dicit, quem falso suum patrem Bacchus jactaret, uti quidem ipse Pentheus prædicabat.

559 *Acrisio*] Fuit Acrisius Abantis Argivorum regis filius, pater Danaës, qui neque Bacchum Deum neque ejus sacra admisit.

Penthea terrebit cum totis advena Thebis ?
Ite citi, (famulis hoc imperat) ite, ducemque
Attrahite huc vinctum. Jussis mora segnis abesto.
Hunc avus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum
Corripiunt dictis : frustraque inhibere laborant.
Acrior admonitu est ; irritaturque retenta,
Et crescit rabies : remoraminaque ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius, et modico strepitu decurrere vidi.
At, quacumque trabes obstructaque saxa tenebant,
Spumeus, et fervens, et ab objice sævior ibat.
Ecce cruentati redeunt ; et, Bacchus ubi esset,
Quærenti domino, Bacchum vidisse negarunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque sacrorum

Argolicas accedenti ; peregrinus tremefaciet Pentheum cum totis Thebis ? Properate, (hoc jubet ministros) properate, et huc per vim adducite ducem catenis constrictum : nulla mollis cunctatio differat mandata. Avus hunc coarguit verbis, hunc coarguit Athamas, et reliquum agmen suorum, et conantur frustra absterrere. Violentior est hortatu, et vesania correpta acuitur et augetur, et retardatio ipsa oberat. Sic ego adverti torrentem defluere lenius et exiguo murmure qua parte nihil impediebat ruentem. At quacumque tigna, et lapides congesti obstabant, spumeus et æstuosus ruebat ferridior ab impedimentis. Ecce sanguinolenti revertuntur, et abnuerunt se vidisse Bacchum interrogati a Domino, ubi is esset. Nihilominus,

---

564 *Suorum* langnere videtur Burm. præfert igitur e Cant. *sequentes ;* malit tamen *frequentes.*—566 Bernegg. Cod. *a monitu,* quod valde adblanditur Burm. qui etiam exempla affert, ubi *a* pro *post* ponitur. Leid. et Jun. *irrit. retentu.*—567 *Remoraminaque* Med. chartac. ex optimo Cod. descriptus, pr. Bas. pr. R. aliique nonnulli : vulg. *moderaminaque :* tres *retinaculaque :* duo *hortaminaque :* unus Baron. *revocaminaque.*—569 Exc. Cant. *discurrere vidi :* unus Thuan. et Leid. *concurrere.*—570 *Obstrusaque saxa* malit Gebhardus Crepund. libro 1. 16. e membranis Palatinis, quod et ab Heins. repertum est in duobus scriptis exemplaribus, et a Freinshemio ad Curtium v. 1. 30. videtur approbari : tres alii codices, *objectaque saxa ;* unus Mediceus, *abstrusaque ;* alius, *abstructaque ;* alius item, *obstractaque,* hoc est *obstrataque :* quo alludit unus Moreti, in quo, *obstrutaque :* primus Gronovianus, *abruptaque :* Berolin. *obduc-*

NOTÆ

561 *Advena*] Bacchum dicit.

564 *Avus*] Cadmum intellige ; namque ejus filia fuit Agave Penthei mater. Scripsitque Euripides in Bacchis neque Cadmum neque Tiresiam audire voluisse Pentheum.

Athamas] Æoli fuit filius, Cadmi gener.

567 *Nocebant*] Adeoque cautione et prudentia maxima opus ad bene consulendum.

572 *Cruentati*] Quos Bacchæ male exceperant.

574 *Hunc, dixere*] Aliter tamen Euripides in Bacchis, qui Bacchum simpliciter dicit adductum, quem hic nos-

Cepimus: et tradunt manibus post terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhena gente secutum.

FAB. VIII. IX. et X. Idem Liber Pater in Puerum. Tyrrheni nautæ in *naves et Delphines. Pentheus Echionis filius dilaceratur.

ACŒTES supradictus Liberi comes, cujus sub imagine Deus latuerat, eludens Penthea, indicat regi, quia ita exigeret, nomen genusque artis suæ: et quanta vis apparuerit in Libero, quo tempore petens Naxum in Tyrrhenos inciderat: ab his enim propter eximiam pulchritudinem captus pro præda, impositus navigio: qui ut vidit in aliam se duci regionem; armamenta navis in feras ac serpentes convertit. Quo prodigio exterriti Tyrrheni, in pelagus se præcipitavere, ac in Delphinos et *aves se mutavere. Post hæc iterum custodia clauditur: quæ cum sponte Deo patuisset, ac vincla manibus defluxissent, montem Cithæronа digreditur, ibique Agaven matrem ejus alienatam furore, adjuvantibus sororibus Ino et Autonoë, impellit, ut sacra proterentem sua interimat manu.

ASPICIT hunc oculis Pentheus, quos ira tremendos
Fecerat: et, quanquam pœnæ vix tempora differt,
O periture, tuaque aliis documenta dature
Morte, ait, ede tuum nomen, nomenque parentum,
Et patriam; morisque novi cur sacra frequentes.
Ille metu vacuus, Nomen mihi, dixit, Acœtes:
Patria, Mæonia est: humili de plebe parentes.

inquiunt, apprehendimus hunc comitem et ministrum sacrorum natione Tyrrhenum secutum olim sacra Dei: et illum *offerunt manibus revinctis a tergo.*

VIII. *Pentheus illum intuetur oculis, quos furor horrendos reddiderat; et quamvis ægre dimittit momenta supplicii, O, inquit, moriture, et exhibiture aliis monumenta tua morte, dic tuum nomen, et nomen parentum, et patriam, et quamobrem colas sacra nuperorum rituum. Ille timore exanimis, Nomen, inquit, Acœtes; pa-*

---

taque. Alii *saxa jacebant*; quidam *rucbant*.—575 In quibusdam vett. *terga revinctis*.—577 Bernegg. pro div. lect. *tremendos* habet pro *trementes*.—581 Unus Bas. *Et patriæ*. Urbinas, *morisque tui*. Berolin. *sacra frequentas*.—582 Alii *dixit, Accetes*.—583 Berolin. et Heidelb. *Mæonia patria est*. Ille etiam *de gente*.

NOTÆ

ter sub Acœtis imagine fingit latentem.

576 *Tyrrhena*] Etruscum aut Thuscum dicit fuisse hunc Acœten. Notissima est autem Etruria Italiæ regio, a qua Etruscum seu Tyrrhenum mare nomen habuit.

583 *Mæonia*] Quia, scilicet, ex Mæonia seu Lydia prodierant coloni, qui Etruriam tenuerunt: unde et Mæ-

Non mihi, quæ duri colerent, pater, arva juvenci,
Lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit.
Pauper et ipse fuit : linoque solebat et hamo
Decipere, et calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat. Cum traderet artem ;
Accipe, quas habeo, studii successor et hæres,
Dixit, opes : moriensque mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas. Unum hoc possum appellare paternum.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in îsdem,
Addidici regimen, dextra moderante, carinæ
Flectere : et Oleniæ sidus pluviale capellæ,
Taygetenque, Hyadasque oculis Arctonque notavi,
Ventorumque domos, et portus puppibus aptos.

tria est Mæonia ; parentes de plebe infima. Mihi non reliquit campos quos fortes juvenci subigerent, vel greges lanigeros, neque ulla armenta. Ipse etiam fuit pauper, et consueverat fallere pisces filo et hamis, et extrahere saltantes virga. Sua ars erat illi reditus. Cum me *doceret artem* suam, *sume, ait, divitias, quas consecutus sum, successor et hæres artis* meæ ; *et moriens ille nihil mihi reliquit præter aquas : possum vocare hoc solum patrium. Ego deinde, ne semper manerem affixus iisdem petris, doctus sum moderari clavum navis, dextra ministrante : et observavi oculis sidus pluviale capræ Oleniæ, et Taygeten, et Hyadas, et Ursam, et sedes ventorum, et portus idoneos navibus. Forte cum cursus mihi esset Delon, appello ad*

—585 Unus Bonon. *Lanigerasve greges.* In Bas. etiam *armentaque nulla :* in Gron. *non ille armenta.*—586 Berolin. et Heidelb. *solebat et hamis ;* et sic vulgo scribitur.—589 Sixii Cod. *quas habea ;* unde Heins. conj. *habeas.*—590 R. *moriensque aliud nil ille reliquit :* Pal. sec. *moriens mihi nullas ille reliquit.* Heins. conj. *Dixit opes moriens : nullasque mihi ille reliquit ;* vel *relinquit,* ut in Lovan. 593 Thysii, et Arg. *Adverti regimen.*—595 Heidelb. *Hyadas,* omissa copula.—

NOTÆ

onios populos habet Silius in Thuscia.

594 *Oleniæ*] Amalthæam dicit, Jovis nutricem, Oleniam ab Oleno Bœotiæ urbe, ubi nutrita, sic appellatam ; vel ab eo quod in Aurigæ ulnas, ὠλένας, cœlo recepta sit. Ortu vero et occasu pluvias inducere volnerunt.

595 *Taygeten*] Quæ una est ex Pleiadibus, Atlantis filiabus, in cœlum translatis : de quibus antea.

Hyadas] Stellæ sunt septem in capite Tauri a pluendo Græcis, Latinis suculæ dictæ, quod luto tanquam sues gaudere videantur. Nutrices volunt fuisse Bacchi, Dodonides nomine, quas Jupiter in cœlum transtulerit. Alii aliter.

Arcton] Ursam, quam præsertim nautas, cursus suos dirigendi causa, observare diximus.

596 *Domos*] Mundi dicit quatuor partes, Orientem, Occidentem, Meridiem, et Septemtrionem, unde flant quatuor quos vocant ventos cardinales.

Forte petens Delon, Diæ telluris ad oras
Applicor, et dextris adducor littora remis:
Doque leves saltus: udæque innitor arenæ.
Nox ubi consumta est; Aurora rubescere primum
Cœperat: exsurgo, laticesque inferre recentes
Admoneo; monstroque viam, quæ ducat ad undas.
Ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto,
Prospicio: comitesque voco, repetoque carinam.
Adsumus en, inquit sociorum primus Opheltes:
Utque putat, prædam deserto nactus in agro,
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille, mero somnoque gravis, titubare videtur;
Vixque sequi. Specto cultum, faciemque, gradumque:
Nil ibi, quod posset credi mortale, videbam.
Et sensi, et dixi sociis, Quod numen in isto
Corpore sit dubito: sed corpore numen in isto est.
Quisque es, o faveas, nostrisque laboribus adsis.

littus Diæ insulæ, et promoveor in arcnam dextris remis, et leviter exsilio, et me dedo in terram humidam. Postquam tenebræ sunt discussæ, Aurora cœperat primum rubere: excitor, et hortor apportare novas aquas, et ostendo iter, quod ducat ad eas. Ipse speculor ab excelso colle quid ventus mihi polliceatur; et arcesso socios, et denuo conscendo navem. Ecce, adsumus, ait primus comitum Opheltes; et sicuti arbitratur nactus prædam in campo vacuo, trahit per littora jurenem specie virginea. Ille tardus somno et vino videtur vacillare, et vix sequi. Aspicio ornatum, et vultum, et incessum: Nihil in eo inveniebam quod posset credi morti obnoxium. Et adverti, et indicavi comitibus, Nescio quæ Deorum potestas sit in isto corpore; sed potestas Deorum est in isto corpore. Quisquis es, o propitius sis, et nostros labores adjuves: ignosce etiam istis.

597 Alii *Chiæ* pro *Diæ*.—598 *Adducor* ex suis Mss. Ciofanus, et probat Gruterus, et plurimi Heins. alii *et ducor*: Grou. habet *advertor*; Heidelb. *adduco*.—599 Fr. *sudæque immittor arenæ*. Plurimi etiam *immittor*, quod et Edd. exhibent.—601 Gebhard. Crepund. II. 5. ex Ms. Pal. *Cœperat, insurgo*. Leid. unus *laticesque inferre*; Lovan. *afferre*.—602 Alii *ducit in undas*.—603 Berolin. *depromit ab alto*.—607 Unus Med. et Arg. *Virginiæ..formæ*.—609 Nonnulli *specto vultum*.—610 Berolin. *credi posset*.—611 Barb. *Ut sensi dixi*; unde Heins.

NOTÆ

597 *Delon*] Ægæi insulam, Apollini sacram, e regione Atticæ.

Diæ] Eadem est quæ Naxus, Baccho sacra insula, juxta Delon ad meridiem.

598 *Dextris*] Ad dextram partem navem inflectentibus: fuit nempe Dia insula, seu Naxus, Delon enuti ad dextram.

601 *Laticesque*] Aquam.

His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,
Dictys ait: quo non alius conscendere summas
Ocyor antennas, prensoque rudente relabi.
Hoc Libys, hoc flavus, proræ tutela, Melanthus,
Hoc probat Alcimedon: et, qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus:
Hoc omnes alii: prædæ tam cæca cupido est.
Non tamen hanc sacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi: pars hic mihi maxima juris.
Inque aditu obsisto. Furit audacissimus omni
De numero Lycabas: qui Thusca pulsus ab urbe
Exilium, dira pœnam pro cæde, luebat.
Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno
Rupit: et excussum misisset in æquora; si non
Hæsissem, quamvis amens, in fune retentus.
Impia turba probant factum. Tum denique Bacchus,
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus

Desine orare pro nobis, inquit Dictys, quo non alius velocior scandere supremas antennas, et descendere fune correpto. Libys hoc laudat, flavus Melanthus proreta hoc probat, *itemque Alcimedon, et Epopeus portisculus, qui incendens animos, verbis dabat remigibus requiem et modum. Ceteri idem* faciunt: *tam cæcum est desiderium prædæ. Non tamen, dixi, sinam violari hanc navem sacro onere: hic mihi pars maxima juris: et contra nitor in ingressu. Lycabas omnium violentissimus, qui ejectus ab urbe Thusca pendebat pœnas, pro crudeli nece, exilium, rabiem exercebat. Is, dum repugno, fregit mihi collum forti pugno; et* me *proturbatum ejecisset in mare, nisi utut exanimis adhæsissem retentus in rudente. Perfidum agmen laudat acta. Tum denique Bacchus, is enim erat, tanquam*

---

conj. *Ut sensi, ut dixi.*—611 In uno Ciofani *siste precari.*—615 Alii *Proctis ait*; pro *Protis*, vel *Prothis.*—616 *Pressoque* fere omnes scripti: Heins. conj. *tensoque.*—617 Plurimi scripti *tutela Melampus.*—619 Berolin. *hortator Enipheus.* —621 Leid. et quatuor alii *corpore pinum.*—625 Voss. Med. et sex alii *Exilii*: Viviani Codd. *Exilio.*—626 Burm. pro *resto* vult *persto.*—625 Pro *Rupit*, Sixii et unus Leid. *Fregit.* Heinsius malnerat, *raptat. rumpit* Med.—629 Alii *turba*

NOTÆ

615 *Dictys*] Nomen est unius ex Acœtis sociis, quem alii malunt Prothin dictum. Viginti autem hic noster, Hyginus tantum duodecim memorat.

618 *Qui requiemque*] Portisculum dicit, *le Comite.*

621 *Violari*] Adeoque socios deinceps Bacchum in navem tollere prohibebit. 'Inque aditu obsisto,' inquit.

622 *Pars hic*] Navis bona pars ad illum pertinebat; atque adeo gubernator erat, ut scripsit Homerus.

Sit sopor, aque mero redeant in pectora sensus,
Quid facitis? quis clamor? ait: qua, dicite, nautæ,
Huc ope perveni? quo me deferre paratis?
Pone metum, Proreus, et quos contingere portus
Ede velis, dixit; terra sistere petita.
Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros.
Illa mihi domus est; vobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces, perque omnia numina jurant
Sic fore: meque jubent pictæ dare vela carinæ.
Dextera Naxos erat. Dextra mihi linlea danti,
Quid facis, o demens? quis te furor, inquit, Acœte,
Pro se quisque, tenet? lævam pete. Maxima nutu
Pars mihi significat; pars, quid velit, aure susurrat.
Obstupui: Capiatque alius moderamina, dixi:
Meque ministerio scelerisque artisque removi.
Increpor a cunctis; totumque immurmurat agmen.

somnus sit excussus clamore, et sensus redeant in pectus ex vino, Quid agitis? inquit; quis fremitus? quo auxilio huc perveni? dicite, nautæ, quo me vultis vehere? Omitte timorem, inquit ille qui proræ præerat, et dic quos portus cupias intrare: duceris in terram optatam. Dirigite, inquit Bacchus, cursus vestros Naxon. Illæ sunt meæ sedes, terra erit vobis amica. Mendaces jurant per æquor, et per omnes Deos sic futurum, et imperant me pandere carbasa pictæ navis. Naxus erat dextra: cum ego dextra vela expedirem, Quid agis, insane? quæ vesania te obsidet, Acœte? exclamant pro se singuli: verte ad sinistram. Pars maxima mihi indicat signo quid cupiat, pars in aurem obmurmurat. Hasi, et, inquam, Alius regat: et me subduxi servitio flagitii et doli. Arguor ab omnibus, et tota turba oggan-

probat.—631 Vulg. *atque mero.* Gruterus emendabat, *eque meo redeant in pristina sensus.*—633 Pro *perveni*, unus Heins. *deveni*, quod Burm. eleganter dictum videtur, quia proprie de iis, qui in mala incidunt. Berolin. *me differre.*—631 Alii *Proteus* pro *Proreus.*—610 In nonnullis *Dextra Naxos erat.*—611 In vett. *inquit Ophelles;* in aliis *Acete*, vel *Accste*, vel *Acetes:* unus Pal. *Acetæ;* unde Heins. *Aceta.*—642 Unus Mor. et Sixii Cod. *tenet;* alii *timet. Pro se* redundare putat Burm. unde locum ita refingit; *quis te furor, inquit Ophcltes, Persequiturve timor.* Pro *nutu* unus Leid. *limo*, quod non a librario profectum putat Burm. ut subintelligatur *oculo.*—611 Lovan. *capiasque aliquis:* Be-

NOTÆ

631 *Sopor*] Ebrietas, quam ille simulaverat.

634 *Proreus*] Ille est qui proræ præest.

642 *Pro se quisque*] Cavebat, intelligere, ne Naxon veherentur.

644 *Obstupui*] Quia, nempe, perfidos videbat aliud polliceri, aliud præstare, atque adeo cum illis nolebat facere.

E quibus Æthalion, Te scilicet omnis in uno
Nostra salus posita est? ait. Et subit ipse: meumque
Explet opus: Naxoque petit diversa relicta.
Tum Deus illudens, tanquam modo denique fraudem
Senserit, e puppi pontum prospectat adunca.
Et flenti similis, Non hæc mihi littora, nautæ,
Promisistis, ait: non hæc mihi terra rogata est.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria vestra est;
Si puerum juvenes, si multi fallitis unum?
Jamdudum flebam. Lacrymas manus impia nostras
Ridet: et impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipsum (nec enim præsentior illo
Est Deus) adjuro, tam me tibi vera referre,
Quam veri majora fide. Stetit æquore puppis
Haud aliter, quam si siccum navale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perstant:
Velaque deducunt; geminaque ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos, nexuque recurvo

nit: e quibus Æthalion, Nimirum, inquit, omnis nostra salus a te solo pendet? et ipse succedit; et officio meo fungitur; et in partem diversam abit, Naxo omissa. Tum Deus imponens, sicuti nunc denique dolum cognoverit, prospicit mare e puppi curva; et similis lacrymanti, Non, inquit, nautæ, polliciti estis mihi hæc littora; hæc terra non est exoptata a me. Qua re dignus sum multeta? quænam est laus vestra, si adulti decipitis puerum, si multi unum? Jamdiu lacrymabar. Turba scelesta irridet meos fletus; et pulsat aquas remis festinantibus. Nunc tibi juro per ipsum (neque vero est Deus illo præsentior) me tibi tam certa narrare, quam majora fide veri. Non aliter repressa est navis in mari, quam si esset in sicco naruli. Illi stupentes pergunt insistere remis, et expandunt carbasa, et nituntur currere duplici auxilio. Hederæ implicant remos, et diffunduntur nodis aduncis, et

---

rolin. etiam *aliquis*.—645 Berolin. *sceleris artisque*.—647 Vetustiores *Æthalion*: Hygino *Ethalides*.—651 Schepperus ita emendat: *Senserat, e puppi portum prosp.*—660 *Quam vera* olim volebat Heins.—662 Gebhard. Crepund. II. 2. ex Ms. Pal. *verbere restant*.—663 Med. unus, et Mediol. *currere certant*.—

NOTÆ

647 *Scilicet*] Increpantis est et irridentis.

656 *Flebam*] Nimius est Poëta, nisi forte major est fabulosis hominibus humanitas quam inter veros reperitur.

660 *Quam veri majora fide*] Sunt supple, aut videntur.

661 *Navale*] Navalia dicuntur loca in quibus stant, aut construuntur naves.

663 *Gemina*] Remorum, scil. et venti.

664 *Nexuque*] Optime profecto hederæ Baccho dicatæ naturam expressit his verbis.

Serpunt; et gravidis distringunt vela corymbis.
Ipse, racemiferis frontem circumdatus uvis,
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum,
Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.
Exsiluere viri; sive hoc insania fecit,
Sive timor: primusque Medon nigrescere pinnis
Corpore depresso, et spinæ curvamina flecti
Incipit. Huic Lycabas, In quæ miracula, dixit,
Verteris? et lati rictus, et panda loquenti
Naris erat, squamamque cutis durata trahebat.
At Libys, obstantes dum vult obvertere remos,
In spatium resilire manus breve vidit; et illas
Jam non esse manus; jam pinnas posse vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit; truncoque repandus in undas

contrahunt lintea ponderosis corymbis. Ipse redimitam habens frontem uvis racemiferis hastam quatit obductam frondibus pampineis: circa quem tigres, et ramæ imagines lyncum, et maculatarum pantherarum ferocia corpora sternuntur. Viri emicuerunt, seu hoc præstitit vesania, seu pavor; et Medon cæpit prior nigrescere pinnis corpore submisso, et flexus spinæ curvari: ad quem Lycabas, In quæ monstra mutaris? dixit: et os vastum, et patulæ erant nares loquentis, et cutis rigens induebat squamas. At dum Libys tentat convertere remos obstantes, advertit manus reflecti in exiguum spatium, et jam non esse manus, jam posse dici pinnas. Alius nitens inferre lacertos ad funes implicitos non habuit lacertos, et curvatus exsiliit in

---

665 *Distringunt* pr. R. et multi alii: unus Mor. *constringunt*; Jun. *stringuntur*.—666 Pro *uris* Schol. Statii ad Theb. IV. 656. *umbris*, quod valde adblanditur Burm. quia frons eleganter dicitur *umbrari*, σκιάζεσθαι, frondibus.—668 Pro *inania*, Gron. et Arg. *immania*, quod ex Mss. probant Bersm. et Giphan. Heins. malebat *simulacraque inania, lynces* per appositionem.—671 Menagius *nigr. pennis*; ceteri *nigr. capit*.—672 Variant Mss. duo V. alter Ma. Ursini et Briant. *Corpore depresso:* in quibusdam *Corporeque presso*; in aliis *Corpore et presso*, vel *Corpore et expresso*: multi *Corpore sed presso*: duo *Corpore et impresso:* Med. *Corpore depreuso*: in Berolin. *Corpore suppresso spinæ. Curvamine flecti* etiam in Edd. legitur.—674 Pro *panda*, unus *sina*, quod Burm. putat

NOTÆ

665 *Distringunt*] Impediunt et colligunt.

Corymbis] Eo nomine appellantur uvæ quas fert hedera.

667 *Pampineis*] Thyrsum quatit.

668 *Tigres*] Sunt istæ omnes feræ Baccho sacræ, quibus ebriosorum hominum sæpissime ingenium simile.

672 *Curvamina flecti*] Græcismus est, qualem supra vidimus: 'partes quascumque sedendo flectimur.'

674 *Panda*] Recurva, qualis est Delphini.

680 *Truncō*] Quia brachiis mutilatum.

Corpore desiluit. Falcata novissima cauda est,
Qualia dividuæ sinuantur cornua Lunæ.
Undique dant saltus: multaque aspergine rorant:
Emerguntque iterum: redeuntque sub æquora rursus:
Inque chori ludunt speciem: lascivaque jactant
Corpora; et acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Restabam solus. Pavidum, gelidumque trementi
Corpore, vixque meum firmat Deus, Excute, dicens,
Corde metum, Diamque tene. Delatus in illam,
Accensis aris, Baccheia sacra frequento.
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures,
Inquit: ut ira mora vires absumere posset.
Præcipitem famuli rapite hunc: cruciataque diris
Corpora tormentis Stygiæ demittite nocti.
Protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis: et dum crudelia jussæ

aquas corpore mutilato: ultima cauda est in modum falcis figurata: quomodo cornua Lunæ dimidiæ curvantur. Undiquaque prosiliunt, et multo rore aspergunt. Erumpunt iterum, et sese rursus immergunt aquis; et ludunt in modum chori, et concutiunt luxuriantia corpora, et emittunt aquam haustam patentibus naribus. Solus supereram de modo viginti, nam illa navis tot habebat. Deus erigit me tremefactum, et torpentem corpore trementi, et vix meum, dicens, Ejice metum animo, et Noxum sequere. Illic appulsus celebro Orgia aris incensis. Commodavimus, inquit Pentheus, aures prolixis verborum anfractibus; ut ira posset exhaurire suas *vires cunctatione. Lictores tollite hinc sublimem ocyus; et deturbate corpora torta horrendis cruciatibus ad tenebras infernas. Continuo Acœtes Tyrrhenus abreptus coërcetur firmis carceribus; et dum sæva instrumenta constitutæ mortis, et ferrum et*

---

pro *sima* poni.—679 Lovan. *ad intentos.*—681 In Berolin. *est* omittitur.—682 Alii *Qualia dimidiæ.*—688 Berolin. *paridus gelidusque.*—689 Pro *meum* quidam ponunt *animum:* alii veteres *metum.*—690 Alii *Chiamque* vel *Chiumque tene.*—691 Olim ed. *Accessi sacris.* Duo veteres cum Berolin. *accedo.* Sed Heins. ex primo Pal. Cant. et quinque aliis, *accensis.* Malit tamen, *Accensusque Deo,* aut *Adscitusque sacris.* Mss. Bersm. *Accessi terris.*—693 Berolin. *vires consumere.*—694 Alii *cruciataque duris;* et—695 *demittite morti.*—698 Vulg.

NOTÆ

683 *Multaque*] Delphinorum describit naturam, qui ludere, sese in gyrum versare, aquam etiam solent non agitare modo, sed longe emittere.

689 *Meum*] Mei compotem.

690 *Tene*] Illuc cursum tuum dirige.

693 *Absumere*] Ut ne videatur iratus Pentheus hunc Acœtem damnare.

695 *Stygiæ nocti*] Id est, morti:

Instrumenta necis, [illegible]umque ignisque parantur;
Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis
Sponte sua, fama est, nullo solvente, catenas.
Perstat Echionides: nec jam jubet ire, sed ipse
Vadit, ubi, electus facienda ad sacra, Cithæron
Cantibus et clara bacchantum voce sonabat.
Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæque assumit amorem:
Penthea sic ictus longis ululatibus æther
Movit: et audito clangore recanduit ira.
Monte fere medio est, cingentibus ultima sylvis,
Purus ab arboribus, spectabilis undique campus.
Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt, prima est insano concita motu,
Prima suum misso violavit Penthea thyrso
Mater: Io, geminæ, clamavit, adeste sorores.
Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,

flammæ adornantur, rumor invaluit portas ultro apertas esse, et ultro vincula soluta esse brachiis, nullo expediente. Pentheus obfirmat animum; neque nunc imperat ire, sed ipse it ubi Cithæron delectus ad sacra peragenda fremebat cantibus et elata voce bacchantum. Quemadmodum generosus equus fremit, cum bellicus tubicen fecit indicia ære personante, et ducitur amore certaminis; sic aër concussus repetitis clamoribus perculit Pentheum; et furor novatus est auditis ululatibus. Planities est undique aperta fere in monte medio, vacua arboribus, quæ circumdant extremas partes montis. Hic mater prima cernit illum spectantem sacra oculis profanis, prima est impulsa furore insano, prima appetiit suum Pentheum thyrso jaculato: Io vociferata est, accurrite ambæ sorores. Ille aper vastissimus qui vagatur in nos-

---

ignesque parantur.—702 Plerique vett. *ubi festus:* Bernegg. et duo alii *natus;* ut lib. II. 223. 'natusque ad sacra Cithæron.' Duo Erfurtani *flexus;* Gron. *latus.*—707 *Clangore* pr. Pal. et Bernegg. alii *clamore.*—708 Berol. *fere in medio.*—711 Sec. V. et quinque alii *motu;* alii *cursu.*—713 Pro *io geminæ* Medic. *Ogeone* cum glossa, *a loco dictæ.* Hinc Burm. conj. quod et Heins. in mentem venerat, *Et Ogygiæ,* i. e. Thebanæ; Thebæ enim *Ogygiæ* dictæ.—714 Unus Heins. *Ille aper in nostris qui maximus errat in agris;* unde ipse conj.

NOTÆ

Styx enim inferorum palus.

701 *Perstat*] Obstinate Bacchum ejusque sacra contemnit.

702 *Cithæron*] Mons Bœotiæ, Bacchi sacris inclytus.

706 *Ululatibus*] Bacchantum, scilicet. Quæ res profecto cordati viri iram maxime movere possit: tametsi tunc maxime prudentia magis opus sit.

708 *Ultima*] Extremas montis partes.

713 *Geminæ*] Ino et Autonoë.

714 *Aper*] Pentheum aprum esse

Ille mihi feriendus aper. Ruit omnis in unum
Turba furens. Cunctæ coëunt, cunctæque sequuntur
Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem,
Jam se damnantem, jam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, Fer opem, matertera, dixit,
Autonoë: moveant animos Actæonis umbræ.
Illa quid Actæon nescit; dextramque precanti
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.
Non habet infelix quæ matri brachia tendat:
Truncа sed ostendens disjectis corpora membris;
Aspice, mater, ait. Visis ululavit Agave;
Collaque jactavit, movitque per aëra crinem:
Avulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, Io comites, opus hæc victoria nostrum est.
Non citius frondes autumno frigore tactas,

tris campis, ille aper est mihi mactandus. Totum agmen rabiosum irruit in unum: omnes concurrunt, et omnes sequuntur nunc parentem, nunc proferentem voces minus feroces; nunc se coarguentem, nunc se male fecisse confitentem. Ille tamen vulneratus, Veni, inquit, in auxilium, matertera Autonoë: umbræ Actæonis flectant corda. Illa ignorat quid sit Actæon, et abripuit dextram oranti: altera est avulsa rapta Inoo. Miser non habet lacertos quos porrigat matri; sed exhibens corpus mutilatum, artubus discerptis, Vide, mater, inquit. Agave ululavit visis; et excussit collum, et jactavit comam per aërem, et tenens caput abstractum digitis sanguinolentis, Io comites, exclamat, hæc victoria est opus nostrum. Ventus non citius de-

---

Ille aper, en, nostr. &c.—716 *Cunctæque* dedit Heins. ex altero Pat. malit tamen *rabidæque.* Schepper. *fremituque.* Vulgo, *trepidumque.*—721 *Quid* Gron. Lov. et Cant. *quis* Edd. veteres. N. et unus Heins. *precanti;* alii *precantis:* Heins. etiam conj. *dextramque precantem.*—722 Berolin. *altera captu.*—722 Post hunc versum Urbin. Langerm. et unus Med. tum Edd. quædam inserunt illum, *Ille etiam vellet cum brachia tendere matri,* qui huc transcriptus videtur ex I. 635. Sed nunc quidem imperf. *vellet* minime convenit *τοῖς habet* et *tendat.* Et verba *Non habet, &c.* referuntur ad antecedentia *dextram precanti.*—724 Pro *disjectis,* Heins. mallet *direptis* vel *discerptis.* Nonnulli habent *dejectis.* Jun. *corpora;* alii *vulnera.*—728 Vulg. *hoc vict. nostra est.*—729 Alii *frondes autumni.*

NOTÆ

credit mater Bacchi plena: quo errore quid vinum possit, quantaque sit virtus temperantia intelligitur.

720 *Moveant*] Ad misericordiam tuum animum flectant. Fuit vero Autonoë Actæonis mater, quam filii non absimilis casus, nisi vinum omnem rationem et memoriam sustulisset, mitiorem præstitisset.

722 *Inoo*] Manum itaque alteram Antonoë, alteram Ino abstulit.

729 *Autumno*] Pro Autumnali.

Jamque male hærentes alta rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monitæ nova sacra frequentant,
Thuraque dant, sanctasque colunt Ismenides aras.

ripit arbore excelsa folia usta frigore per Autumnos, et tunc leviter affixa, quam artus viri sunt dilaniati manibus impiis. Thebanæ doctæ ejusmodi exemplis celebrant nova sacra, et thura præbent, et venerantur sacra altaria.

Mss. Bersm. *frigore raptas.*—732 Pro *monitæ* nonnulli *matres* vel *mites*: at Heinsio placet *motæ*, quod in uno Mor. et Norico extabat. Burm. conj. *Talibus extemplo motæ.*

NOTÆ

733 *Ismenides*] Thebanæ mulieres, ab Ismeno Bœotiæ fluvio sic dictæ.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER IV.

Fab. I. II. III. Dercetis Nini Regis filia in Piscem. Semiramis Dercetis filia in Columbam. Nais in Piscem.

Thebis cum Tiresias Everi filius diem festum sacrorum Liberi patris edixisset, Alcithoë Minei filia ejusdem civitatis in eodem permansit judicio quo Penthens: cum sororibus suis, quæ lanæ potius operandæ studio, quam sacrorum, adesse volunt. Itaque rogata, ut inter opus lanificii referret fabulas, quibus oblectarent assuetum laborem, dubitat, an de Babylonia Derceti dicat, quæ in piscem conversa sit; an de ejus filia, quæ cessit in columbam; an de Naide Nympha, quæ similiter cessit in piscem: an etiam de ea arbore, cujus poma albi coloris in sanguineum cesserunt: de qua, quoniam trita non erat, his incipit.

At non Alcithoë Minyeias orgia censet
Accipienda Dei: sed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat esse Jovis: sociasque sorores

1. *At Alcithoë Minyeias non opinatur orgia Dei esse admittenda; sed insana profitetur adhuc Bacchum non esse filium Jovis; et habet sorores participes impie-*

1 Alii *Minyoias:* emendabant Scalig. et Heins. *Minycias.*—5 Alii *Immunes-*

NOTÆ

1 *Alcithoë*] Minyæ fuit filia: de qua vide, si placet, doctissimam claris. Heinsii notam.

Orgia] Bacchi sacra fuerunt, alio nomine Dionysia, itemque Bacchanalia dicta.

3 *Sorores*] Leuconoën solam nominat distinguit Ovidius: Antoninus

Impietatis habet. Festum celebrare sacerdos,
Immunes operum dominas, famulasque suorum,
Pectora pelle tegi, crinales solvere vittas,
Serta coma, manibus frondentes sumere thyrsos,
Jusserat: et sævam læsi fore numinis iram
Vaticinatus erat. Parent matresque nurusque;
Telasque, calathosque, infectaque pensa reponunt:
Thuraque dant: Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque,
Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.
Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis consitor uvæ,
Nycteliusque, Eleleusque parens, et Iacchus, et Evan:

tatis. Sacerdos monuerat frequentare festum, et dominas et ancillas vacantes a suis operibus velari pectora pellibus, solvere vittas crinales, impedire capillos coronis, et manus thyrsis froudosis; et prædixerat ardorem Dei spreti fore violentum. Et matres, et nurus obtemperant, et omittunt telas, et qualos, et pensa inexpleta; et immittunt thura; et citant Bacchum, et Bromium, et Lyæum et Ignigenam, iterumque genitum, et solum bimatrem. Adjicitur his Nyseus, et Thyoneus indetonsus, et cum Lenæo genialis inventor uvæ, et Nyctelius, et pater Eleleus, et Iac-

---

que. Berolin. etiam *famulas dominasque.*—7 Meliores, teste Heins. *coma;* alii *comis.*—8 Gruterus *aut sævam.*—10 Ma. *Telasque calath.* alii *Telasque et calath.* Vivianus legit *infestaque*, et explicat, non festa. Atque ita unus Gron. a manu

NOTÆ

tres omnino facit, Leucippam, Arsippam, quam alii Aristippen, alii Arsinoën vocant, et Alcithoën.

6 *Pectora pelle*] Totum describit Bacchantium fœminarum habitum.

7 *Serta*] Ex pampinis.

11 *Bacchumque*] Omnibus nominibus Deos religiose appellare solebant, eorumque acta recensere; quod illis gratissimum arbitrabantur.

Bromium] Id est, *frementem:* ἀπὸ τοῦ βρέμειν.

Lyæum] Ἀπὸ τοῦ λύειν, a solvendo, quod vinum curas solvat: unde etiam Latinis *Liber pater.*

12 *Ignigenam*] Quia fulminis ictu editus, ut vidimus antea.

Iterum] Quia Jovis femori inclusus, quod illi alterius matris loco fuit, unde et 'bimater.'

13 *Nyseus*] A Nysa nutrice, vel Nysa monte, apud quem educatus, vel Nysa Indiæ urbe quam Bacchus ædificavit.

Indetonsus] Quippe Apollinem et Bacchum eundem esse, semper juvenem nonnulli voluerunt.

Thyoneus] A matre Semele, quæ etiam *Thyoné* dicta.

14 *Lenæo*] A torcularis lacu, qui ληνὸς Græcis dicitur.

Genialis] Genio et voluptati maxime accommodatæ.

15 *Nyctelius*] A nocturnis festis.

Eleleusque] A clamore Orgia celebrantium, et hortantis voce ἐλελεῦ,

Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina, Liber, habes. Tibi enim inconsumta juventas.
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris cœlo: tibi, cum sine cornibus astas,
Virgineum caput est: Oriens tibi victus, ad usque
Decolor extremo qua tingitur India Gange.
Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
Sacrilegos mactas: Tyrrhenaque mittis in æquor
Corpora. Tu bijugum pictis insignia frænis

chus, et Evan, et insuper nomina plurima, quæ consecutus es inter nationes Græcas, o Liber. Tibi enim integra Juventus: tu puer æternus, tu es pulcherrimus in excelso cælo: tibi est caput puellæ, cum te offers sine cornibus. Oriens a te superatus, usque ad Indiam, quæ fusca circumdatur ultimo Gange. Tu, venerande, male perdis Pentheum et Lycurgum bipenniferum impios; et deturbas in mare corpora Thusca.

prima.—17 *Juventas* unus Bas. unus Heins. cum Spirensi, Voss. uno, et exc. I. alii *juventus;* vel *juventa est.*—20 R. *aspiceris cælo;* Gron. *Prospiceris.* In plurimis Codd. *tibi cum confinibus astris.* Pro *astas* etiam in Lov. *extas.*—21 Alii *qua cingitur.*—22 Pr. Med. et Grævianus, *Penthea, qui;* unde Heins.

NOTÆ

bello giganteo usurpata, qua in hymnis, Pæanibus, itemque hortationibus bellicis utebantur.

Iacchus] A clamoribus et vociferatione.

Evan] Vox fuit bacchantium, qua ipse Bacchus intelligitur.

17 *Juventas*] Quæ Hebe est, juventutis Dea; quam pro ipsa juventute ponunt Poëtæ, Baccho et Soli perpetua.

18 *Formosissimus alto*] Satis patet, per Bacchum Poëtam Solem in cœlo intelligere.

19 *Cornibus*] Baccho attributa cornua, vel a poculis quæ primis temporibus cornua erant; vel a bobus, quos aratro jungere Bacchus apud Ægyptios docuit; vel a galea capitis arietini forma, qualem et Turno tribuit Virgilius; vel ab ebriorum hominum poëtis decantata protervitate.

20 *Oriens*] Primus creditus Indiam cædibus vexasse Bacchus et victoriis peragrasse, ubi columnas statuit, sicuti Hercules in Hispania.

21 *Decolor*] Quia fusco sunt colore Indi.

Gange] Fluvius est Indiæ maximus, citeriorem, tantum fere veteribus cognitam, ab ulteriore dividens.

22 *Lycurgum*] Rex fuit Thraciæ, quem bipenni, qua vites cæderet, sibi corporis extremas partes abscidisse fabulatus est Apollodorus.

23 *Sacrilegos*] Dicitur Bacchus orbem terrarum sacrilegis et Deorum contemtoribus purgasse.

Tyrrhenaque] Nautas dicit, de quibus antea.

24 *Bijugum lyncum*] Sunt lynces animalia Africæ familiaria, maculata pelle, et mira oculorum acie prædita, a quibus Bacchi currum trahi voluerunt.

Colla premis Lyncum: Bacchæ Satyrique sequuntur:
Quique senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet; et pando non fortiter hæret asello.
Quacumque ingrederis; clamor juvenilis, et una
Fœmineæ voces, impulsaque tympana palmis,
Concavaque æra sonant, longoque foramine buxus.
Pacatus mitisque, rogant Ismenides, adsis:
Jussaque sacra colunt. Solæ Minyeides intus,
Intempestiva turbantes festa Minerva,
Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,
Aut hærent telæ, famulasque laboribus urgent.
E quibus una levi deducens pollice filum,
Dum cessant aliæ, commentaque sacra frequentant,

Tu urges colla lyncum bijugum speciosa pictis frænis: Bacchæ et Satyri comitantur; et senex vini plenus, qui sustentat membra vacillantia ferula, et non bene insidet curvo asello. Quacumque te confers, clamor juvenilis, et simul voces muliebres, et tympana percussa palmis et æra concava obstrepunt, itemque buxus producto foramine. Ismenides orant adsis propitius, et suavis; et frequentant sacra indicta. Solæ Minyeides violantes festa domi operibus parum convenientibus, aut trahunt lanas, aut torquent stamina pollice, aut insistunt telæ, et premunt ancillas operibus. Inter quas una trahens filum agili pollice, Dum, inquit, aliæ opus intermittunt, et

---

Pentheaque.—25 Pro *Satyrique* pr. Med. *thyrsique;* Noricus *tirsique;* Heins. conj. *thiasique.*—27 Pr. et sec. Pal. tert. et quart. Med. Urbin. aliique *aut pando.* Unus Bas. et Langerman. *pavido* pro *pando.*—30 Barb. *largoque:* Heins. conj. *uncoque.*—31 *Pacatus* unus Med. alii *Plucutus.*—33 Quidam *turbantes*

NOTÆ

25 *Satyrique*] Satyri, ut refert Plinius, nihil aliud hominis quam figuram habent. In Æthiopia nascuntur, aduncis naribus, aspera cornibus fronte, pedes caprinos habentes. Non sunt vero illi aliud quam Poëtarum opus, ad brutorum tamen et ferorum hominum imaginem effictum.

26 *Quique senex*] Silenum dicit Bacchi nutritium, pædagogum et comitem assiduum, semper ebrium, cujus gestamen baculus ex ferula arbore. Atque illum tanquam parentem Satyri observabant, qui et ipsi senes facti, Sileni dicebantur.

30 *Concava*] Cymbala dicit ærea, quibus et furentes ad insanum strepitum utebantur.

Buxus] Pro tibia, quam etiam ex buxo conficiebant. Metonymia est materiæ.

31 *Pacatus*] ‘Parce, Liber, Parce, gravi metuende Thyrso,’ inquit Horat. Carm. II. 19.

33 *Minerva*] Id est, A Minerva inventis artibus quas Baccho festo die exercere nefas esset.

34 *Ducunt lanas*] Subtemen trahunt.

36 *Una*] Aliqua ex illis puellis.

Nos quoque, quas Pallas, melior Dea, detinet, inquit,
Utile opus manuum vario sermone levemus:
Perque vices aliquid, quod tempora longa videri
Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures.
Dicta probant, primamque jubent narrare, sorores.
Illa, quid e multis referat (nam plurima norat)
Cogitat; et dubia est, de te, Babylonia, narret,
Derceti, quam versa squamis velantibus artus
Stagna Palæstini credunt celebrasse figura:
An magis ut sumtis illius filia pennis

celebrant festa fictitia, nos quoque, quas Minerva Dea optima detinet, leniamus opus utile manuum diverso sermone; et narremus alternis vicibus auribus otiosis quod non patiatur tempora videri longa. Sorores laudant ejus *verba, et imperant priorem aliquid referre. Illa dispicit quid narret e multis (nam multa sciebat): et incerta est loquatur de te, Derceti Babylonia, quam Palæstini arbitrantur frequentasse lacus mutata figura, squamis tegentibus membra: an potius ut filia illius*

---

sacra.—36 Duodecim vett. *pollice fusum.*—39 Unus Med. et unus Bas. *sermone levemur*, quod et Heinsio placet.—40 Sixii Cod. *Perque vices operum.* Unus Leid. *longa vereri.*—41 Cant. et quidam alii *ad auras.*—46 *Celebrasse* agnoscunt

NOTÆ

42 *Sorores*] Minyeides, scilicet.

45 *Derceti*] Hanc vel Ethnico homini contemtam Deam animus non est tenebris, in quibus falsa omnia numina utinam in perpetuum jacerent sepulta, eruere. Immo nec facile est illam in fabulis ostendere, scriptoribus diversissima plane de ea referentibus. Veneris filiam aut Venerem ipsam esse nonnulli, Terram alii, alii Reginam quandam, Semiramidis matrem, finxerunt; cujus imago superne mulierem, inferne piscem, referebat, in quem mutatam illam variis de causis fabulati sunt, unde et Atargatis dicta. Ab Assyriis, aliisque populis culta fuit.

46 *Palæstini*] Palæstinæ, Syriæ Provinciæ, populi.

Celebrasse] Juxta Ascalonem Syriæ urbem Dio stagnum esse scripsit seu lacum, in quem Dercetis, pudoris amissi dolore, ab adolescente quodam, Veneris instinctu, compressa, postquam filiam Semiramidem peperisset, sese conjecit. Cujus rei causa Syros piscibus illius stagni, in piscem juxta illorum opinionem mutata Dea, abstinuisse, templumque illi juxta lacum adificasse scripsit Diodorus. Vide, si tanti videtur, Lucianum de Dea Syria.

47 *Pennis*] Hanc Semiramidem Dercetis filiam, quæ Babylonem ampliavit, in columbam fuisse mutatam nonnulli tradiderunt, quos secutus est Ovidius. Illam quidem primo a matre expositam a columbis nutritam volunerunt; ex quo illi nomen Semiramis, quod lingua Syria columbam montanam significat. Habuerunt præterea columbam in suis vexillis Babylonii, Diodoro Siculo teste. Ex quibus omnibus pronum est conjicere quomodo plebs credula et adulatrix reginam suam in columbam mutatam,

Extremos albis in turribus egerit annos.
Nais an ut cantu, nimiumque potentibus herbis,
Verterit in tacitos juvenilia corpora pisces:
Donec idem passa est: an, quæ poma alba ferebat,
Ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.
Hæc placet: hanc, quoniam vulgaris fabula non est,
Talibus orsa modis, lana sua fila sequente.

Fab. IV. Pyrami et Thisbes cruor in arborem Morum.

Pyramus et Thisbe urbis Babyloniæ, quam Semiramis regina muro cinxerat, et ætate et forma pares, cum in propinquo habitarent, rima parietis et colloquii et amoris initia inter se pignerati sunt. Constituerunt itaque ut matutino ad monumentum Nini regis sub arborem morum convenirent ad amorem. Et cum celerius sub lucem Thisbe, nacta occasionem, ad destinatum locum venisset, conspectu leænæ exterrita, abjecto amictu, in sylvam refugit. At fera a recenti præda, cum ad fontem vicinum tumulo sitiens decurreret, relictam vestem cruento ore laceravit. Post cujus discessum Pyramus cum ad eundem locum venisset, et amictum sanguine aspersum invenisset, existimans a fera consumtam, ferro se sub arbore interfecit. Deinde Thisbe, deposito metu, cum ad eundem fuisset reversa locum, et comperisset se causam mortis adolescentis extitisse, ne diutius dolori superesset, eodem ferro se trajecit, quorum cruore morus arbor, quæ fœdissimi spectaculi fuerat inspectrix, poma, quæ gerebat alba, in conscium vertit colorem.

Pyramus et Thisbe, juvenum pulcherrimus alter,

adoptatis pennis trajecerit ævum ultimum in candidis turribus: an ut Nais mutaverit in mutos pisces cantu, et graminibus nimium efficacibus corpora juvenilia, donec idem experta est: an ut arbor, quæ producebat poma alba emittat nunc atra contactu cruoris. Hæc arridet: hanc, siquidem fabula non est trita, sic narrare occepit, *lana sequente sua fila.*

iv. *Pyramus et Thisbe, alter elegantissimus juvenum, altera formosissima vir-*

---

meliores: in quibusdam *coluisse;* et alii *mutasse* vel *habitasse.*—48 *Albis* habet Fl. S. Marci, et Ro. pro div. lect. alii *altis.* In uno V. *Egerit extremos altis in turribus annos.* Unus A. et Marg. Gryphii et Bersm. *in montibus.*—50 In uno Leid. pro div. lect. *in patulos.*—53 Libri vett. magna ex parte *Hoc placet, hæc;*

NOTÆ

pariter Deam factam crediderit: cum præsertim filii fraude evanuisse eam nonnulli scripserint.

48 *In turribus*] Ubi nidificare solent columbæ. Quo, si ad historiam referas, Semiramidem sese recepisse, vel filium ejus eandem conclusisse, haud absurde crediderís.

49 *Nais*] Nympha hæc Solis insulam, cui et nomen Nosala, et Nym-

Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis,
Contiguas tenuere domos: ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.
Notitiam, primosque gradus vicinia fecit;
Tempore crevit amor; tædæ quoque jure coissent,
Sed vetuere patres, quod non potuere vetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conscius omnis abest: nutu signisque loquuntur.
Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.
Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
Cum fieret paries domui communis utrique.
Id vitium nulli per sæcula longa notatum,

ginum quas Oriens habuit, incoluerunt domos conterminas, ubi Semiramis dicitur clausisse excelsam urbem lateribus excoctis. Vicinia strayit primam viam et conciliavit consuetudinem. Amor auctus est mora; faces etiam jure convenissent, sed patres prohibuerunt quod non potuerunt prohibere. Uterque pariter incensi erant animis correptis. Omnis arbiter abest; verba faciunt nutu et notis: et quo magis ignis obducitur, magis obductus incalescit. Murus medius inter utramque domum hiabat exigua fissura, quam quondam traxerat, cum strueretur. Ille defectus a nemine observatus per diutina tempora; (quid non cognoscit amor?) a

---

vel *Hoc placet, hoc:* unus Voss. *Hæc placet, hinc:* in Spirensi *Hoc placet, hanc.* Nostra lectio est ex Erfurtano et Bersmanni Cod.—57 Plurimi libri *Continuas.* Heins. *tenuere,* pro vulg. *habuere.* recepit, quia *habuit* præcessit.—60 Med. et Arg. *quoque jura,* quod placet Burm.—61 Urbin. *vetuere pares.*—62 Cod. Menard. *Ex æquo ardebant hi capti.*—64 Vulgo, *tanto magis.* Sed Burm. recepit vett. librorum scripturam, cum quia repetitio ejusdem verbi familiaris Ovidio, tum quia sæpe Veteres post *quo* et *quanto* omittunt *eo* et *tanto.*—66 Tert. Med. *domui confinis.*—68 Fr. *sentit amans. Sensistis* veterrimum

NOTÆ

pharum cubile, inter Taprobanam et Carmaniam sitam, incoluit; quæ juvenes advenas quibuscum rem habuisset veneficiis in pisces mutabat. Deinde et ipsa a Sole, terræ sibi sacratæ vindice, in piscem versa est.

52 *Arbor*] Morum dicit, quam per periphrasim descripsit.

54 *Lana*] *Toujours en filant sa quenouille.*

58 *Urbem*] Babylonem dicit, urbem maximam ad Euphratem sitam, a Semiramide auctam et muro lateritio clausam, qui inter septem orbis miracula recensetur.

59 *Primosque gradus*] Ad amorem, scilic. Notum illud Terentii: 'Si non tangendi copia est, Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet, Saltem hoc licebit: certe extrema linea Amare haud nihil est.'

60 *Tædæ jure*] Pro ipsarum nuptiarum jure, in quarum pompa faces adhibebantur.

61 *Quod non potuere*] Quia tametsi corporum, non tamen animorum poterant prohibere conjugium.

(Quid non sentit amor?) primi sensistis amantes,
Et voci fecistis iter: tutæque per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
Sæpe, ut constiterant, hinc Thisbe, Pyramus illinc;
Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris;
Invide, dicebant, paries, quid amantibus obstas?
Quantum erat, ut sineres nos toto corpore jungi!
Aut hoc si nimium, vel ad oscula danda pateres!
Nec simus ingrati: tibi nos debere fatemur,
Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.
Talia diversa nequicquam sede locuti;
Sub noctem dixere Vale: partique dedere
Oscula quisque suæ, non pervenientia contra.
Postera nocturnos Aurora removerat ignes,
Solque pruinosas radiis siccaverat herbas:
Ad solitum coiere locum. Tum murmure parvo
Multa prius questi, statuunt, ut nocte silenti

vobis amantibus primo fuit cognitus; et fecistis viam voci; et securæ blanditiæ solebant transire per eam, tenuissimo strepitu. Sæpe postquam convenissent, hinc Thisbe, Pyramus illinc, et spiritus oris esset utrobique captatus, Livide mure, dicebant, quamobrem prohibes amantes? Quam parum esset, ut patereris nos convenire toto corpore! Aut si hoc nimium, saltem apertus esses ad jungenda suavia! Neque sumus ingrati. Nos agnoscimus tibi debere, quod via facta est vocibus ad aures amicas. Postquam ejusmodi frustra e diverso loco dixissent, adventante nocte dixerunt Vale; et quisque obtulerunt basia suæ parti, non pertenuntia in alteram. Sequens Aurora fugaverat sidera nocturna, atque Sol exsiccaverat gramina pruina conspersa radiis; convenerunt in eundem locum. Tum prius conquesti plurima

---

Fragm. Theatinorum Romæ; alii *vidistis.*—69 *Et voci* Heins. ex Urbin. Theat. et tribus aliis; vulgo *vocis:* alter Hamburg. et Lovan. *votis.*—71 Urbin. et pr. Erfurt. pr. Gron. pr. Bas. et sex alii *Sæpe ut;* vulg. *Sæpe ubi.*—72 Alii *Inque vices.*—75 Berolin. *nimium est.* Quidam ex melioribus *oscula sola;* unus Mor. *blanda;* alius *longa.*—77 Cant. sec. Med. et duo alii *datus es:* sex *datus es nobis;* quinque *datus est vobis;* et Lovan. *vocis* pro div. lect.—78 Alii *nequicquam parte.*—82 Jun. *radiis perflavérat.*—83 In duobus V. aliisque Ciofani, *Ad s. rediere locum:* Ursin. *Ad s. venere locum,* Cant. sec. Med. et duo alii *cum murmure.*—84 Unus Gron. et tres alii *statuerunt n. sequenti.*

NOTÆ

71 *Quantum*] Quasi dicat minimum.

78 *Diversa*] Quia hinc Thisbe, illinc Pyramus sedebat.

80 *Contra*] Id est, ad alteram partem: quæ locutio non admodum placet.

81 *Postera*] Matutinum tempus describit, quo Aurora, seu majori Solis luce, stellarum non sentitur lumen.

84 *Questi*] De parentibus suis, scilicet, aut fati iniquitate.

Fallere custodes, foribusque excedere tentent;
Cumque domo exierint, urbis quoque claustra relinquant:
Neve sit errandum lato spatiantibus arvo,
Conveniant ad busta Nini: lateantque sub umbra
Arboris. Arbor ibi, niveis uberrima pomis,
Ardua morus, erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: et lux, tarde decedere visa,
Præcipitatur aquis, et aquis nox surgit ab îsdem.
Callida per tenebras, versato cardine, Thisbe
Egreditur, fallitque suos: adopertaque vultum
Pervenit ad tumulum; dictaque sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor. Venit ecce recenti
Cæde leæna boum spumantes oblita rictus,
Depositura sitim vicini fontis in unda.
Quam procul ad lunæ radios Babylonia Thisbe
Vidit: et obscurum trepido pede fugit in antrum.
Dumque fugit, tergo velamina lapsa relinquit.

voce summissa, decernunt, ut nocte intempesta conentur fallere janitores, et valvis egredi; et postquam domo prodierint, egrediantur insuper urbe; et ne opus sit vagari per vastos agros, cœant ad tumulum Nini, et latitent sub umbra arboris. Ibi erat morus arbor procera fœcundissima pomis candidis, proxima fonti frigidissimo. Conditiones probantur, et dies sero credita transire præcipitatur in aquas, et nox excitatur ab iisdem aquis. Solers Thisbe erumpit per opaca noctis, cardine dimoto, et suos decipit, et velatum os habens pervenit ad sepulcrum, et substitit sub præstituta arbore. Amor præstabat audentem. Ecce leæna adest infectum habens os æstuans recenti cæde boum, sedatura sitim aqua fontis proximi. Quam Thisbe Babylonia intuita est e longinquo ad lucem Lunæ, et pede tremente dilabitur in tenebrosam speluncam: et fugiendo omittit a tergo lapsa velamina. Postquam

Multi vett. *sub nocte;* nonnulli *in nocte.* Quidam alii etiam *nocte sequenti.* —85 Burm. malit, *foribusque exire paternis,* quia unus Thuani *exire.* Multi Codd. etiam *tentant;* et vs. seq. *exierant, relinquunt.*—86 *Claustra* unus Bonon. alii *tecta.*—89 Liber scriptus Bersm. *celeberrima pomis,* et sic tert. Gron. et Zulichemianus: tert. Med. *creberrima.*—91 Cant. et tert. Med. *decedere;* alii *discedere.*—92 *Surgit* meliores; alii *exit.*—94 Unus Leid. *adopertaq. vultus.* —95 Mss. Bersm. *pactaque.*—97 In Urbinati erat *spumanti fervida rictu;* et alii quidam Codd. *rultu,* vel *vultus.*—98 Alii *in undam;* plurimi *ad undam,* vel *undas.*—99 Unus Med. *temeraria Thisbe.*—100 Heins. malebat *Ut videt, obscurum, &c.* Cant. *trepido;* alii *timido.*—101 Pro *tergo* Exc. Langerman. *retro.*

NOTÆ

88 *Busta*] Ad Nini sepulcrum seu locum ubi ustus et sepultus fuerat, ubique, Diodoro teste, moles instar arcis cujusdam, multis stadiis distans ab urbe.

93 *Versato cardine*] Aperta janua.

Ut lea sæva sitim multa compescuit unda,
Dum redit in sylvas, inventos forte sine ipsa
Ore cruentato tenues laniavit amictus.
Serius egressus vestigia vidit in alto
Pulvere certa feræ, totoque expalluit ore
Pyramus. Ut vero vestem quoque sanguine tinctam
Reperit; Una duos nox, inquit, perdet amantes:
E quibus illa fuit longa dignissima vita;
Nostra nocens anima est. Ego te, miseranda, peremi,
In loca plena metus qui jussi nocte venires;
Nec prior huc veni. Nostrum divellite corpus,
Et scelerata fero consumite viscera morsu,
O quicumque sub hac habitatis rupe, leones.
Sed timidi est optare necem. Velamina Thisbes
Tollit, et ad pactæ secum fert arboris umbram.
Utque dedit notæ lacrymas, dedit oscula vesti:
Accipe nunc, inquit, nostri quoque sanguinis haustus,
Quoque erat accinctus, demittit in ilia ferrum.
Nec mora; ferventi moriens e vulnere traxit.

crudelis leæna sedavit sitim multa aqua, dum revertitur in nemus, forte discerpit rictu sanguinolento subtilia vela reperta sine Thisbe. Pyramus qui tardius exierat aspexit in ultimo pulvere indubitata vestigia feræ, et toto vultu expalluit. Postquam autem invenit amictum infectum etiam cruore; Una nox, inquit, conficiet duos amantes, e quibus illa fuit dignissima producta vita. Anima nostra est in culpa. Ego te perdidi, deflenda, qui monui ut venires noctu in loca pavore obsita, neque primus huc affui. O Leones, quicumque incolitis hæc saxa, convellite impia præcordia sævo morsu. Sed projecti est animi mortem cupere. Colligit velum Thisbes, et portat secum ad umbram arboris constitutæ. Et sicuti dedit lacrymas, dedit quoque *suavia amictui;* deinde, *inquit, Habeas nunc etiam undas nostri sanguinis; et infigit gladium, quo erat instructus, in latus; et sine cunctatione, mo-*

Unus Med. *velam. fusa.* Alii quoque *reliquit.*—103 Gron. *in sylvam.*—105 Cant. *Tardius egressus.*—106 Bas. *tuta* pro *certa*, quod Heins. putat positum pro *trita.*—108 Alii *perdit amantes;* Heins. volebat *perdis.*—111 Jun. Voss. et quatuor alii *plena metu.* Deinde Gron. pro div. lect. *sola venires.*—113 Liber Dominic. *viscera dente;* sic et unus Gron. Quidam *corpora morsu.*—114 Tert. Med. *habitatis pelle:* Heins. conj. *valle.*—116 In uno Bas. *et ad pactæ se confert:* Francius volebat *fert sese.*—119 Unus Mor. *dimittit;* alii vett. *dimisit.*

NOTÆ

110 *Nostra nocens*] Vide annon hic versus egregie Pyrami dolorem proferat.

115 *Timidi*] Quia ex Stoicorum sententia in manu est cujusque.

Ut jacuit resupinus humi; cruor emicat alte;
Non aliter, quam cum vitiato fistula plumbo
Scinditur, et tenues stridente foramine longe
Ejaculatur aquas; atque ictibus aëra rumpit.
Arborei fœtus aspergine cædis in atram
Vertuntur faciem: madefactaque sanguine radix
Pœnicco tingit pendentia mora colore.
Ecce, metu nondum posito, ne fallat amantem,
Illa redit: juvenemque oculis, animoque requirit:
Quantaque vitarit narrare pericula gestit.
Utque locum, et versam cognovit in arbore formam;
(Sic facit incertam pomi color;) hæret, an hæc sit.
Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
Membra solum, retroque pedem tulit: oraque buxo
Pallidiora gerens, exhorruit, æquoris instar,
Quod tremit, exigua cum summum stringitur aura.
Sed postquam remorata suos cognovit amores;

rieus educit e vulnere exæstuante. Cum stratus fuit humi resupinus, sanguis exsilit in altum, non aliter quam cum tubus aperitur læso plumbo, et longe exspuit subtiles aquas, foramine strepente, atque impetu aërem verberat. Fructus arboris mutantur rore sanguinis in nigrum colorem, et radix cruore imbuta inficit mora pendentia colore rubro. Ecce illa, ne decipiat amantem, revertitur, pavore nondum sedato; et vestigat juvenem oculis et mente, et lætatur referre quantum discrimen effugerit. Et postquam cognovit locum, et formam mutatam in arbore, dubitat an hæc sit, ita color fructus facit incertam. Dum hæret, aspicit artus trementes quatere terram sanguinolentam; et gressum repressit, et vultus habens pallidiores buxo, exhorruit sicut mare quod strepit, cum superficies impellitur levi vento. Sed postquam per

—121 Alii *Et jacuit*. Nonnulli etiam *resup. humo*.—123 A. *Rumpitur, et;* Lov. *Læditur*. Nonnulli *et tenuis s. f. l.* in aliis *et tenui s. f. longas;* in duobus *latas* pro *longas:* unus Mor. pro div. lect. *stringente* pro *stridente;* unus Heinsii *frendente*. Unus Bonon. *aëra pulsat*, quod Burm. placet.—127 *Pœniceo* rescripsit Burm. cum unus Ciofani et Mureti excerpta *puniceo*, ceteri *purpureo* haberent. Idem etiam *pendentia* e primo V. et uno Med. dedit. Hoc probat etiam vir doctus in Observ. Misc. Vol. II. To. I. p. 34. quamvis alii præferant *candentia*. V. et unus Med. *poma* pro *mora;* nonnulli etiam *rubore*.—131 Gebhard. Crepund. I. 9. *Atque locum*. *Versam* Arund. et alii cum uno Pal. et uno Bersm. vulgo *visam*. In aliis etiam cognoscit *in arb.*—132 Berolin. *errat, an hæc sit*.—135 Heins. vult *pallidiora rigens*, vel *ferens;* Schirach. *fremens*.—136 *Tremit* est ex Cant. et novem aliis; vulg. *fremit*.—137 Voss.

NOTÆ

125 *Cædis*] Pro sanguinis. Metonymia est.

130 *Gestit*] Amoris sui commendandi causa, scilicet.

137 *Amores*] Pro amato Pyramo. Metonymia est.

Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaque corpus amatum,
Vulnera supplevit lacrymis, fletumque cruori
Miscuit: et gelidis in vultibus oscula figens,
Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit?
Pyrame, responde. Tua te, carissime, Thisbe
Nominat: exaudi, vultusque attolle jacentes.
Ad nomen Thisbes oculos, jam morte gravatos,
Pyramus erexit, visaque recondidit illa.
Quæ postquam vestemque suam cognovit, et ense
Vidit ebur vacuum; Tua te manus, inquit, amorque
Perdidit, infelix. Est et mihi fortis in unum
Hoc manus: est et amor, dabit hic in vulnera vires.
Persequar extinctum: letique miserrima dicar
Causa, comesque tui: quique a me morte revelli
Heu sola poteras, poteris nec morte revelli.
Hoc tamen amborum verbis estote rogati,

temporis spatium suum amatorem agnovisset, plangit immerita brachia magnis ictibus: et discerpens capillos, et complexa corpus dilectum opplevit plagas lacrymis, et miscuit fletum sanguini; et deosculans os frigidum, Pyrame, clamavit, quod infortunium te mihi sustulit? Pyrame, responde: tua Thisbe te vocat, suavissime: exaudi, et erige vultus languentes. Pyramus aperuit oculos jam morte pressos ad nomen Thisbes, et ea conspecta clausit. Quæ postquam et agnovit velum suum, et vidit eburneam vaginam inanem gladio; Manus tua, inquit, et amor te mactavit, miser. Manus est etiam mihi strenua ad hoc unum; est etiam amor: hic sufficiet vires ad plagas. Prosequar mortuum, et infelicissima dicar causa et socia tuæ mortis; et qui, heu! poterus sejungi a me sola morte, neque poteris sejungi morte.

et septem alii, *postquam memorata:* Schepperus conj. *revocata.*—138 Cant. duo R. et sex alii *Perculit indignos.*—139 Tres libri *complexaque.* Lov. et multæ Edd. *corpus amantis.*—141 Pr. et sec. Thuan. aliique multi *oscula fingens.*—143 Ball. et R. sec. *carissime;* vulg. *carissima.*—145 Vett. nonnulli *jam m. gravatos;* alii *in m.*—148 Bas. *inquit, et error.*—149 *In unum* scripti omnes; nisi quod I. exc. *in ictum.* Heinsii est ex pr. V. *in unum Hoc manus:* Francius volebat *in usum Hunc.*—150 Lov. et unus Heins. *in vulnere.*—151 Sixii Cod. *Prosequar ext.* Marg. Bersm. *Te sequar.*—153 Berolin. *non morte.*—154 Vulg. *His tamen:* in nonnullis *Hoc,* vel *Hæc:* Heins. *Vos.* Unus

NOTÆ

138 *Claro*] Id est, cum magno ejulatu, et plangendo pectus.

147 *Vestem*] Velamina, quæ supra lapsa reliquisse Thisben Poëta memoravit; ex quibus a Pyramo collectis concludit ipsa eum sese perditam aut laniatam credidisse, quare et idem in propria viscera sævierit.

148 *Ebur*] Pro vagina ex ebore.

150 *Hoc*] Ut nempe, me mea manu perdam, siquidem et amo.

O multum miseri, meus illiusque, parentes,
Ut, quos certus amor, quos hora novissima junxit,
Componi tumulo non invideatis eodem.
At tu, quæ ramis arbor miserabile corpus
Nunc tegis unius, mox es tectura duorum;
Signa tene cædis: pullosque, et luctibus aptos
Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.
Dixit: et aptato pectus mucrone sub imum
Incubuit ferro, quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes:
Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater:
Quodque rogis superest, una requiescit in urna.

Fab. V. Leucothoë in Virgam thuream.

Sol prælatam Leucothoën ex Eurynome et Orchamo Achæmeniæ principe, origine Beli genitam, Clymenæ ac Rhodo, Circes Matri, et Clytiæ, quarum pulchritudine ante solicitum animum egerat, dilexit. Et cupiens, ut in antedictis, cupiditatem sedare in speciem matris puellæ Eurynomes conversus, virginem deceptam dolo vitiavit. Cujus adulterio Clytie incensa, qua nondum satiatus erat Sol, parenti puellæ indicavit. Quam ille cum terræ defodisset, vitiator admissi misericordiam exhibens, diducto solo, cui subjecta fuerat, pro ea virgam tinctam nectare, quæ gratissima Diis hominibusque esset, extulit: quæ thurea appellatur. Hoc Hesiodus indicat.

Desierat: mediumque fuit breve tempus; et orsa est

Attamen, o parentes meus et illius valde infelices, estote rogati amborum nomine, ut non prohibeatis condi eodem sepulcro quos amor verus, quos hora ultima in unum coëgit. At tu, arbor, quæ nunc operis ramis corpus luctuosum unius, mox es opertura duorum, habe indicia necis, et serva fructus nigros et idoneos luctibus, documenta duplicis sanguinis. Dixit, et cuspide accommodato ad infimum pectus immisit se gladio, qui adhuc calidus erat a sanguine Pyrami. *Ceterum preces moverunt Deos, moverunt parentes. Nam color est niger in fructu* mori, *ubi ad maturitatem pervenit; et quod reliquum est ex pyris compositum est in una urna.*

v. *Absolverat; et tempus medium fuit breve; et Leuconoë incepit narrare: so-*

Heins. *amborum lacrymis;* Voss. *precibus.*—155 Edd. *miserique mei illiusq.*—156 Mor. unus *quos serus amor.* Unus Med. etiam *hora brevissima.*—157 Ms. Bersm. *invid. in uno.*—160 *Nigrosque* Ball. et Bernegg. *nigros et* Leid. et Gron. *pullos et* Voss.—162 Cod. Menardi et Heinsii *Dixerat; aptato.* Med. et Bas. *sub ipsum.*—167 Unus Leid. pro div. lect. *mediumq. subit;* et sic Grute-

NOTÆ

157 *Componi*] Eandem in urnam colligi.

167 *Desierat*] Leucothoë, scilicet, quæ Pyrami et Thisbes fabulam nar-

Dicere Leuconoë, vocem tenuere sorores.
Hunc quoque, siderea qui temperat omnia luce,
Cepit amor Solem. Solis referemus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic vidisse Deus: videt hic Deus omnia primus.
Indoluit facto: Junonigenæque marito
Furta tori, furtique locum monstravit. At illi
Et mens, et quod opus fabrilis dextra tenebat,
Excidit. Extemplo graciles ex ære catenas,
Retiaque, et laqueos, quæ lumina fallere possint,
Elimat. Non illud opus tenuissima vincant
Stamina, non summo quæ pendet aranea tigno.
Utque leves tactus, momentaque parva sequantur,
Efficit: et lecto circumdata collocat apte.
Ut venere torum conjux et adulter in unum;
Arte viri, vinclisque nova ratione paratis,

rores conticuerunt. Amor corripuit etiam hunc Solem; qui cuncta moderatur lumine sidereo: narrabimus Solis amores. Hic Deus creditur primus conspexisse furtum Martis cum Venere: hic Deus primus intuetur omnia. Tristis fuit facto, et indicavit marito Junonis filio stupra et locum adulteriorum. At animus et opus quod dextra fabrilis tractabat excidit. Continuo lima perficit ex ære vincula tenuissima, et retia, et laqueos, qui possint decipere oculos. Neque filum subtilissimum, neque tela aranearum quæ pendet summa trabe possit superare illud opus. Atque dat operam ut cedant minimo tactu et re levissima flectantur; et toro circumfusa accommodat. Cum mœchus et uxor coiverunt in unum lectum, uterque manent

---

rus et Scrivius scribunt.—168 Meliores, teste Burm. *Leuconoë;* alii *Leucothoë.* —170 Alii *referamus amores.*—174 Fr. *furtique torum.*—177 In multis Codd. *qui lumina.*—178 Pro *Elimat* Burm. conj. *eliquat.*—179 Douza *nec summo.*—181 Vulg. *collocat apte;* sed plerique vetustiores *arte:* unus Voss. *alte;*

NOTÆ

ravit.

Medium] Quod in Pyrami et Thisbes narranda fabula absumtum est.

173 *Junonigenæque*] Vulcanum dicit, Veneris maritum, quem solum Junonis et Jovis nonnulli, alii Junonis unius filium, fabulati sunt.

175 *Fabrilis*] Est nempe Vulcanus Deorum faber.

178 *Vincant*] Adeoque tenuissima erant retia.

180 *Leves*] Ita ut facile et levissimo contactu resolvi posset, intenta machina: non enim placet Regii explicatio, qui flexibilia admodum retia, ut ne sentiri possent, aut facile rebus omnibus cederent, hoc versu indicasse Poëtam tantum arbitratus est.

182 *Conjux*] Venus, scil. Vulcano nupta.

183 *Nova*] Certe quidem nova, vixque cuiquam cognoscenda, si in fabula

In mediis ambo deprensi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas:
Admisitque Deos. Illi jacuere ligati
Turpiter: atque aliquis de Dis non tristibus optet
Sic fieri turpis. Superi risere: diuque
Hæc fuit in toto notissima fabula cœlo.
Exigit indicii memorem Cythereia pœnam:
Inque vices illum, tectos qui læsit amores,
Lædit amore pari. Quid nunc, Hyperione nate,

correpti in mediis complexibus industria viri, et catenis intextis novo modo. Continuo Lemnius aperuit fores eburneas, et introduxit Deos. Illi strati erant indecore vincti: atque nonnullus Deorum minus severorum cupiat ita dedecorari. Dii illuserunt, et hæc fabula fuit diu vulgatissima in toto cœlo. Cythereia repetit supplicium insigne accusationis, et pariter urit simili amore illum qui violavit amores occultos. Quid nunc te juvant, fili Hyperionis, species, et ignes, et splendidi radii?

---

nnde Heins. conj. *alto*.—182 Pat. *conjuxque*.—184 Strozzæ liber *deprensi nexibus*.—187 Pro *atque* Heinsius vult *atqui;* Bothius *ast*. *Optet* unus Mor. alii *optat*.—190 Heinsius conj. *Exig. indicio*, vel *indiciis*. *Meritam*

NOTÆ

hæreas.

185 *Lemnius*] Vulcanus; quem in Lemnon, Ægæi maris insulam, Thraciæ oppositam, alii a Junone ob deformitatem, alii a Jove cum matri opem ferret, dejectum voluerunt.

187 *Turpiter*] Qua re Homerus ad vitæ innocentiam et sanctitatem homines compellit, ne, videlicet, magna, quanquam lento pede procedente, Deorum ira deprehendantur, quemadmodum a tardissimo Vulcano Mars impetuosissimus correptus est. Quod vero in adulterio Martem et Venerem Vulcani arte irretitos fabulati sunt, Arnobius iram atque cupiditatem vi pressas consilioque rationis exponit. Sed, fabulæ titulo siquidem constet veteres non modo quæ ad mores spectarent hominum aut eorum res gestas scripsisse, immo potius abscondita naturæ, a quibus impuram plebem arcerent, dignis proposuisse, optime profecto rem totam pauculis verbis exposuit clarissimus Vir Farnabius. 'Ignea Martis stella,' inquit, 'significat calorem, Veneris autem stella humorem temperatum; ex horum conjunctione constat generatio: quos Sol aspectu suo elicit detegitque; Vulcani immodicus calor impedit; Neptunus, ut habet Homerus Odyss. Θ. ligatos solvit: aqua scilicet extinguit calorem. Symmetria hinc Physica.' Ceterum, haud equidem scio annon majora adhuc hac fabula contineantur, quæ qui rejiciunt videant ipsi an satis intelligant.

Aliquis] Mercurium eum fuisse jocatus est Lucianus: quod forte non temere jocatus.

190 *Cythereia*] Venus, a Cytheris, insula contra Cretam, quo primum appulsam eam e mari egredientem nonnulli fabulati.

192 *Hyperione*] Hunc Hyperionem Cœli filium Hesiodus et Apollodorus scripserunt, quoque Solis Patrem,

Forma, calorque tibi, radiataque lumina prosunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
Ureris igne novo: quique omnia cernere debes,
Leucotheen spectas: et virgine figis in una,
Quos mundo debes, oculos. Modo surgis Eoo
Temperius cœlo: modo serius incidis undis;
Spectandique mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum: vitiumque in lumina mentis
Transit; et obscurus mortalia pectora terres.
Nec, tibi quod Lunæ terris propioris imago
Obstiterit, palles: facit hunc amor iste colorem.
Diligis hanc unam: nec te Clymeneve, Rhodosve,
Nec tenet Æææ genitrix pulcherrima Circes,
Quæque tuos Clytie, quamvis despecta, petebat

Tu *nimirum, qui incendis totum orbem tuis flammis, ardes recenti flamma: et qui teneris cuncta intueri, vides Leucothoën: et intentos habes oculos in una puella, quos debes orbi. Nunc oreris maturius in cœlo orientali; nunc tardius te immergis aquis; et producis horas hyemales per spatium contemplandi. Deliquium pateris nonnunquam; et defectus mentis porrigitur ad lucem; et caliginosus terrorem incutis animis hominum. Neque expallescis quod Luna vicinior terris obfuerit: hic amor parit hunc colorem. Amas hanc solam: neque Clymene, neque Rhodus, neque formosissima mater Circes Æææ te moret, neque Clytie, quæ quantumvis ne-*

etiam pro *memorem* Voss.—193 Alii *Forma colorque*, quod et Bothius strenue defendit.—196 Vulgo *Leucothoën*.—198 Nonnulli *Temporius cœlo*.—199 Sec. Med. et N. *Porrigis umbras*.—203 Vulg. *amor ipse*.—204 Berolin.

NOTÆ

quem pro Sole ipso positum non semel reperias.

196 *Leucothoën*] Orchami Babyloniorum regis filiam, Soli adamatam, de qua deinceps.

198 *Temperius*] Maturius, citius. Adverbium est ab adverbio Tempori.

199 *Spectandi mora*] Dum Leucothoës forma oculos pascis.

Brumales] Breviores horas, adeoque et dies.

201 *Terres*] Quippe solent homines cœli mutationibus terreri: quæ certe, quanquam hinc aut illi non tam arcte portendant, quas quisquam cognoscere possit, calamitates, in terras tamen sæpe multas malignas transmittunt affectiones.

202 *Nec, tibi*] Solem negat ex interpositione Lunæ pati deliquium, quod illi quandoque accidit, sed magis Leucothoës præcordia tentante imagine obnubilari.

204 *Clymene*] Phaëthontis mater, de qua jam sæpe, Oceani filia.

Rhodos] Puella fingitur fuisse Rhodia, Neptuni et, secundum aliquos, Veneris filia, Phœbo inprimis adamata, ex qua septem genuit filios.

205 *Æææ genitrix*] Persa est, Oceani filia. Dicitur vero Circe Ææa ab Æa urbe seu Peninsula Colchidis; quanquam alii aliter.

206 *Clytie*] Una ex Oceani Nym-

Concubitus; ipsoque illo grave vulnus habebat
Tempore. Leucothee multarum oblivia fecit.
Gentis odoriferæ quam formosissima partu
Edidit Eurynome; sed postquam filia crevit,
Quam mater cunctas, tam matrem filia vincit.
Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: isque
Septimus a prisci numeratur origine Beli.
Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum:
Ambrosiam pro gramine habent. Ea fessa diurnis
Membra ministeriis nutrit, reparatque labori.
Dumque ibi quadrupedes cœlestia pabula carpunt;
Noxque vicem peragit; thalamos Deus intrat amatos
Versus in Eurynomes faciem genitricis: et inter
Bis sex Leucotheen famulas ad lumina cernit
Levia versato ducentem stamina fuso.

glecta optabat tuos complexus; et illo ipso tempore graviter amore alio *vulneratus eras. Leucothoë delevit multas animo; quam Eurynome pulcherrima nationis odoriferæ peperit; sed postquam nata adolevit, tantum filia superat matrem, quantum mater* superat *ceteras. Orchamus parens imperium tenuit in urbes Achæmenias, atque is censetur septimus a primo* atque *antiquo Belo. Pascua equorum Solis sunt sub regione occidentali: habent ambrosiam pro pabulo. Ea alit artus lassos laboribus diurnis, et restituit in ministerium. Et dum quadrupedes pascuntur cibis cœlestibus, et nox vicem absolvit, Deus subit cubiculum dilectum, mutatus in vultus matris Eurynomes; et videt ad januam inter duodecim ancillas Leucothoën*

---

et alii *Clymeneque Rhodosque.*—206 Quidam legunt *despecta, tenebat.*—207 Magna hic lectionis varietas. Locus mendi suspectus videbatur Heinsio. Alii Codd. *ipsoque illo;* quatuor alii *ipsaque;* in Bernegg. vox ea erasa erat: τὸ *illo* abest a Ro. *ipsoque nimis* alter Rogeri Twisdeni; *ipsoque loco* alter Erfurtanus. Burm. conj. *quæque illo.* Bothius præfert lectionem Twisd. Cod. *ipsoque nimis.* Bernegg. etiam, et pr. Erfurt. et pr. R. *vulnus habebas.*—210 Variant Codd. alii *Eurinome;* alii *Eurimone;* unus *Eminone;* alter *Eurinone.*—211 *Vincit* meliores, teste Heins. alii *vicit.*—213 Alii *a prisca;* quidam etiam *prisco...Belo.*—217 *Pabula* vett. libri; *gramina* Mss. Bersm.—220 Quidam *ad limina.*—221 Plerique ex castigatioribus *levia,* pro *levia;* Heins. conj. *tenuia;* Gron. *mollia.* Pro *fuso* quidam volunt *filo.*—

NOTÆ

phis, Phœbo etiam dilecta, quam deinde odio maximo prosecutus est, ut infra videbimus.

207 *Grave vulnus*] Ex alicujus puellæ amore

209 *Odoriferæ*] Babylonicæ, scilicet, seu Arabicæ, suis odoribus inclytæ.

212 *Achæmenias*] Persicas, Arabiæ finitimas, quibus imperavit Achæmenes, a quo pars Persidis Achæmenia dicta est.

213 *Beli*] Is fuit Rex primus Assyriorum. Nini pater.

214 *Axe*] Pro cœli seu mundi parte posuit occidentali.

Ergo ubi, ceu mater, caræ dedit oscula natæ;
Res, ait, arcana est: famulæ, discedite: neve
Arripite arbitrium matri secreta loquenti.
Paruerunt: thalamoque, Deus, sine teste relicto,
Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video; per quem videt omnia tellus:
Mundi oculus. Mihi, crede, places. Pavet illa: metuque
Et colus et fusus digitis cecidere remissis.
Ipse timor decuit. Nec longius ille moratus,
In veram rediit faciem solitumque nitorem.
At virgo, quamvis inopino territa visu,
Victa nitore Dei, posita vim passa querela est.
Invidit Clytie, (neque enim moderatus in illa
Solis amor fuerat,) stimulataque pellicis ira
Vulgat adulterium: diffamatumque parenti
Indicat. Ille ferox immansuetusque precantem,
Tendentemque manus ad lumina Solis, et, Ille
Vim tulit invitæ, dicentem, defodit alta

trahentem fila tenuia fuso versato. Postquam igitur obtulit suavia tanquam mater dilectæ filiæ, Rem, ait, habeo secretam; ancillæ, abite; neve velitis esse testes matri aperienti arcana. Obtemperarerunt; et Deus, arbitris cubiculo remotis, dixit, Ego sum ille, qui modum facio lango anno, qui cuncta intueor, per quem terra cuncta cernit, orbis lumen: mihi fidem adhibeas, grata es. Illa metuit; et colus et fusus exciderunt digitis laxatis timore. Ipse metus decorus fuit; neque ille diutius hærens indui sinceros vultus et consuetum splendorem. At puella, quanquam tremefacta insperato visu, superata splendore Dei, vim tulit sine querimonia. Clytie invidit, (neque enim amor Solis fuerat mediocris in illa,) et inducta ira in adulteram propalat adulterium, et vulgatum patri aperit. Ille crudelis, et inhumanus, et ferus tegit alta terra orantem, et porrigentem manus ad lumina Solis, et dicentem, Ille violavit repugnantem; et

---

224 Ciofan. ex Mss. dabat *Abripite*, Heins. *Arripite* et *loquenti* pro *loquendi*, illud e plurimis Mss. hoc ex Fl. S. Marci et Urbin. Idem conj. vel *matre in secreta* (locum secretum) *loquente*, vel *matri secreta volenti*.—225 Alii *Paruerant*.—226 Med. pr. et tres alii, et Berolin. *longum emetior*; sed vulgata defenditur VIII. 561.—228 Heins. conj. *Mundi oculis, mihi crede, places*, i. meis oculis, qui sunt mundi oculi.—229 Schepper. legendum censet, *Et color et fusi*. Posterius habent multæ edd.—231 *Faciem* in utroque Cælest. vulgo *speciem*. Mss. Bersm. *solitumq. vigorem*.—234 Meliores, teste Heins. *in illa*; alii *in illam*.—235 Gron. unus *stimulataque pellice sæva*.—236 Heins. malit

NOTÆ

234 *Neque enim*] Istud additum, ne quis forte Apollinis furta Clytiæ cognita miretur.

235 *Pellicis ira*] Ira, intellige, qua in Leucothoën pellicem Clytie relicta flagrabat.

Crudus humo: tumulumque super gravis addit arenæ.
Dissipat hunc radiis Hyperione natus: iterque
Dat tibi, quo possis defossos promere vultus.
Nec tu jam poteras enectum pondere terræ
Tollere, Nympha, caput: corpusque exsangue jacebas.
Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in vivum tentet revocare calorem.
Sed, quoniam tantis fatum conatibus obstat,
Nectare odorato spargit corpusque locumque,
Multaque præquestus, Tanges tamen æthera, dixit.
Protinus imbutum cœlesti nectare corpus
Delicuit, terramque suo madefecit odore:
Virgaque per glebas sensim radicibus actis
Thurea surrexit; tumulumque cacumine rupit.

superinjicit cumulum ponderosæ arenæ. Filius Hyperionis hunc discutit radiis; et tibi viam facit, qua possis emittere sepultam faciem. Neque tu, Nympha, jam poteras erigere caput interfectum onere terræ: et jacebas corpus exanime. Nihil rector equorum alatorum dicitur vidisse iniquius post flammas Phaëthontis. Ille quidem nititur reducere, si possit, ad vivum calorem membra frigida virtute radiorum. Sed, quia fatum impedit tantos nisus, imbuit nectare odorato et corpus et locum; et prius multa conquestus, Nihilominus, inquit, penetrabis cœlum. Continuo corpus delibutum cœlesti nectare emollitum est, et imbuit terram suo odore; et surculus thurifer prodiit, radicibus porrectis paulatim per cespitem, et divisit arenæ aggerem in fastigio.

diffumatamque.—239 Jun. Leid. et duo alii *diffodit.*—240 Duo scripti *cumulumq. super.* Voss. et duo alii *tumulumq. gravem superaddit.* Multi *gravis super.* —241 Gebhard. Crepund. II. 9. *Dividit hunc* ex Mss.—242 Jun. et alius *possis depressos:* V. et tres alii *defessos.* Heidelb. *defossos quo posses.* Cant. et tres alii *fossos possis depromere vultus.*—243 Heidelb. *Nec jam tu.* Pro *enectum,* alii habent *dejectum,* vel *exexum,* vel *innectum,* vel *attritum,* vel *depressum.*—246 Heins. vult *Post Phaëthontiacos;* pr. Med. *Phaëthontiados:* Bon. *Phaëthontiades.*—248 Genevensis *tentet;* alii *tentat.*—249 Unus Heins. *quoniam cautis;* et ipse conj. *vanis.*—250 Tres libri *Nect. odorifero. Spargit* scripti; vulg. *sparsit.*—251 Alii *Multaq. conquestus:* Cant. et decem alii *per-*

NOTÆ

215 *Volucrum moderator*] Sol ipse, seu Apollo.

216 *Ignes*] Fulmina, quibus a Jove tactus Phaëthon.

253 *Delicuit*] Præteritum a deliquesco. Molle et liquidum factum est corpus, inquit.

Odore] Quia in arbusculam mutata est, ex cujus inciso cortice thus exudat, quod gummi foco appositum Diis gratissimum præbet odorem, atque adeo æthera tangit.

Fab. VI. Clytie Nympha conjux in herbam Heliotropium.

Clytie Nympha supra dicta, ob injuriam ab amatore deserta, ita tenuata visceribus est, ut in herbam converteretur, quæ primum conservans amorem Dei, Heliotropium diceretur, cursumque servaret ejusdem Dei.

At Clytien (quamvis amor excusare dolorem,
Indiciumque dolor poterat) non amplius auctor
Lucis adit: Venerisque modum sibi fecit in illa.
Tabuit ex illo, dementer amoribus usa,
Nympharum impatiens; et sub Jove, nocte dieque,
Sedit humo nuda, nudis incomta capillis.
Perque novem luces, expers undæque cibique,
Rore mero lacrymisque suis jejunia pavit:
Nec se movit humo: tantum spectabat euntis
Ora Dei; vultusque suos flectebat ad illum.
Membra ferunt hæsisse solo: partemque coloris
Luridus exsangues pallor convertit in herbas.
Est in parte rubor; violæque simillimus ora

vi. *At pater luminis non amplius accedit ad Clytien; (quanquam amor poterat excusare dolorem, et dolor indicium;) et abstinuit Venere in illa.* Clytie *stultissime usa amoribus, consumta est ab illo* tempore, *Nymphas fugiens; et comam gerens inornatam atque nudam, jacet humi sub dio, et nocte et die: et per novem dies, sine aqua et sine alimentis, detinuit jejunia solo rore et suis lacrymis: neque se movit terra: intuebatur solummodo vultus Dei prætereuntis, et convertebat suam faciem ad illum. Dicunt artus* ejus *adhæsisse terræ; et pallor fuscus mutavit in herbas exsangues partem coloris. Est rubor in parte; et flos simillimus violæ*

---

questus: pr. Med. *post questus.*—255 Alii *cumulumque.*—259 Gron. et quatuor alii *vehementer amoribus.*—260 Unus Heins. *Lympharum impatiens;* R. et Thuan. *Sylvarum.* Pr. Pal. Spirensis, et alii, *patiens.* Zulichemianus *Nimborum patiens.*—261 Fragm. Mor. *Sedit humi nudæ;* unus Gron. *humo gelida.* Deinde Leid. *sparsis* pro *nudis;* Gron. *viridis.*—262 *Decem menses* Mss. Bersm. —263 Strozzæ liber *jejunia solvit.*—264 Cant. *spectabat euntem Ore Deum:* Med. *spectabat euntem Ire diem.*—265 Duo scripti *referebat ad illum:* Mss.

NOTÆ

257 *Indiciumque*] Quod Orchamo, Leuconoës patri, fecerat.

259 *Dementer usa*] Dolore amens, quod se ab Apolline prorsus derelictam sentiret.

260 *Nympharum impatiens*] Consortionem humanam omnem fugiens.

Flos tegit. Illa suum, quamvis radice tenetur,
Vertitur ad Solem; mutataque servat amorem. 270

FAB. VII. VIII. IX. X. XI. Daphnis Idæi filius in Saxum. Scython ex viro in Fœminam. Ex imbribus procreati Celmus et Adamas. Crocus et Milax famuli in Florem. Salmacis et Hermaphroditus in unum corpus.

POSTQUAM Leuconoë narrare desiit, poscitur Alcithoë, quæ narrationem incipiens, ait se non dicturam de Daphnide Idæo pastore, qui, quod fidem conjugii non præstiterit, in saxum abiit. Nec de Scythone, qui ex viro in fœminam cesserat. Neque etiam casus relaturam Celmi aut Adamantis, Curetumque, qui ex imbribus sint procreati; vel aut de Croco aut Milace, qui in florem versi sunt. Refert quoque Salmacidem Cariæ fontem, cujus liquore contacti in mollitiem versi defigurentur. Mercurius cum ex Venere, qui duplici figura Hermaphroditus vocatur, genuisset, eumque Naiades Nymphæ in Ida monte educavissent, relictis sedibus, in Cariam venit. Hic conspicato fonte opacissimi soli ac perlucentis aquæ, cursum continuit. Quo diutius eo loco morante, Salmacis Naiadum dum flores legit, conspicatis vestigiis, diligere eum cœpit. Qui paulatim circa montem Nonacrinum moratus, dum blanditia liquoris precibusque tenetur Nymphæ, in fonte se mersit, ac confestim complexu Naiadis inhæsit; nec ante ab ea dimissus est, quam a Diis impetrasset, in unam ut cederet speciem. Data itaque venia, Hermaphroditus postquam se animadvertit nec virum nec fœminam factum, a parentibus impetravit, ne infamis solus esset, ut, quicumque ejus fontis aqua contactus esset, perinde, ut ipse, mollesceret.

DIXERAT: et factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros
Posse Deos memorant; sed non et Bacchus in illis.

occulit os. Illa, tametsi compescitur radice, flectitur ad Solem suum; et mutata tuetur suum *amorem.*

VII. *Absolverat: et factum stupendum demulserat aures. Pars diffitentur fieri potuisse; pars dicunt veros Deos omnia posse: sed non* est *etiam Bacchus ex eo*

Bersm. *vertebat.*—271 Unus Heins. et tres alii *factum miserabile;* Argentoratensis *fatum.* Pr. Bas. *moverat aures;* tres *ceperat omnes.*—273 In aliis *sed non*

NOTÆ

269 *Flos tegit*] Heliotropium describit, quod se cum Sole circumagere illumque sequi creditum, in quod mutata Clytie.

273 *Sed non et Bacchus*] Non imperite profecto istud a Poëta additum, ut Bacchi refricetur memoria, ad quem tandem redeundum, ut apte

Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores:
Quæ radio stantis percurreus stamina telæ,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphe pellicis ira
Contulit in saxum: tantus dolor urit amantes.
Nec loquor, ut quondam naturæ jure novato
Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina, Scython.
Te quoque, nunc adamas, quondam fidissime parvo,
Celmi, Jovi: largoque satos Curetas ab imbri.

numero. Alcithoë petitur, postquam sorores conticuerunt; quæ telam texens jugo alligatam, Tritos, inquit, prætereo amores Daphnidis pastoris Idæi, quem Nympha mutavit in lapidem dolore adulteræ: tanta ira instigat amantes. Neque dico, ut olim Scython fuerit ambiguus, nunc mas, nunc fœmina, jure naturæ mutato. Omitto te etiam, Celmi, jam adamas, olim fidelissime parvo Jovi; et Curetas ortos

---

est.—277 Heins. pro *Idæi* malit *Idææ*; scil. *Idææ pellicis*. Alii *quem Nymphæ*. —278 Plures *Transtulit in saxum*, probante Farnabio.—279 In nonnullis *Nec loquar*.—280 In Cælest. *Amb. fuerat*; in aliis *fieret* In nonnullis scribitur

NOTÆ

inter se cohærent hæ fabularum narrationes.

274 *Poscitur*] Ut etiam fabellam aliquam narret.

275 *Radio stantis*] Id est, quæ telam radio texens. Radium autem dicimus *Une navette de tisseran*.

277 *Daphnidis*] Fuit is Mercurii filius, cujus interitum Virgilius quoque post Theocritum deflevit. Illius historiam alii aliter narrant: verum Christiano homine maxime videtur indignum anilibus nullinsque usus fabellis, Ethnico etiam contemtis, cogitationem suam conspurcare. Quod quidem semel, occasione data, annotare libuit, ut, si forte ad nonnullos quisquiliarum consarcinatores, quales quidem nonnullos novi, hæ nostræ notæ perveniant, quam misellos, eo majores sciant habere studii sui contemtores. Id omne sciunt plurimi quod obliviscendum, quod in totum nescire fuisset utile; nihil illius sciunt, quod solum scire utile, non satis scire est inutile: usque adeo in sua sapientia errant sapientes.

Idæi] Phrygii, vel Cretensis; quippe et in Phrygia et in Creta mons Ida. Siculum hunc fecerunt alii, nisi forte plures fuerunt.

280 *Scython*] De quo nihil quicquam reperire potui quod certe factum: tanto melius.

282 *Celmi*] Fuit hic unus ex Idæis Dactylis, Jovis nutritius, cui quidem parvulo multum dilectus, a quo postea, quod mortalem eum vulgavisset, in adamantem mutatus est.

Curetas] Fuerunt Curetes Cretenses populi, ab Ætolis, ut nonnullis placet, oriundi, Corybantes etiam et Idæi Dactyli vulgo appellati, quanquam a nonnullis distinguuntur: dæmones itemque, aut Dii crediti. Jovis fuerunt nutritii, et Cybeles Sacerdotes, de quorum origine diversissima scripserunt Mythologi, atque alia omnia quam quæ hic profert Ovidius. De iis prolixe Natalis Comes.

Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores,
Prætereo: dulcique animos novitate tenebo.
Unde sit infamis; quare male fortibus undis
Salmacis enervet, tactosque remolliat artus;
Discite. Causa latet: vis est notissima fontis.
Mercurio puerum Diva Cythereide natum
Naides Idæis enutrivere sub antris;
Cujus erat facies, in qua materque paterque
Cognosci possent: nomen quoque traxit ab illis.
Is tria cum primum fecit quinquennia, montes
Deseruit patrios: Idaque altrice relicta,
Ignotis errare locis, ignota videre

ex ubere pluvia. Et Crocon mutatum in tenues flores cum Smilace: et morabor mentes grata novitate. Audite quamobrem Salmacis sit dedecorata; quare vires auferat male potentibus aquis, et enervet membra contacta. Causa ignoratur: potentia fontis est vulgata. Naiades aluerunt sub speluncis Idæis puerum natum Mercurio ex diva Cythereide; cujus vultus erat, in quo pater et mater possent dignosci: habuit etiam nomen ab illis. Is, statim atque implevit annum decimum quintum, destituit montes paternos, et Ida nutrice omissa, gestiebat vagari per ignota loca, et

---

Siphon.—282 Plurimi scripti *ab imbre.*—283 Multi *Milace.* Salmas. Exercit. Plin. p. 733. docet, differre *Smilacem* et *Milacem.*—286 Cant. *durosque;* Thuan. *tactuque.* Leid. etiam et sex alii *emolliat.*—288 Quidam *Diva et Cyth.*—291 Gron. *Agnosci possent.*—292 Barb. *primum duxit.*—295 Abbatis liber

NOTÆ

283 *Smilace*] Puella est, quæ Crocon amavit, quo cum potiri non posset in smilacis, quæ hederæ similis est planta, florem mutata est; sicuti et Crocus in crocum: quanquam non hunc ex Amore in florem defecisse, sed a Mercurio, a quo per lusum incantus disco interceptus fuerat, mutatum fuisse quidam tradiderunt. Quæ omnia referre et pudet et piget; siquidem ejusmodi ventosis ineptiis, currente interim caduca vitæ rota, dum huc illuc impellimur, a recto solidæ et æternæ veritatis tramite, in qua sola quies et summum bonum, avocamur.

285 *Infamis*] Fuit Salmacis fons Cariæ, in quem quicumque vir descenderet ita mollis fiebat, et fœminæ naturam induebat, ut inde Hermaphroditus, hoc est, utrumque sexum habens, exiret: qua re fons infamis factus. Unde vero illi tanta vis, melius erit ex ipso Poëta cognoscere.

Male] Quia viros in fœminas partim transformabat, quod profecto non leve vitium videbitur cuicumque fœminas in totum non ignoraverit.

288 *Puerum*] Hermaphroditum dicit formosissimum eundemque castissimum Mercurii et Veneris filium, cui patris et matris nomina unum nomen illud fecerunt apud Græcos.

289 *Idæis*] Idæ Phrygiæ montis decantatissimi.

292 *Tria cum*] Cum primum decimum quintum annum attigisset.

Flumina gaudebat; studio minuente laborem.
Ille etiam Lycias urbes, Lyciæque propinquos
Caras adit. Videt hic stagnum lucentis ad imum
Usque solum lymphæ. Non illic canna palustris,
Nec steriles ulvæ, nec acuta cuspide junci:
Perspicuus liquor est. Stagni tamen ultima vivo
Cespite cinguntur, semperque virentibus herbis.
Nympha colit: sed nec venatibus apta, nec arcus
Flectere quæ soleat, nec quæ contendere cursu;
Solaque Naiadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe suas illi fama est dixisse sorores:
Salmaci, vel jaculum, vel pictas sume pharetras;
Et tua cum duris venatibus otia misce.
Nec jaculum sumit, nec pictas illa pharetras;
Nec sua cum duris venatibus otia miscet.
Sed modo fonte suo formosos perluit artus:
Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines;
Et quid se deceat, spectatas consulit undas.

cernere fluvios ignotos, cupiditate levante laborem. Ille etiam invisit urbes Lycias, et Caras conterminos Lyciis. Hic aspicit lacum aquæ perspicuæ usque ad ultimum fundum. Illic neque arundo palustris, neque ulvæ inutiles, neque junci acuta cuspide. Aqua est pellucida. Margo tamen stagni circumdatur gleba virente, et gramine semper viridi. Nympha frequentat; sed neque apta venationi, nec quæ consueverit currere arcus, nec certare cursu; et sola Naiadum non cognita veloci Dianæ. Fama est suas sorores sæpe illi dixisse, Salmaci, cape jaculum, vel pharetras versicolores, et misce tua otia cum laboriosis venatibus. Neque illa capit jaculum, neque pictas pharetras, neque miscet sua otia cum laboriosis venatibus. Sed tantum lavat pulchra membra in fonte suo: sæpe pectit capillos pectine buxeo; et consulit aquas spectatas, quid sibi conveniat: interdum induta corpus vestitu

studio removente; unus Heins. *fallente.*—298 Pr. Pal. pr. Erfurtan. et tres alii *solum nymphæ.*—304 Abbatis liber *celebri non.* Dubitabat Heins. annon præstaret *vota Dianæ.*—307 Unus Heins. *Nec sua cum;* ipse vult *Et sua.*—308 Berolin. *jaculum sumsit.*—310 Pr. Med. Bernegg. et tres alii *proluit artus.*—311 Plerumque legitur *Sæpe Cytheriaco.* Scalig. *diducit pectine.*—

NOTÆ

296 *Lycias*] Est Lycia Asiæ minoris provincia ad mare Mediterraneum, aut ejus partem quod a Lycia Lycium dicitur.

297 *Caras*] Accusativus Græcus. Sunt autem Cares Cariæ incolæ, juxta Lyciam.

311 *Cytoriaco*] Buxeo, a Cytoro Galatiæ monte buxo celebri.

Nunc perlucenti circumdata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Sæpe legit flores : et tunc quoque forte legebat,
Cum puerum vidit ; visumque optavit habere.
Nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
Quam se composuit, quam circumspexit amictus,
Et finxit vultum ; et meruit formosa videri.
Tunc sic orsa loqui : Puer o dignissime credi
Esse Deus ; seu tu Deus es, potes esse Cupido :
Sive es mortalis, qui te genuere beati,
Et frater felix, et fortunata profecto
Si qua tibi soror est, et quæ dedit ubera nutrix.
Sed longe cunctis, longeque potentior illis,
Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tæda.
Hæc tibi sive aliqua est ; mea sit furtiva voluptas :
Seu nulla est ; ego sim : thalamumque ineamus eundem.
Nais ab his tacuit : pueri rubor ora notavit
Nescia quid sit amor : sed et erubuisse decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore pomis,

pellucido sternitur vel in teneris frondibus, vel in teneris graminibus. Sæpe colligit flores ; et tum quoque forte colligebat, cum aspexit juvenem, et cupivit frui conspecto. Neque tamen prius accessit, quanquam festinabat accedere, quam se ornavit, quam circumspexit vestitus, et composuit faciem, et digna fuit videri pulchra. Tunc sic occæpit loqui : O Juvenis dignissime haberi Deus ; seu tu Deus es, potes esse Cupido : seu es mortalis, qui te produxerunt sunt *felices : frater* est *quoque beatus, et sane soror, si quam habes,* est *felix, et nutrix quæ* tibi *admovit mammam. Sed, si quam habes sponsam, si quam dignam credideris face,* ea *longe multoque fortunatior illis omnibus. Seu aliquam habes, voluptas sit mihi secreta : seu nullam habes, ego* ea *sim, et conveniamus in unum cubiculum. Post hæc Naias siluit : rubor tinxit vultus adolescentis ignorantis quid sit amor : sed etiam decorum erat pudore suffusum fuisse. Hic est color pomis adhærentibus arbori Soli expositæ, aut ebori colore*

313 Unus Cod. *circumdat.* Gron. et duo alii *pectus amictu.*—317 Alii *ante adit ;* in uno Ciofani *hunc adiit.* In eodem *quanquam properaret :* alii etiam *quanquam,* Berolin. *quamvis ;* et unus Leid. *properaret.*—318 In verbo *circumspexit* variant Codd. pro quo aliqui *circumplexit, circumtexit, circumspectet.* Cant. *et quam conspexit.*—319 Ball. *formosa vocari.*—320 Heidelb. *Et sic orsa.* Cant. etiam *loqui puero : Dignissime, &c.*—321 Leid. *Si tu Deus.*—323 *Frater* pr. Med. N. Noricus, et unus Bas. alii *mater.*—324 Ciofanus emendat *ubera ;* vulg. *oscula.*—325 *Potentior* pr. Erfurt. pr. Med. aliique multi ; edd. *beatior.* Pro *illis* etiam vulg. *illa,* vel *illa est.*—327 Alii *Hic tibi ;* Douza *nunc ;* Vivian. *sed.*—328 Fr. et plurimi *Si nulla est.* Jun. et duo alii *subeamus eundem.* Unus etiam Heins. *thalamum coëamus in unum.*—329 Mss. Bersm. *pueri pudor.*—330 *Nescia* Const. Fan. emendat ; vulgo *nescit.* In multis quoque codd. *Nescit enim quid amor.* In

Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
Cum frustra resonant æra auxiliaria, Lunæ.
Poscenti Nymphæ sine fine sororia saltem
Oscula, jamque manus ad eburnea colla ferenti,
Desinis? an fugio, tecumque, ait, ista relinquo?
Salmacis extimuit: Locaque hæc tibi libera trado,
Hospes, ait: simulatque gradu discedere verso.
Tum quoque respiciens, fruticumque recondita sylva
Delituit: flexumque genu submisit. At ille,
Ut puer, et vacuis ut inobservatus in herbis,
Huc it; et hinc illuc: et in alludentibus undis
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit.
Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum vero obstupuit; nudæque cupidine formæ

infecto, aut Lunæ rubenti sub albedine, cum æra opifera nequicquam obstrepunt. Omittis? an excedo, et destituo ista loca *tecum? dixit Nymphæ petenti indesinenter saltem suavia sororia, jamque manus ad candidum collum injicienti. Salmacis expavit: et, inquit, Hospes, tibi loca hæc do libera; et fingit abire gressu averso. Tum etiam respectans, et tecta copia fruticum se occultavit, et posuit genu flexum. At ille, ut puer, et ut minus visus in gramine relicto, huc vadit, et hinc illuc, et mergit ultimam partem pedum et plantam usque ad talos in aquis alludentibus. Et sine cunctatione, delinitus tepore adblandientium aquarum, exuit tenues amictus a molli corpore. Tum vero Salmacis hæsit, et incaluit amore nudæ formæ.*

Heidelb. *Nescit qui sit amor.*—331 Alii *arbore malis.*—333 Cant. et alii nonnulli *æra auxiliantia.*—336 Vulg. *Desinis? aut fugio;* qua Msstorum auctoritate *aut* in *an* mutavit Heins. Quidam *Desine, vel fugio.* Bipont. cum aliis recentioribus Edd. exhibent *Desine, aut fugio, tecumq. ait, ista relinquo* interrogatione sublata. Mss. Bersm. *aut fugiam.*—337 Heidelb. *libera tradam.*—339 Berolin. *recond. sylvis.*—340 Mss. Bersm. *Destituit.* Multi Codd. *flexoque.* Berolin. *submisit in ulva.*—341 Ita Heins. constituit. Quatuor veteres *At puer;* quidam *Ut puer, ut vacuis,* vel *vacuus.* Bersm. conj. *Et puer et vacuus.*—342 Gebhard. Crepund. III. 11. ex Ms. Pal. legit *applaudentibus undis.*—343 In uno Ciofani *vestigia frangit:* quidam *ponit;* alii *tangit.*—346 Hei-

NOTÆ

333 *Cum frustra*] Id est, cum propter eclipsim luna rubicunda non sine pallore apparet. Æra auxiliaria quod attinet, sciendum est, solitas esse mulierculas astrologiæ peritas, quo fidem sibi apud vulgus facerent, appropinquante lunæ defectu fingere, se carminibus magicis illi ruborem inducere, eandemque de cœlo posse deducere: quod cum vulgo esset persuasum, laboranti lunæ auxiliari se credebant, si maximo pelvium tinnitu aut tubarum strepitu carminibus obstreperent, ne a luna exaudirentur.

334 *Sororia*] Qualia sorori frater honeste dare potest.

Salmacis exarsit: flagrant quoque lumina Nymphes:
Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe
Opposita speculi referitur imagine Phœbus.
Vixque moram patitur: vix jam sua gaudia differt.
Jam cupit amplecti: jam se male continet amens.
Ille, cavis velox applauso corpore palmis,
Desilit in latices: alternaque brachia ducens
In liquidis translucet aquis: ut eburnea si quis
Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.
Vicimus, en meus est, exclamat Nais: et, omni
Veste procul jacta, mediis immittitur undis:
Pugnacemque tenet: luctantiaque oscula carpit:
Subjectatque manus, invitaque pectora tangit:
Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac.
Denique nitentem contra, elabique volentem
Implicat, ut serpens, quam regia sustinet ales;
Sublimemque rapit: pendens caput illa, pedesque
Alligat, et cauda spatiantes implicat alas.

Oculi etiam Nymphæ ardent; non aliter quam cum Sol splendidus orbe nitido repercutitur objecto speculo. Vixque moram tolerat, vix jam prorogat suam voluptatem. Jam optat complecti, vix jam furens se reprimit. Ille celer prorumpit in aquam, corpore leviter percusso palmis, et movens lacertos per vices in aquis perlucidis translucet; quemadmodum si quis operiat imagines, vel alba lilia vitro perlucido. Vicimus, exclamat Naias, ecce meus est; et omni amictu longe omisso, sese injicit in medias aquas; et urget reluctantem, et deosculatur nolentem, et subjicit manus, et tangit pectora invita, et modo hac circumcingit puerum, modo illac. Denique impedit reluctantem, et studentem diffugere, sicut anguis, quem avis regia tenet, et aufert sublimem: ille pendens implicat caput et pedes, et cauda involvit alas

delb. *vero stupuit.* In uno Cælest. *visæque;* unus Med. *nitidæque.*—347 Fragm. Cant. *ardent quoque.* Multi veteres *Nymphes;* alii *Nymphæ;* Leid. *Nymphe.*—349 In uno Leid. *Oppos. clypei. Refertur* etiam Berolin.—352 Alii *applauso pectore,* quod Heinsio placet.—353 In nonnullis *brachia jactans.*—355 Alii *tegat puro.*—356 Berolin. *Vincimus, et.* Plures etiam *et meus.*—358 Alii *Pugnantemque.*—359 Vett. *invitaq.* Mss. Bersm. et quidam Heins. *invectaq.* duo alii *injunctaq.*—360 Unus Voss. *hac juvenem.* Alii etiam *circumplectitur;* unde Heins. legit *hac juvenem, nunc circumpleetitur illac.*—361 Jun. Gron. pr. Mor. et duo alii *luctantem contra.*—362 *Continet, ut* Lovan.—364 Jam præcesserat, *elabique volentem Implicat:* quare aut ibi aut hic opina-

NOTÆ

347 *Flagrant*] Amore, scilicet, qui oculos vix prius quam cor invadit.

353 *Alternaque*] Natantium more.

362 *Regia ales*] Aquila, Jovis, in cujus tutela est, armiger.

363 *Pendens caput*] Serpens caput

Utve solent hederæ longos intexere truncos :
Utque sub æquoribus deprensum polypus hostem
Continet, ex omni dimissis parte flagellis.
Perstat Atlantiades ; speratæque gaudia Nymphæ
Denegat. Illa premit ; commissaque corpore toto
Sicut inhærebat, Pugnes licet, improbe, dixit,
Non tamen effugies. Ita Di jubeatis, et istum
Nulla dies a me, nec me seducat ab isto.
Vota suos habuere Deos : nam mixta duorum
Corpora junguntur ; faciesque inducitur illis
Una. Velut si quis conducta cortice ramos
Crescendo jungi, pariterque adolescere cernat.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo sunt, et forma duplex, nec fœmina dici,
Nec puer ut possint ; neutrumque, et utrumque videntur :

extensas. Vel ut hederæ consuerunt implicare productos stipites ; et ut Polypus coërcet hostem correptum sub aquis, cirris seu pedibus *hinc inde sparsis. Atlantiades perseverat, et recusat Nymphæ voluptatem expectatam. Illa urget ; et effusa toto corpore quemadmodum affixa erat, Quamvis, inquit, relucteris, pessime, non tamen dilaberis : ita velitis, Dii, neque ulla dies hunc disjungat a me, nec me ab eo. Preces invenerunt Deos propitios : nam corpora confusa duorum connectuntur, atque unus vultus illis tribuitur : quemadmodum, si quis videat ramos coalescere crescendo cortice connexo, et simul augeri. Sic postquam artus coaluerunt firmo complexu, neque duo sunt, et forma duplex, ut neque possint appellari fœmina, neque mas, et*

---

tur Heins. refugi debere, *impedit ;* quo verbo frequenter gaudet noster : II. 432.—365 Alii *intexere ramos.*—367 In nonnullis *demissis parte.*—369 Vulg. *demissaque corpore.*—370 Berolin. *Sic inhar.*—371 Ms. Bersm. *ut istum ;* et sic plures alii.—372 Vulg. *me diducat*, vel *deducat.*—373 In ambobus Cælest. *tetigere Deos.*—375 *Conducta* est ex Heins. in uno Med. *conducto :* alii *conducat*, vel *conducit*, vel *inducat :* Thuan. *conducitur ;* Erfurtan. *cum ducit.*—376 Berolin. *adolescere sentit.*—378 *Et forma* est ex Bernegg. et uno Bonon. alii *sed forma.*—379 Vulg. *ut possit*, et *utrumq. videtur. Possint* est ex Heins. emend. videntur ex Fl. S. Marci : *videri* quoque habet unus Bonon. et Gron.

NOTÆ

alligat et pedes aquilæ.

366 *Polypus*] Piscis est, a pedum multitudine, quos Plinius crines et cirros, noster flagella appellat, sic dictus ; quibus quamlibet prædam aut hostem implicat. De eo Plinius, Ælianus, alii.

368 *Atlantiades*] Hermaphroditus, pronepos Atlantis ; hic nempe Maiam, Maia Mercurium, Mercurius genuit Hermaphroditum.

375 *Conducta*] Quomodo in unum coalescat surculi insiti cortex cum cortice arboris, nullus non novit : atque illud est quod nunc intelligit Poëta.

Ergo ubi se liquidas, quo vir descenderat, undas
Semimarem fecisse videt, mollitaque in illis
Membra; manus tendens, sed jam non voce virili,
Hermaphroditus ait, Nato date munera vestro,
Et pater et genitrix, amborum nomen habenti:
Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir: et tactis subito mollescat in undis.
Motus uterque parens nati rata vota biformis
Fecit, et incerto fontem medicamine tinxit.

Fab. XII. Minyeides Thebanæ in Vespertiliones.

Minyeides Thebanæ sorores fuisse produntur, quarum solertissima Alcithoë, et Leuconoë, Liberi sacra quod in contemtum devocaverunt, Minervæ lanificio addictæ, ex improviso die numinis, vocibus tibiarum et tympanorum sono exterritæ sunt, quæ tamen in conspectu non viderant. Dein ubi animadvertere telas instrumentaque sua in hederam ac vites repente mutata, et locum assuetum feris repletum, noctemque timentibus offusam, in volucres conversæ sunt, quæ vespertiliones vocantur.

Finis erat dictis; et adhuc Minyeia proles
Urget opus, spernitque Deum, festumque profanat:

videntur neutrum et utrumque: cum igitur Hermaphroditus cernit aquas fluidas, quo vir intraverat, reddidisse semivirum, et artus esse effœminatos in illis, porrigens manus dixit, sed non jam sono maseulo, O pater et mater, facite in gratiam filii qui habet nomen utriusque, ut quicumque mas descenderit in hos fontes, egrediatur inde semivir; et repente emolliatur in aquis tactis. Parens uterque annuens firmavit preces filii ambigui, et infecit fontem ignoto veneno.

xii. *Absolverant suas narrationes, et adhuc Minyeia progenies promovet opus, et*

—385 Unus Leid. pro var. lect. *vir nabat;* unde Heins. conj. *nuverit.* Med. pr. *exeat idem.*—386 Heins. malit *ab undis,* vel *ut undis.*—387 *Vota* unus Bersm. et alii ex Heinsii codd. vulg. *verba.*—388 Unus Med. *et incesto;* unus

NOTÆ

382 *Manus tendens*] Ad sidera, scilicet, qui precantium mos est.

388 *Tinxit*] Falso creditum esse venerea mollitie implicare Salmacidem eos qui ex suo fonte bibissent, scripsit Vitruvius: atque ait idem fabulæ locum dedisse, quod ab Argis sedibus pulsi Cares cum ex montibus ubi latrocinia exercebant ad notum fontem descenderent, ibi in Græcorum consuetudinem et suavitatem sua voluntate reducti fuerint. Divitias et victus intemperantiam veram dicas Salmacidem.

390 *Opus*] Telam, die Baccho sacro, nectit, lanificium exercet; quod

Tympana cum subito non apparentia raucis
Obstrepuere sonis: et aduncо tibia cornu,
Tinnulaque æra sonant. Redolent myrrhæque crocique:
Resque fide major, cœpere virescere telæ,
Inque hederæ faciem pendens frondescere vestis.
Pars abit in vites: et quæ modo fila fuerunt,
Palmite mutantur: de stamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accommodat uvis.
Jamque dies exactus erat, tempusque subibat,
Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem;
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati, pinguesque ardere videntur
Lampades, et rutilis collucere ignibus ædes:
Falsaque sævarum simulacra ululare ferarum.
Fumida jamdudum latitant per tecta sorores;
Diversæque locis ignes ac lumina vitant.
Dumque petunt latebras; parvos membrana per artus

aspernatur Deum, et violat festum, cum repente tympana non extantia personant rauco strepitu; et tibia curvo cornu, et æra stridula obstrepunt: et myrrhæ et croci exhalant; resque incredibilis, telæ cœperunt virere, et tela pendens frondescere in modum hederæ. Pars mutatur in vites; et quæ modo fuerunt fila vertuntur in palmitem: pampinus prodit ex stamine; purpura dat splendorem uvis rubro colore distinctis. Jamque dies effluxerat, et tempus aderat, quod neque tu possis vocare caliginem neque lucem, sed tamen conjunctionem incertæ noctis cum luce: subito tecta videntur concuti, et pingues lampades lucere, et domus splendescere rubicundis flammis, et fictas imagines crudelium ferarum ululare. Jamdiu sorores sese abdunt per domum fumo plenam, et in varia loca dispersæ effugiunt flammas atque lucem. Et dum quærunt latibula, membrana extenditur per exilia membra et involvit bra-

---

Heins. *ignoto;* alter Gron. *invicto.*—389 Fl. S. Marci *sed adhuc.*—393 Bothius Vindic. Ovid. conj. *æra tonant.* In melioribus *redolent;* vulg. *et olent.*—395 Alii *hederæ speciem.* Gron. *Inq. hederam pendens vestis frondescere cœpit.*—396 Multi *in frondes.* Berolin. *fila fuere.*—398 Bothius, pro *pictis,* mallet *fictis.*—399 R. *exhaustus erat;* Cant. *perfectus.*—400 Alii *nec posses.*—403 Scripti fere omnes *rutilis collucent.* Heins. conj. *rutilis lucentes ignibus.*—405 Ball. *jamdudum latrant.* Jun. et Sixii, et unus Heins. *sub tecta.*—406 Unus Leid.

NOTÆ

ante vidimus.

393 *Myrrhæque*] Quibus fingitur Bacchus esse delibutus.

395 *Vestis*] Tela, et quicquid est ex illo genere, lana etiam.

398 *Purpura*] Color lanarum purpureus, vel simpliciter color insitus uvis purpureus.

404 *Ferarum*] Tigres dicit et lynces, quæ Bacchi dicuntur currum trahere.

407 *Parvos*] Quia in vespertiliones

Porrigitur, tenuique inducit brachia penna.
Nec qua perdiderint veterem ratione figuram
Scire sinunt tenebræ. Non illas pluma levavit:
Sustinuere tamen se perlucentibus alis.
Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt: peraguntque levi stridore querelas.
Tectaque, non sylvas, celebrant: lucemque perosæ
Nocte volant: seroque trahunt a vespere nomen.

Fab. XIII. Ino et Melicertes Dii maris, Leucothea ac Palæmon.

Juno graviter ferens, quod Ino Liberi altrix sororibus punitis cum duobus maneret liberis in vita, contemtrix numinis sui, per Tænarum promontorium Peloponnense inferorum sequens iter, ad Erinnyas ultrices impiorum descendit, petiitque ab eis, ut Athamanta cum conjuge Ino adversarios sui numinis ulciscerentur. Quarum una imperio parens Deæ, relicta regia Ditis ad superos egressa est. Ut Athamantis regiam contigit, in sinum ejus ac conjugis, angues et virus, quibus sensus eorum alienarentur, injecit. Quam ob insaniam ille Learchum filium in venatione pro fera interfecit. Ino autem Melicerten ex scopulo secum in profundum præcipitavit. Qui Veneris precibus pro nepote habitis, a Neptuno pelagi rectore, in Deorum cessere numerum, ita ut Melicertes, Palæmon, ipsa Ino, Leucothoë inter marinos Deos nuncupentur.

Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis

chia subtili penna. Neque tenebræ patiuntur cognoscere quomodo amiserint priorem formam. Pluma illas non sustulit: attamen sustentatæ sunt alis perlucidis: et cum tentassent loqui, afferunt exiguum sonum pro ratione corporis; et queruntur tenui stridore: et frequentant tecta, non sylvas; et exosæ lucem nocte volant, et ducunt nomen a vespere.

XIII. *Tum vero potestas Bacchi erat celebris totis Thebis; et matertera refert*

Diversisque. Lychnos pro *ignes* reponere mallet Heins.—407 Alii *petunt tenebras.*—408 *Tenuiq. penna* est ex melioribus; vulg. *tenuesq. pennæ. Inducit* est ex Heins. emend. vulg. *includunt:* alii *inducunt.* Bernegg. *tenuiq. includit brachia penna.*—413 Multi Codd. *peraguntq. leves.*—414 Unus Med. *Tectaq.*

NOTÆ

sorores mutatæ, qui alarum loco membranam quandam habent, quæ illis etiam pedum usum præbet.

408 *Penna*] Duriter admodum per pennas membranam illam intelligas, qua instructos dicit vespertiliones alarum loco.

411 *Perlucentibus*] Quia valde tenues.

Numen erat; magnasque novi matertera vires
Narrat ubique Dei: de totque sororibus expers
Una doloris erat, nisi quem fecere sorores.
Aspicit hanc natis, thalamoque Athamantis habentem
Sublimes animos, et alumno numine, Juno;
Nec tulit: et secum, Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagoque immergere, nautas,
Et laceranda suæ nati dare viscera matri,
Et triplices operire novis Minyeidas alis:
Nil poterit Juno, nisi inultos flere dolores?
Idque mihi satis est? hæc una potentia nostra est?
Ipse docet quid agam; (fas est et ab hoste doceri;)
Quidque furor valeat, Penthea cæde satisque
Ac super ostendit. Cur non stimuletur, eatque
Per cognata suis exempla furoribus Ino?

ubique magnam potentiam novi Dei; et sola de tot sororibus erat ærumnarum vacua, nisi quas sorores creaverant. Juno hanc videt elatam filiis, et conjugio Athamantis, et Deo alumno; nec tulit; et secum dixit, *Ortus ex adultera potuit transformare nautas Mæonios, et immergere mari, et tradere præcordia filii discerpenda suæ genitrici, et tegere tres Minyeidas novis alis; Juno nihil poterit, nisi plorare multas ærumnas? Atque id mihi satis est? hæc est sola nostra potentia? Ipse edocet quid faciam; licet etiam doceri ab hoste: et satis superque monstrat nece Penthei quid furor possit. Quamobrem Ino non percellatur, et eat per exempla*

---

pro sylvis.—415 Jun. *trahunt;* alii *tenent.*—417 Berolin. *Nomen erat.*—418 Argentoratensis *toty. doloribus.*—421 *Sublimes oculos* sexdecim Heins. et Codd. Bersm. *alumno* Fl. S. Marci, et pr. V. alii *alumni.*—422 Leid. et alius *Poterit de pellice.*—426 In quibusdam *nisi multos;* Leid. *natos.* N. etiam *ferre dolores.* —427 Malebat Heins. *Idne;* et mox ex Mss. Bersm. *potentia nostri est.*— 431 *Furoribus* meliores, teste Heins. alii *sororibus.*—432 Cant. *via declinis.*

NOTÆ

417 *Matertera*] Ino, soror Semeles, Bacchi nutrix; quod ex sequentibus apparet.

418 *Expers una*] Quippe Semele extincta, Autonoë filium Actæonem in cervum mutatum viderat, filium Penthea Agave discerpserat.

420 *Athamantis*] Fuit Athamas Æoli filius, rex Thebarum.

422 *Natus*] Bacchus, Semeles ex Jove filius.

423 *Mæonios*] Tyrrhenos, de quibus supra, qui a Mæonia Asiæ minoris provincia erant oriundi.

424 *Nati*] De quo jam sæpe: nam de Pentheo a matre lacerato loquitur.

428 *Ipse*] Bacchus, scilicet.

430 *Cur non stimuletur*] Habent profecto hi versus magnum dolorem et magnam indignationem.

431 *Cognata*] Illis similia, quibus correptæ et Ino et Agave Pentheum laniaverunt.

Est via declivis, funesta nubila taxo :
Ducit ad infernas per muta silentia sedes.
Styx nebulas exhalat iners : umbræque recentes
Descendunt illac, simulacraque functa sepulcris.
Pallor Hyemsque tenent late loca senta : novique,
Qua sit iter, Manes, Stygiam quod ducit ad urbem,
Ignorant : ubi sit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, et apertas undique portas
Urbs habet. Utque fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille ; nec ulli
Exiguus populo est, turbamve accedere sentit.
Errant exsangues sine corpore et ossibus umbræ :
Parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni ;
Pars alias artes, antiquæ imitamina vitæ.

similia suis furoribus ? Est iter depressum obductum taxo pestifera ; ducit ad sedes Stygias, per muta silentia. Pigra palus Stygia emittit nebulas ; et umbræ novæ et imagines sepulcris functæ descendunt illac. Horror et frigus, et recentes Manes obsident late loca squalida qua est via quæ ducit ad urbem infernam. Urbs magna habet mille aditus, et fores undique patentes : et quemadmodum mare recipit amnes totius terræ, sic ille locus omnes animas ; neque est parvus ulli multitudini, aut sentit agmina venire. Umbræ exsangues vagantur sine corpore et ossibus ; et pars addicti sunt foro, pars domui inferni regis, pars aliis studiis et *imaginibus veteris*

Pro *funesta* Heins. mallet *quæ mœsta*. *Innubila* etiam Mss. Bersm.—433 Argentor. *ad infernos Manes*. In plurimis scriptis et Codd. *multa silentia*.—434 Lcid. *umbræq. nocentes*.—437 Heins. conj. *Qua fit iter*, et delet versum seq. ut hoc dicatur, iter totum obsideri a novis manibus. Burm. contra monet, v. *nori* postulare sequentia. Alii *ducat ad urbem*.—441 Gron. *lacus* pro *locus*. Duo Codd. *locus a. ipse*.—442 R. et quatuor alii *nec turbam ;* nonnulli *turbamque*.—444 Alii *pars summi ;* alii *nigri*.—445 Vulg.

NOTÆ

432 *Taxo*] Arbor est venenata, abieti similis, quam dicimus Gallice *l'if*.

435 *Functa*] Non enim insepultorum simulacris seu umbris, aut animabus Stygem paludem fas erat transire.

436 *Senta*] Quippe inertia et quieta, quo nullus Solis radius pervadere potest.

438 *Ignorant*] Vix me continui, quin ineptissimum versum, omnino tollendum, eraserim.

441 *Nec ulli exiguus*] Quia nempe nullum spatium occupant animæ, quæ in Deo vivunt, in abysso tenebrarum vel luminis.

444 *Forum*] Ubi litigent, causas agant, &c. Quippe apud Inferos iisdem teneri studiis homines voluerunt Ethnici, quibus in hac vita delectarentur : a quo non in totum Scriptura abludit, quæ opera nostra nos sequi affirmat. Sed ex secretiori et sanctiori Theologia, non ex garrula illa, quæ omnem prope orbem Christianum invasit, horum cognitio est repetenda.

Sustinet ire illuc, cœlesti sede relicta,
(Tantum odiis iræque dabat,) Saturnia Juno.
Quo simul intravit, sacroque a corpore pressum
Ingemuit limen; tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus simul edidit. Illa sorores
Nocte vocat genitas, grave et implacabile numen.
(Carceris ante fores clausas adamante sedebant:
Deque suis atros pectebant crinibus angues.)
Quam simul agnorunt inter caliginis umbras;
Surrexere Deæ. Sedes Scelerata vocatur.
Viscera præbebat Tityos lanianda; novemque

vitæ. Juno Saturnia non veretur illuc descendere, cœlesti domo destituta: (tantum concedebat dolori atque odiis.) Quo statim atque subiit, et fores impulsæ a sacro corpore strepitum fecerunt, Cerberus erexit tria capita, et simul tres emisit latratus. Illa arcessit sorores Nocte ortas, numen sævum et inexorabile. Sedebant ante januam carceris obseratam adamante, et pectebant nigros serpentes ex suis capillis. Quam cum primum Deæ agnoverunt inter tenebras opacas, surrexerunt. Locus appellatur Sceleratus. Tityus dabat præcordia discerpenda, et occupabat

---

Pars aliquas artes: in uno Ciofani *Parsque alias artes.* Plurimi etiam *alias:* nonnulli *alias arces.* Inde in quibusdam extat *Exercent, aliam partem sua pœna coërcet:* idque ex auctoritate optimorum codicum ejicitur.—448 Med. et alius *corpore tactum.*—449 Vulg. *Intremuit limen;* in uno Ciofani *Contremuit.* —450 Alii *semel edidit.*—453 Thuan. Bernegg. et unus Med. *spectabant crini-*

NOTÆ

447 *Dabat*] Juno, scil. quæ, dignitatis oblita, ad Inferos descendere non reformidavit.

449 *Cerberus*] Ditis aulæ janitor, Canis centiceps, ut Horatio visum, triceps secundum alios, leonis, lupi, et canis ora gerens, collo anguibus, villorum loco, horrido.

451 *Nocte genitas*] Furias dicit, Acherontis et Noctis filias. Tres fuisse dicuntur, Tisiphone, Alecto, et Megæra; quas non male Superbia, Cupiditate, et Libidine, omnes ignorantia satas, sorores conjunctissimas, et unum numen pravum, credideris.

452 *Adamante*] Id est, seris firmissimis: ut nulla ratione pœnam effugere valeant conscii, in quorum mente sua fraus et suus terror, suæ denique pravæ cogitationes ita excubant, ut semper tumultuentur.

455 *Scelerata*] Quia ibi plectuntur scelerati.

456 *Tityos*] Jovis fuit et Elaræ filius, quem ob corporis immensam magnitudinem Terra, qua Elaram matrem Jupiter Junonis metu occultaverat, genitum fuisse fabulati sunt. Hic Latonam de stupro appellare ausus, sagittis Apollinis ad Inferos deturbatus est, ubi jecur perpetuo renascens vulturi seu vulturibus assidue præbet exedendum. Quam fabulam, quod nostra parum refert, alii ad historiam, alii non sine plurimis machinis ad res naturales retrahunt; quidam ad mores referunt, ut per vultures amor, curæ, itemque admis-

Jugeribus distentus erat. Tibi, Tantale, nullæ
Deprenduntur aquæ; quæque imminet, effugit arbos.
Aut petis, aut urges ruiturum, Sisyphe, saxum.
Volvitur Ixion, et se sequiturque fugitque.
Molirique suis letum patruelibus ausæ,
Assiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas.

novem jugera. Tantale, nullæ aquæ a te inveniuntur, et arbor quæ impendet, recedit. Aut petis, aut promoves lapidem ruiturum, Sisyphe. Ixion rotatur, et se vitat et urget. Et Belides non veritæ parare necem suis patruelibus intentæ repe-

bus; unde Heins. conj. *pexabant.*—457 *Distentus* pr. Med. Arund. et duo alii; vulg. *distractus.*—458 Gebhard. Crepund. II. 16. *Deprædantur aquæ.* Cant. *arbos;* et sic Thuan. pr. Erfurt. et duo alii; vulg. *arbor.*—459 Multi scripti *rediturum, Sisyphe.*—462 Vulg. *Assidue repetunt, quæ perdunt, Bel.* quod Dan. Heins. emendat *Ass. regerunt, quas perdunt, Bel.* Heins. vero testa-

NOTÆ

sorum scelerum recordatio intelligatur.

Novemque] Placuit istud poëtis prope omnibus; atque his novem jugeribus terram in genere intelligi voluerunt mythologi, quam Tityus seu Tritici calamus occupet, quem in cœlum insurgentem Sol ita ad maturitatem perducit, ut tandem a messoribus prosternatur.

457 *Tantale*] Fuit hic avari loco decantatissimus Tantalus, Jovis ex Plote nympha filius, qui propter garrulitatem, Deorum secretis in vulgus prolatis, vel quia Pelopem filium Diis epulandum apposuit, hac pœna apud Inferos est mulctatus, ut inter epulas fame, in mediis aquis siti torqueatur, silice insuper cadenti simili imminente.

458 *Arbos*] Vel poma, quæ ille studet carpere.

459 *Sisyphe*] Æoli fuit filius, latrocinio infamis, quem Theseus detrusit ad Inferos, ubi saxum habet ad montis verticem devolvendum, quod simul ac in ascendendo clapsum est cogitur repetere. Qua fabula non male plurimorum hominum damnatur insania; qui fratribus suis infesti, sibi ipsis invisi, vitam suam misere per nullius usus latrocinia disperdunt.

460 *Ixion*] De hoc Phlegiæ filio sic Tibullus, 'Illic Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota.' Atque hanc ambitiosi Ixionis historiam partim, partim fabulam argutissime volunt ejusmodi hominum miseram et ridiculam sortem exprimere.

Et se sequitur] Vide, quæso, quam bene rotæ actæ miserrimo homini affixo, atque eidem stultissimo ambitioso, istud congruat.

462 *Belides*] Beli dicit neptes, Danai filias quinquaginta, quæ, excepta una Hypermnæstra Lynceo suo non sic crudeli, sicuti in ejus epistola vidimus, omnes patrueles suos, quibus nupserant, patris monitu jugulaverunt; quamobrem dolium perforatum aqua ex profundissimo puteo petita apud inferos habent replendum. Quam fabulam Lucretius ad hanc vitam retraxit, siquidem ejus fructibus nunquam repleamur.

Quos omnes acie postquam Saturnia torva
Vidit, et ante omnes Ixiona; rursus ab illo
Sisyphon aspiciens, Cur hic e fratribus, inquit,
Perpetuas patitur pœnas; Athamanta superbum
Regia dives habet; qui me cum conjuge semper
Sprevit? et exponit causas odiique viæque;
Quidque velit. Quod vellet, erat, ne regia Cadmi
Staret; et in facinus traherent Athamanta Sorores.
Imperium, promissa, preces confundit in unum;
Solicitatque Deas. Sic hæc Junone locuta,
Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos
Movit: et obstantes rejecit ab ore colubras.
Atque ita, Non longis opus est ambagibus, infit.
Facta puta, quæcumque jubes: inamabile regnum
Desere; teque refer cœli melioris ad auras.
Læta redit Juno: quam cœlum intrare parantem
Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.

tunt aquas, quas profundant. Quos omnes postquam Saturnia aspexit infensis oculis, et ante omnes Ixionem; rursus ab illo spectans Sisyphon, Quamobrem, ait, iste ex fratribus luit pœnas æternas, regia opulenta tenet ferocem Athamantem, qui semper me despexit cum uxore? et narrat causas et odii et itineris, et quid cupiat. Quod optaret erat, ne regia Cadmi maneret, et sorores raperent Athamantem in flagitium. Cogit in unum jussa, pollicitationes, preces; et urget Deas. Postquam Juno ita hæc protulisset, Tisiphone confusam gerens comam albam, eam concussit, et dimovit ab ore serpentes molestos, atque ita incipit: Non opus est prolixis verborum anfractibus: credito peracta quæcumque imperas: relinque regnum odiosum, et redi in aërem cœli melioris. Juno revertitur hilaris; quam Iris Thaumantias purgavit

---

tur in melioribus Codd. extare τὰ *Assiduæ*, et *quas perdant.*—463 *Acie* pro vulg. *facie* Heins. dedit ex melioribus.—465 Berolin. *a fratribus.*—467 Idem, *conjuge nuper.*—468 Plurimi *Spernit?*—469 Berolin. *Quodque.*—470 Alii *Atham. furores.*—474 Alii *et extantes*, quomodo Bersm. et Pontan. edidere. Vett. plerique *rejecit*; alii *dejecit.* Vulg. etiam *ore colubros.*—475 Sec. Pal. *infit*; vulg. *inquit*; tres alii *ambagibus uti.*—476 Berolin. *jubes jam inam.*—477 Fr. *Desine*;

NOTÆ

464 *Ante omnes*] Propter oblatum stuprum, scilicet.

467 *Conjuge*] Ino scilicet, quam Athamas, Sisyphi frater, duxerat uxorem.

470 *Sorores*] Furiæ, quibus Athamas in rabiem actus nefas aliquod patraret.

474 *Colubras*] Quas partim pro capillis gerunt Furiæ.

479 *Thaumantias*] Thaumantis et Electræ filia, Deorum in malis nuntia,

Nec mora ; Tisiphone madefactam sanguine sumit
Importuna facem ; fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam ; tortoque incingitur angue :
Egrediturque domo. Luctus comitantur euntem,
Et Pavor, et Terror, trepidoque Insania vultu.
Limine constiterat : postes tremuisse feruntur
Æolii ; pallorque fores infecit acernas :
Solque locum fugit. Monstris exterrita conjux,
Territus est Athamas : tectoque exire parabant :
Obstitit infelix, aditumque obsedit, Erinnys :
Nexaque vipereis distendens brachia nodis,
Cæsariem excussit : motæ sonuere colubræ.
Parsque jacens humeris ; pars circum tempora lapsæ
Sibila dant, saniemque vomunt, linguasque coruscant.
Inde duos mediis abrumpit crinibus angues ;
Pestiferaque manu raptos immisit. At illi

aquis aspersis, cum cœlum subire vellet. Sine cunctatione gravis Tisiphone corripit tædam imbutam cruore, et tegitur palla rubente sanguine liquido, et circumdatur serpente intorto : et domo exit. Dolor, et Pavor, et Terror, et Vesania timida facie sequuntur discedentem. Ad fores pervenerat : postes Æolii dicuntur fuisse concussi, et pallor fœdavit portam acernam. Sol etiam vitat locum. Athamas expavit prodigiis, ejus *uxor exparit, et quærebant egredi domo. Pestifera Furia prohibuit, et occuparit introitum ; et porrigens brachia implicita nodis vipereis, comam agitavit. Serpentes agitati strepitum fecerunt : et pars in humeros sparsi, pars fluentes circum tempora sibila edunt, et tabum eructant, et emicant linguis. Postea revellit ex mediis capillis duos serpentes, et revulsos conjecit letali manu.*

teq.—479 Gebhard. Crepund. II. 16. ex Pal. *Roriferis lustr.*—481 N. *cruore madentem.*—482 Heins. malebat *tortumque accingitur*, vel *incingitur anguem. Accingitur* est in multis scriptis.—483 *Comitantur* sec. Pal. tert. Med. Exc. I. et duo alii ; vulg. *comitatur.*—484 R. et tres alii *Et Pavor atque Tremor ; O. Et Pudor* et *Terror ;* Bas. *Et Dolor et Lacrymæ ;* Leid. et Sixii *Et Tremor et Pallor.*—485 Berolin. *trem. videntur.*—486 Duo vett. *infecit eburnas.*—487 A. *loco fug.* Bersm. Mss. *locum refugit :* alii *fugit ; et monstris :* Leid. *monstrisque.* Pro *exterrita* Bernegg. et alii *est territa.*—488 Unus Med. *tectumque.*—489 Leid. et tres alii *aditusque.*—490 Pal. *ostentans brachia ;* duo Heins. *ostendens :* ex uno Pal. Gebhard. Crepund. II. 17. *distundens.*—492 Berolin. *Parsq. jacent.*—493 *Linguasq.* meliores : in nonnullis *linguæq.* alii *linguisq.* et *linguaq. coruscans.*—494 *Inde duas,* nonnulli ; et v. seq. *raptas...at illæ.* Vulg. *med. abrupit.*—495 Mss. Bersm. *manu ruptos. Admisit* etiam Argentorat.—

NOTÆ

Junonis præsertim famula.

486 *Æolii*] Athamantis, Æoli filii.

487 *Conjux*] Ino, scilicet.

Inoosque sinus Athamanteosque pererrant;
Inspirantque graves animas: nec vulnera membris
Ulla ferunt; mens est, quæ diros sentiat ictus.
Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni,
Oris Cerberei spumas, et virus Echidnæ;
Erroresque vagos, cæcæque oblivia mentis,
Et scelus, et lacrymas, rabiemque, et cædis amorem;
Omnia trita simul: quæ sanguine mixta recenti
Coxerat ære cavo, viridi versata cicuta.
Dumque pavent illi; vertit furiale venenum
Pectus in amborum: præcordiaque intima movit.
Tum face jactata per eundem sæpius orbem,
Consequitur motos velociter ignibus ignes.
Sic victrix, jussique potens, ad inania magni
Regna redit Ditis: sumtumque recingitur anguem.

At illi excurrunt gremium Inus et Athamantis, et immittunt pestiferos halitus: nec lædunt artus ullo modo: animus est, qui patiatur crudeles plagas. Apportaverat etiam secum horrendum virus fluidum, spumas rictus Cerberei, et toxicum Echidnæ; et incertas fluctuationes, et obliviu caliginosæ mentis, et nefas, et fletus, et furorem, et desiderium stragis, omnia simul mixta; quæ confusa cum cruore recenti coxerat ære capaci, mixta cicuta virescente. Et dum illi tremunt, immittit tetrum toxicum in sinus amborum; et perculit ultima viscera. Tum tæda mota sæpius per eundem circulum, persequitur celeriter flammas excussas flammis. Sic voti compos, et Junonis *mandato peracto, revertitur ad sedes exiles magni Plutonis,*

---

497 *Animas* multi vett. alii *animos*.—498 Nonnulli *quæ duros*.—499 Thysii et Arg. *nova monstra*.—503 Mss. Bersm. *Omnia structa*. Multi ex melioribus, teste Heins. *tincta* pro *mixta*.—504 Lov. *ære novo*. Unus etiam *igne novo*.—505 Gronovius et Grævius legunt *vergit furiale*.—506 Quidam libri *Vultus in ambor*.—508 Quidam *conseq. motis*. Gron. et pr. Mor. *motos velocibus*.—509 Leid. *votique potens*. Unus Med. *inania nigri*.—510 Duo Leid. *sumtoque rec. angue:* Voss. *rursusque rec. angue*. Unus Thuanus etiam *incingitur*.—

NOTÆ

497 *Inspirant graves*] Mentem pestifero afflatu turbabant, quod pejus adhuc fuit quam si morsibus miseros vexassent.

500 *Echidnæ*] Latine, vipera est fœmina. Sumitur vero sæpius pro Hydra Lernæa, Echidna, quæ virgo partim, partim serpens fuit, et Typhone Gigante, una cum Cerbero aliisque monstris genita: deinde etiam pro quovis maxime venenoso serpente usurpatur.

501 *Errores*] Venena, quæ errandi et discurrendi furorem inspirarent.

508 *Consequitur*] Reos perterrefaciendi causa facem in orbem jactabat Tisiphone.

509 *Jussi potens*] Postquam effecisset quod jusserat Juno.

Protinus Æolides media furibundus in aula
Clamat, Io, comites, his retia tendite sylvis:
Hic modo cum gemina visa est mihi prole leæna.
Utque feræ, sequitur vestigia conjugis amens:
Deque sinu matris ridentem, et parva Learchum
Brachia tendentem, rapit, et bis terque per auras
More rotat fundæ: rigidoque infantia saxo
Discutit ossa ferox. Tum denique concita mater,
(Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni,)
Exululat; passisque fugit male sana capillis.
Teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis,
Evoë, Bacche, sonat. Bacchi sub nomine Juno
Risit: et, Hos usus præstet tibi, dixit, alumnus.
Imminet æquoribus scopulus. Pars ima cavatur
Fluctibus, et tectas defendit ab imbribus undas:
Summa riget, frontemque in apertum porrigit æquor.

et resolvit serpentem quo cincta erat. Continuo filius Æoli sæviens in aula vociferatur, Io, socii, tendite plagas his sylvis; leænam hic conspexi modo cum duobus catulis. Atque rabidus insistit vestigiis uxoris tanquam feræ: et vellit ex gremio matris Learchum ridentem et porrigentem breves ulnas; et crudelis bis terque in orbem jactat per aërem in modum fundæ, et disjicit ossa infantis impacta *duræ petræ. Tum denique mater furiata, (seu dolor hoc præstitit, seu diffusum virus causæ fuit,) exululat; et vesana prorumpit sparsa coma. Et gestans te pusillum, Melicerta, brachiis nudis; Evohe, Bacche, clamat. Juno risit ad nomen Bacchi; et inquit, Alumnus tibi referat hunc fructum. Promontorium impendet mari: pars infima excavatur undis, et tuetur fluctus a pluvia: suprema prærupta est, et promo-*

512 Unus Med. et alii *retia pandite.*—513 Gron. *Hic mihi c. g. v. e. cum prole:* Pontanus, *Hic modo c. g. v. e. modo prole.*—515 Alii *parva Clearchum.*—518 *Ossa* pro vulg. *ora* e Cant. et altero Erfurt. recepit Heins.—519 Tanaq. Faber conj. *sparso læsa veneno est;* vel *sparsum causa venenum est.*—520 *Passisque* Fl. S. Marci, N. pr. V. sec. Med. et alii; vulg. *sparsisque.*—523 Heins. conj. *hos lusus* aut *thiasos:* duo Mss. *fructus:* unus, *risus.* Burm. *usus* non mutandum censet propter v. 111.—524 Sixii Cod. *specular,* quod Burm. non de nihilo putat, ut *specular* sit pro *specula.* Promontoria enim dici *speculas.*

NOTÆ

511 *Æolides*] Athamas, Æoli filius.

512 *Clamat*] Inani specie delusus veneni efficacia.

521 *Melicerta*] Alterum filium.

523 *Hos usus*] Ut, tanquam Baccho plena, hac rabie teneatis.

Alumnus] Bacchus, scilicet, quem jam sæpe Inus alumnum vidimus.

524 *Scopulus*] Moluris a Pausania appellatur, qui Athamantis insaniam ad Phryxi et Helles, quos illi Nephele genuerat, exilium transfert.

Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino:
Seque super pontum, nullo tardata timore,
Mittit, onusque suum. Percussa recanduit unda.

Fab. XIV. Spuma maris in Venerem.

Refert quoque Venerem petiisse a Neptuno de Ino et Melicerte, ut in numerum Deorum referat. Significat enim Venus se in undis esse creatam, quo facilius moveret Neptunum.

At Venus immeritæ neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est: O numen aquarum,
Proxima cui cœlo cessit, Neptune, potestas;
Magna quidem posco: sed tu miserere meorum,
Jactari quos cernis in Ionio immenso;
Et Dis adde tuis: aliqua et mihi gratia ponto est;
Si tamen in dio quondam concreta profundo

vet verticem in profundum mare. Ino illuc ascendit; (vesania dederat vires;) et nullo metu repressa injicit et se et suum onus in mare. Aqua impulsa albicavit.

xiv. *At Venus miserata dolores neptis immeritæ, ita demulsit patruum suum; O Neptune, numen aquarum, cui obtigit potestas proxima cœlo, rogo equidem ingentia; sed tu miserere meorum, quos vides agitari in vasto Ionio; et adjice Diis tuis. Est etiam mihi aliqua gratia in mari; si tamen olim nata in divo ponto spuma fui, et*

—526 Multi Codd. *Summa rigent.*—528 Unus Lcid. *turbata timore.*—533 Pr. V. pr. Hamburg. et Arund. pro div. lect. *miserere tuorum:* Bernegg. aliique *nepotum.*—536 *Dio* e Fl. S. Marc. recepit Heins. pro vulg.

NOTÆ

529 *Onus*] Melicertam filium, qui, auctore Pausania, a Delphinis exceptus, et in Isthmum Corinthium expositus, in Deorum marinorum numerum relatus est, dictusque Palæmon, seu Portumnus.

530 *Neptis*] Quia Inus mater fuit Harmonia Cadmi uxor, quam Venus ex Marte genuerat.

531 *Patruo*] Neptuno, scilicet, Jovis fratri, quem Jovem Venus pro patre agnoscit.

534 *Ionio*] Mare est Ionium ad occasum Epiri et Peloponnesi: atque adeo multum diuque suos undis jactari sivit Venus, aut plane nescio unde illos præcipites dederit Poëta.

536 *Si tamen*] Plures fuisse Veneres, atque earum unam ex maris spuma ortam, Cicero aliique scripserunt. Non imperite igitur nunc arripit illa quod sibi a poëtis tributum, seque in profundo vult genitam, ut facilius quod cupit a Neptuno consequatur.

Spuma fui, Graiumque manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti Neptunus; et abstulit illis,
Quod mortale fuit, majestatemque verendam
Imposuit; nomenque simul faciemque novavit:
Leucotheeque Deum cum matre Palæmona dixit.

Fab. XV. Sidoniæ comites Inus in Saxa et Aves.

Comites Inus, quod desiderio reginæ affectæ casum ejus mœrentes defleverant, ob eandem iram Junonis cum præcipitare se destinassent, ne pari honore a Neptuno excipi possent, in saxa et aves effecit ut transfigurarentur.

Sidoniæ comites, quantum valuere, secutæ
Signa pedum, primo videre novissima saxo:
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeida palmis
Deplanxere domum, scissæ cum veste capillos.
Utque parum justæ, nimiumque in pellice sævæ
Invidiam fecere Deæ. Convicia Juno
Non tulit: et, Faciam vos ipsas maxima, dixit,
Sævitiæ monumenta meæ. Res dicta secuta est.

Græcum nomen mihi est ab illa. Neptunus assensus est precanti, et illis ademit quod fuit morti obnoxium, et addidit majestatem tremendam, et mutavit simul nomen et cultus; et vocarit Deum Palæmonem cum matre Leucothoë.

xv. *Comites Sidoniæ secutæ vestigia quantum potuerunt, viderunt ultima in extrema rupe: et credentes nullo modo esse eorum mortem dubiam, laceratis crinibus et vestibus defleverunt palmis percussis domum Cadmeiam. Et cum odium dixissent Deæ parum æquæ, et nimium crudelis in adulteram, Juno non passa est probra; et, inquit, Reddam vos ipsas maxima documenta meæ crudelitatis. Res prolata evenit.*

---

medio. Quidam *quondam conflata.*—537 Duo V. et alii *gratumque.*—540 Berolin. *nomenque suum.*—541 *Leucothoëque* magna pars Codd. *Deos* etiam Heins. mallet.—542 Leid. *Sidoniæ matres;* Gron. *juvenes.*—545 Fl. S. Marc. duo Bonon. cum Spirensi, *scissæ...capillos;* alii *scissis capillis.* Unus etiam Voss. et

NOTÆ

537 *Manet*] Ἀφροδίτη enim dicitur Græcis, a maris spuma.

541 *Leucothoe*] Quæ Matuta Latinis dicta est; de qua prolixe Natalis Comes, quem, si tanti ducis, consule.

542 *Sidonia*] Thebanæ, quæ Cadmi, Sidone orinndi, sociis nupserant.

544 *Cadmeida*] Ino est, Cadmi filia.

546 *Pellice*] Semele, Bacchi matre, cujus causa universam Bacchi familiam infestissimo odio Juno persequebatur.

Nam quæ præcipue fuerat pia, Persequar, inquit,
In freta reginam. Saltumque datura, moveri
Haud usquam potuit: scopuloque affixa cohæsit.
Altera, dum solito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.
Illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,
Saxea facta manus in easdem porrigit undas:
Hujus, ut arreptum laniabat vertice crinem,
Duratos subito digitos in crine videres.
Quo quæque in gestu deprenditur, hæsit in illo.
Pars volucres factæ; quæ nunc quoque gurgite in illo
Æquora destringunt sumtis Ismenides alis.

Fab. XVI. Cadmus et Harmonia in Dracones.

Cadmus Agenoris filius, postquam inspector fuerat suarum calamitatum, in exitu neptum perosus Thebarum sedes, cum Harmonia Martis et Veneris filia, conjuge sua, in Illyricos profugit. Ibi petita venia a Deis, in speciem draconis convertitur, qui initio causa malorum suorum fuisset. Vota ejus expleta sunt: in dracones versi sunt.

Nescit Agenorides natam parvumque nepotem

Nam quæ fuerat præsertim pia, Prosequar, ait, reginam in mare: et cum voluisset se immittere, nusquam potuit moveri, et mansit alligata saxo. Altera nitens plangere pectus ictu consueto, ridet brachia conata obduruisse. Illa, ut forte porrexerat manus in fluctus maris, mutata in rupem, extendit manus in eosdem fluctus. Cerneres digitos hujus, ut discerpebat comam dereptam vertice, diriguisse repente in coma. Singulæ manserunt in illo gestu quo correptæ sunt. Pars mutatæ in alites, quæ Ismenides vadunt nunc etiam aquas in illo mari alis sumtis.

xvi. *Filius Agenoris ignorat filiam et parvum nepotem esse Deos marinos. Su-*

---

alii *cæsis*.—550 Thuaneus et octo alii, *Prosequar, inq.*—552 Menardi Cod. *saxoque affixa:* unus Gron. *infixa*.—553 Leid. *dum subito*.—554 Pro *tentatos* Heins. mallet *tentanti*. In omnibus fere scriptis *sensit rig*.—555 Heinsio hi non videbantur numeri Nasoniani. Corrigebat ergo, *In maris illa manus ut forte tetenderat undas*.—556 Unus A. *porrigitur;* unde Heins. *porgitur*.—557 Idem vult *laniabant*, scil. digiti.—559 In uno Gron. *deprenditur;* alii *deprensa est*.—560 Quidam vett. *gurgite in alto;* Berolin. *in ipso*.—561 Vulg. legitur *Æquora distringunt summis Cadmeides alis*. In duobus V. uno Heins. atque uno Cælestino, *distingunt*, quod Ciofano non displicet. Zulichianus, Spirensis, et quatuor alii *sumtis*. *Ismenides* est e conj. Burmanni.—562 Burm.

NOTÆ

561 *Ismenides*] Thebanæ, ut jam diximus, ab Ismeno fluvio sic dictæ.

562 *Agenorides*] Cadmus, Agenoris filius.

Æquoris esse Deos. Luctu sericque malorum
Victus, et ostentis, quæ plurima viderat, exit
Conditor urbe sua; tanquam Fortuna locorum,
Non sua se premeret: longisque erratibus actus
Contigit Illyricos profuga cum conjuge fines.
Jamque malis annisque graves, dum prima retractant
Fata domus, releguntque suos sermone labores;
Num sacer ille mea trajectus cuspide serpens,
Cadmus ait, fuerit; tum, cum Sidone profectus
Vipereos sparsi per humum, nova semina, dentes?
Quem si cura Deum tam certa vindicat ira,
Ipse precor serpens in longam porrigar alvum.

peratus ærumnis, et numero malorum, et prodigiis, quæ viderat plurima, ædificator egreditur urbe sua, quasi sors locorum non sua se urgeret; et pressus longis erroribus venit ad oras Illyricas cum uxore exule. Et jam fessi ætate et ærumnis, dum revolvunt primam sortem domus, et recolunt oratione suos labores; Anne, inquit Cadmus, ille draco transfixus meo mucrone, tum cum Sidone egressus mandavi terræ dentes vipereos, novum semen, sacer fuerit? Quem si cura Deorum ulciscitur tam certa ira, ipse oro, ut anguis extendar in productum ventrem. Dixit: et tanquam

conj. *noscit*, vel *novit*, pro *nescit*.—563 Franciscus Luisinus, Parerg. I. 16. legit et distinguit hoc modo *Æquoris esse Deos luctu; serieque malorum Victus, &c.* Multi scripti *serieque laborum;* quod probat Vivian.—566 Ms. Bersm. *Nec sua. Erratibus* meliores Codd. alii *erroribus*.—567 Thuan. et tres alii *conjuge portus*.—569 Vulg. *Facta domus*. Plurimi *repetuntque:* Mor. *recoluntque:* O. et Bas. *relevantque*.—570 Berolin. *mea transjectus*.—571 *Fuerit* tert. Med. et duo alii: vulg. *fuerat*.—573 Gron. et alter Heins. *vindicet ira*.—574 Heins.

NOTÆ

Natam] Ino est, de qua modo.

564 *Viderat*] Vidimus nos quoque supra, Poëta ipso illa referente.

567 *Illyricos*] Illyridis accolas, quæ regio est ad mare Adriaticum Italiæ opposita. Plurima vero narrant de hac Cadmi profectione, quæ profecto satius est omnino nescire. Atque equidem sæpius de hac salutari ignorantia tyrones velim admonitos, ne perniciabili, quali multos torqueri video, nugarum siti, ab optimarum rerum cognitione, quibus imbutum esse decet virum Deo natum, abstrahantur.

570 *Num sacer*] Sacrum fuisse Draconem suspicatur Cadmus, quem olim interfecit, cujus causa Deorum iram sit expertus.

574 *In longam*] Qualem serpentes gerunt. Cur vero in serpentem dicatur mutatus Cadmus, hanc rationem reddit summus Bochartus. Cadmonæi seu Orientales, de quibus Gen. xv. 19. qui, ut ex Josue c. xi. 3. Canaam terræ partem maxime Orientalem occupaverant, ad montem Hermonem, (a quo Harmonia Cadmi uxor,) cum Hevæis una gens fuerunt: Hevæus vero Syris est serpens. Alii volunt huic fabulæ locum præbuisse Cadmi inopiam, qui in exilio suo latuit, aut barbarorum moribus sese accommo-

Dixit: et, ut serpens, in longam tenditur alvum;
Duratæque cuti squamas increscere sentit,
Nigraque cœruleis variari corpora guttis:
In pectusque cadit pronus: commissaque in unum
Paulatim tereti sinuantur acumine crura.
Brachia jam restant: quæ restant, brachia tendit;
Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede, o conjux, accede, miserrima, dixit:
Dumque aliquid superest de me; me tange, manumque
Accipe, dum manus est; dum non totum occupat anguis.
Ille quidem vult plura loqui: sed lingua repente
In partes est fissa duas. Nec verba volenti
Sufficiunt: quotiesque aliquos parat edere questus;
Sibilat: hanc illi vocem Natura relinquit.
Nuda manu feriens, exclamat, pectora, conjux,
Cadme, mane: teque his, infelix, exue monstris.

anguis porrigitur in productum ventrem; et advertit squamas innasci rigenti cuti; et corpus utrum distingui notis cæruleis; et dejicitur in ventrem, et pedes in unum concreti paulatim curvantur acumine tereti. Supersunt jam lacerti: porrigit lacertos qui supersunt; et lacrymis currentibus per faciem adhuc humanam, Ades, o uxor infelicissima, ades, inquit: et quamdiu aliquid restat de me, me tange, et tene manum dum manus est, dum serpens non habet me *totum. Ille quidem cupit plura proferre; sed lingua subito est divisa in duas partes; nec verba succurrunt cupienti; et quoties aggreditur emittere aliquam querimoniam, ducit sibila: Natura illi permisit eum sonum. Uxor, plangens nuda pectora manu, vociferatur, Resiste, Cadme; et miser exime te his monstris. Quid istud, Cadme? ubi pes? ubi sunt*

pro *porrigar* volebat *tendar ut.*—575 Pro *tenditur* unus Leid. *porrigar;* Heins. conj. *porgitur.* Francius malebat *extenditur.*—577 Gron. *vitiari corp.*—578 Plurimi scripti *commixtaque.*—579 In duobus V. et aliis *sinuantur:* vulg. *tenuantur:* in uno Heins. *curvantur;* alius *cumulatur:* Genev. *signantur.*—583 Gronovius vellet *de me mihi.*—584 *Totam* vult Heins. pro *totum;* scil. totam manum.—585 Bas. *lingua loquenti.*—586 Med. unus *In part. confissa;* alter *conscissa.* Plures *verba loquenti.*—588 *Relinquit* meliores; vulg. *reliquit.*—590 Berolin. *infelix, his exue:* Cant. et quatuordecim alii

NOTÆ

davit; vel in serpentem mutatum fuisse, quod Illyriis plurimis, ad quos ille pervenit, oculi fuerint pupula duplici, qui quos diutius irati viderent interimere potuerint, ut refert Gellius.

577 *Guttis*] Maculis subviridibus, quales in quorundam serpentum squamis conspiciuntur.

586 *Duas*] Usque adeo plicatilis est serpentum lingua, tantaque eam celeritate vibrant, ut bifida aut etiam trifida videatur.

Cadme, quid hoc? ubi pes? ubi sunt humerique manusque?
Et color, et facies, et, dum loquor, omnia? cur non
Me quoque, cœlestes, in eandem vertitis anguem?
Dixerat. Ille suæ lambebat conjugis ora:
Inque sinus caros, veluti cognosceret, ibat;
Et dabat amplexus; assuetaque colla petebat.
Quisquis adest (aderant comites) terretur. At illos
Lubrica permulcent cristati colla dracones,
Et subito duo sunt; junctoque volumine serpunt;
Donec in appositi nemoris subiere latebras.
Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec vulnere lædunt:
Quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.

Fab. XVII. Guttæ Medusæ in Serpentes.

Perseus Jovis et Danaës filius, missus a Polydecte ad Medusæ caput perferendum, quæ aspectu suo obvios in silicem convertere solebat, Minerva adjutrice, evicit propositum laborem. Intercepto Phorcydum Græarum lumine, quæ invicem custodias Gorgonum agebant, aspectum caput Medusæ retulit. E sanguine autem, qui Perseo per Africam iter faciente stillaverat, genus est serpentum procreatum. Utero autem Medusæ hujus equus Pegasus cum pennis exiit.

Sed tamen ambobus versæ solatia formæ

et humeri, et manus, et color, et omnia, dum verba fundo? Quamobrem, Dii, non mutatis me etiam in eundem serpentem? Absolverat. Ille lingua demulcebat cultus suæ uxoris, et serpebat in dilectos sinus tanquam cognosceret; et amplectebatur; et ferebatur in collum consuetum. Quisquis astat (astabant socii) expavescit. At dracones gerentes colla lubrica cristis insignita permulcent illos, et repente duo sunt; et obrepunt spiris concordibus, donec intraverunt in cavernas sylvæ vicinæ. Nunc etiam neque vitant hominem, neque mordent; et mites serpentes recordantur quid antea fuerint.

xvii. *Sed tamen nepos fuerat utrique magnæ consolationi mutatæ figuræ; quem*

---

exime; unus Heins. *cripe;* R. sec. *erue.*—591 Heins. conj. *Cadme, ubi vox?* —593 *Eandem* pr. Med. et tres alii; vulg. *eundem.* Tert. Med. *in eosdem v. angues.*—596 Heins. cum uno Bas. mallet *colla premebat:* quod et in Berol. extat. In Cant. et octo aliis *tenebat;* quod Heins. conj. pro *terebat* poni.—597 Sec. Med. *terrentur,* et sic unus Heins.—598 Vetustiores habent *At illa Lubrica permulcet cristati colla draconis,* quam lectionem Bothius Vindic. Ovid. omnino servandam censet. Mss. variant. Nonnulli *illis* vel *illi...perlucent;* Urbin. *illas...permulcent:* deinde *dracones* alter Hamburg. et Gron. unus pro var. lect. Hinc versum refinxit Heinsius. O. *Lurida* pro *Lubrica.*—600 Multi scripti et edd. *oppositi nemoris.* Heins. etiam *repsere latebras.*—602 Berolin.

Magna nepos fuerat: quem debellata colebat
India: quem positis celebrabat Achaia templis.
Solus Abantiades, ab origine cretus eadem,
Acrisius superest, qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ; contraque Deum ferat arma; genusque
Non putet esse Jovis: neque enim Jovis esse putabat
Persea; quem pluvio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acrisium, (tanta est præsentia veri,)
Tam violasse Deum, quam non agnosse nepotem,
Pœnitet. Impositus jam cœlo est alter: at alter

India victa venerabatur; quem Achaia colebat exstructis delubris. Solus restat Acrisius Abantis filius ductus ab eadem stirpe, qui proterreat Deum a muris urbis Argolicæ, et induat arma adversus illum, *neque credat esse sobolem Jovis. Neque etiam arbitrabatur Perseum esse Jovis* filium, *quem Danaë conceperat auro pluviali. Breri tamen Acrisium pœnitet, (tanta est vis veri,) tam læsisse Deum, quam non agnovisse nepotem. Jam unus receptus est cœlo; at alius reportans insignes exuvias*

Quodque prius fuerant.—604 *Fuerat* unus Voss. et antiquum fragmentum; alii *dederat.* Bernegg. unus Gron. et Heins. *quem decolorata;* inde Burm. faciebat *discolor ora;* et Heins. *decolor ora:* unus Med. *decollata.*—605 Pr. Med. *pos... celebravit;* Bernegg. *celebrarat.*—607 Genevensis, *Acrisius superat.*—609 Vulg. *Non putat esse Deum;* sed meliores, teste Heins. *putet;* duo V. Arund. Mureti Exc. et alii *Jovis.* Heins. etiam legit *sed nec Jovis;* vel *nam nec Jovis:* Bothius *neque jam Jovis.*—612 Cant. et sex alii *non novisse;* duo *cognosse.*

NOTÆ

604 *Nepos*] Bacchus, scilicet, ex Semele.

605 *Achaia*] Quæ pars est Græciæ, in qua Bœotia sita est: nisi mavis pro Græcia ipsa positam esse, ut sæpe alibi.

606 *Abantiades*] Acrisius est Abantis filius, rex Argivorum, illius Danaës pater quæ Perseum peperit, a quo postea ipse Acrisius disco per imprudentiam interfectus est.

Origine eadem] Volnerunt quippe nonnulli Abantem, Acrisii patrem, Beli fuisse filium, cui Belo Jupiter pater fuit.

607 *Arceat*] Bacchum nempe Deum esse negabat.

Urbis Argolicæ] Argos est ipsa, urbs Peloponnesi, quæ interdum plurali numero Argi dicitur, et pro tota Græcia ponitur.

610 *Persea*] Cognoverat oraculo Acrisius se a nepote aliquando occisum iri; quamobrem filiam Danaën aënea turri subterranea inclusit. Illuc in imbrem aureum conversus Jupiter penetravit, qui puellam gravidam fecit. Re cognita in Jovem facti culpam rejicit Danaë; ast durus et sibi metuens pater illi fidem non habuit, quin eam cum filio Perseo una in arca lignea inclusam in mare dejecit; quæ tamen a piscatore quodam extracta Pilumno regi data est, cui nupsit.

613 *Pœnitet*] Quia alterum, Bacchum, scilicet, Cœlo receptum, nepotem Perseum Jove digna gessisse accipiebat.

Viperei referens spolium memorabile monstri
Aëra carpebat tenerum stridentibus alis.
Cumque super Libycas victor penderet arenas;
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas varios animavit in angues;
Unde frequens illa est, infestaque terra colubris.

Fab. XVIII. Atlas Iapeti filius in Montem sui nominis.

Atlas Iapeti et Pleionæ filius a Themide, quæ initio antistes Deorum erat, responsum accepit, ne quem hospitio ex progenie Jovis reciperet, si vellet hortum, quo poma aurea erant, custoditum habere. Quam ob causam cum Perseo fatigato ex assiduo cursu requiescendi hospitium negavisset, eumque viribus propelleret, ille elatum caput Gorgonæ ei objecit. Quo viso, in montem pari nomine est versus: cui ultimis Africæ locis mundus injectus est.

Inde per immensum ventis discordibus actus
Nunc huc, nunc illuc, exemplo nubis aquosæ,
Fertur, et ex alto seductas æthere longe
Despectat terras; totumque supervolat orbem.

monstri viperei agitabat mollem aërem alis strepentibus. Cumque voti compos immineret arenis Libycis, guttæ cruoris defluxerunt ex capite Gorgoneo, quas exceptas terra excitavit in diversos serpentes: ex quo illa terra est crebra et infesta serpentibus.

XVIII. *Inde vectus ventis dissentientibus per vastum* aërem, *nunc huc, nunc illuc trahitur sicut nubes aquosa; et ex sublimi aëre despicit terras longe dissitas, et*

—613 Ed. Bersm. et aliæ *et alter*.—614 Unus Heins. *spolium mirabile*.—616 Gron. *super Libyas*.—618 Plurimi *humus acceptas*. Alii *varias;* ut supra: quatuor libri *vivos*. Leid. *mutavit in angues*.—619 Vett. nonnulli *infectaque;* Edd. vulgatæ *infestaque*.—622 Mss. Bersm. *alto semotas. Æthere* Ursin. et duo

NOTÆ

614 *Spolium monstri*] Caput dicit Medusæ, vipereis capillis formidabile, quod Plutonis galea, Minervæ ægide, et falce adamantina instructus Perseus amputavit, Minervæ scuto deinde aptavit, cujus obtentu plurimos in saxa convertit. Fuerunt autem Medusa una cum Sthenio et Euryale Phorci Cetique filiæ, de quibus si plura cupis passim invenies.

615 *Alis*] Talaribus, quæ a Nymphis, ut scribit Apollodorus, aut a Mercurio, ut placet aliis, Perseus acceperat.

618 *Animavit*] Fictum ex eo videtur istud, quod plurimis serpentibus infesta sit Africa.

Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit:
Sæpe sub occasus, sæpe est ablatus in ortus.
Jamque cadente die veritus se credere nocti
Constitit Hesperio, regnis Atlantis, in orbe;
Exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes
Evocet Auroræ, currus Aurora diurnos.
Hic hominum cunctos ingenti corpore præstans
Iapetionides Atlas fuit. Ultima tellus
Rege sub hoc, et pontus erat, qui Solis anhelis
Æquora subdit equis, et fessos excipit axes.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Errabant: et humum vicinia nulla premebant.
Arboreæ frondes, auro radiante virentes,

volat super totum terrarum ambitum. Ter conspexit frigidas Ursas, ter lacertos Cancri. Sæpe abreptus est sub occasus, sæpe in ortus. Jamque die occidente metuens se committere tenebris requievit in parte orbis occidua, et *regno Atlantis, et quærit brevem somnum, donec Lucifer arcessat lumen Auroræ, Aurora currus diei. Hic Atlas Iapeti filius præcelluit omnibus hominibus præceritate corporis. Terra extrema et mare* ultimum *quod subjicit aquas equis Solis exhaustis, et excipit currus lassos, fuit sub hoc rege. Mille greges et totidem armenta illi vagabantur per gramina; et nulla vicinia colebat terram. Folia arborum splendentia auro micante,*

V. alii *æquore: longo* etiam sec. Med. et duo alii.—624 Bernegg. *Ter geminas.* —625 In uno V. *est delatus.*—627 Plerique Codd. *regis Atlantis: regnis* recipit Heins.—629 Mss. Bersm. *Evocat:* Leid. *Provocet.* Bernegg. *currus;* alii *cursus.*—630 *Cunctos* Fl. S. Marc. Bernegg. et alii; vulg. *cunctis.* Jun. *ing. corp. major:* Mss. Bersm. *membris et corpore præstans.*—631 Duo Leid. et sex alii *Japetioniades.*—633 Unus *et flexos;* unde Heins. conj. *deflexos.* R. Cant. Leid. et quinque alii, et Ms. Bersm. *accipit axes;* Thuan. et alii quatuor *suscipit.*—635 *Premebant* Fl. S. Marc. et pr. Erfurtan. alii *premebat.*—636 Pal. et Mor. et Fr. pro div. lect. *radiante micantes;* nonnulli alii et quædam Edd.

NOTÆ

627 *Atlantis*] Hic fuit Atlas Promethei frater, Iapeti filius, rex Mauritaniæ, qui sibi a quodam Jovis filio exitium imminere a Themide monitus, neminem prorsus hospitio accipiebat. Hunc objecto clypeo Perseus ædibus exclusus in montem mutavit, qui propter altitudinem cœlum pertingere, atque adeo sustinere creditus: cui fabulæ locum dedit rerum astronomicarum peritia qua Atlas ille excelluit.

628 *Dum Lucifer*] Id est, donec dies illucescat. Est autem Lucifer Veneris stella, quæ prima post Solis occasum apparet, tumque dicitur Hesperus; ultima ejus ortum, atque adeo Auroram, antegreditur, dicitur-que Phosphorus seu Lucifer.

631 *Ultima*] Mauritaniam dicit, ad mare Atlanticum porrectam.

633 *Subdit*] Quia in illud sol sese condere videtur.

635 *Vicinia nulla*] Adeoque solus ibi rex fuit potentissimus.

Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit
Te generis magni : generis mihi Jupiter auctor :
Sive es mirator rerum, mirabere nostras.
Hospitium requiemque peto. Memor ille vetustæ
Sortis erat : (Themis hanc dederat Parnassia sortem :)
Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro
Arbor : et hunc prædæ titulum Jove natus habebit.
Id metuens, solidis pomaria clauserat Atlas
Mœnibus, et vasto dederat servanda draconi :
Arcebatque suis externos finibus omnes.
Huic quoque, Vade procul, ne longe gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longe tibi Jupiter absit.
Vimque minis addit : foribusque expellere tentat

poma aurea ornabant ramos aureos. Hospes, inquit illi Perseus, seu gloria magnæ originis te movet, Jupiter est auctor meæ originis; seu es admirator rerum, admiraberis nostras : posco hospitium et quietem. Ille recordabatur antiqui fati : (Themis Parnassia hoc fatum aperuerat :) Atla, dies aderit, quo arbor tua destituetur auro : et filius Jovis consequetur laudem rapti. Atlas id pavens cinxerat pomaria firmis muris, et tradiderat custodienda ingenti draconi; et prohibebat omnes peregrinos suis finibus. Dixit quoque huic, Discede, ne gloria rerum, quas fingis, te destituat, ne Jupiter tibi sit longe. Atque vi auget minas, et nititur ejicere valvis

---

nitentes.—637 Alii *poma gerebant*, vel *ferebant;* at meliores, teste Heins. *tegebant.*—738 Gron. et alii *seu gratia.*—645 Pro *clauserat* Mediceus chartac. ex veterrimo descriptus *carpserat;* Heins. conj. *sepserat.*—646 Olim edeb. *montibus*, quod Ciofan. ex uno suo mutavit in *mœnibus.* Idem postea confirmarunt plures Heins. in quibus tertius Med. et uterque Erfurt. Schepper. conj. *molibus* propter vs. 772. Theatin. Fragm. *dederat servare.*—648 Multi Codd. *Hinc quoque;* et ita edidit Bersm. *Neu longe* etiam Leid.—650 *Foribusque* schedæ vetustissimæ Theatin. Romæ, et pr. Bonon. vulg. *manibusque.*

NOTÆ

637 *Poma*] Hesperidum, quæ Hesperi filiæ fuerunt fratris Atlantis, fuisse et poma hæc et hortum plerique tradiderunt: perque ea mala Citria vel Medica nonnulli, oves alii, quæ eodem nomine μήλῳ Græce appellantur, quidam aurifodinas, intellexerunt.

640 *Mirator*] Optime vero arcanorum naturæ scrutatorem curiositate studet commovere.

642 *Themis*] Cœli et Terræ filia, quam ante Apollinem Delphis oracula edidisse, quodque fas fuerit præcepisse, fabulati sunt.

644 *Et hunc*] Hercules vero Jovis filius poma illa rapuit, ut ex fabulis notissimum.

646 *Draconi*] Ladonis nomine, quem fluvium seu fossam circum hortos in serpentis modum ductam interpretantur.

648 *Ne longe*] Adeoque adversus Atlantis impetum inutilis.

Cunctantem, et placidis miscentem fortia dictis.
Viribus inferior, (quis enim par esset Atlanti
Viribus?) At quoniam parvi tibi gratia nostra est;
Accipe munus, ait: lævaque a parte Medusæ
Ipse retroversus squalentia prodidit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas. Jam barba comæque
In sylvas abeunt: juga sunt humerique manusque.
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen.
Ossa lapis fiunt. Tum partes auctus in omnes
Crevit in immensum, (sic Di statuistis,) et omne
Cum tot sideribus cœlum requievit in illo.

Fab. XIX. Virgæ subjectæ Gorgonis capiti in Curalium.

Perseus per Æthiopiam iter faciens, postquam Andromedam propter superbiam matris, quæ se Nympharum pulchritudini prætulerat, saxo alligatam, ac marinæ belluæ objectam vidit, captus specie ejus exarsit. Pactusque a Cepheo et Cassiopea parentibus virginis, ut sibi matrimonio eam cederent, si bellnam interemisset, voti compos factus est. Interfecto igitur monstro, cupiens requiescere, ne caput Gorgonis læderet, virgulas lectas in littore subjecit. Et hæ subter indurnerunt, ita ut, adeptis radicibus, sanguinei coloris in mari ut arbusculæ nascerentur, quæ nomen haberent curalium.

Clauserat Hippotades æterno carcere ventos:

hærentem, et miscentem verba aspera mitibus. Minor viribus, (nam quis æqualis esset Atlanti viribus?) At quandoquidem, inquit, gratia nostra tibi est parvi, donum habe: et ipse retro aspicieus ostendit a parte sinistra vultus horridos Medusæ. Atlas quantus erat mutatus in montem. Jam barba et capilli fiunt sylvæ: humeri et manus sunt vertices. Quod fuit ante caput, est fastigium in ultimo monte. Ossa mutantur in saxa. Tum auctus in omne latus surrexit in immensum, (ita voluistis Dii) et totum cælum cum tot astris requievit in illo.

xix. *Hippotades oppresserat omnes ventos carcere æterno; et Lucifer hortator*

—652 *Atlanti* quinque scripti pro vulg. *Atlantis.*—653 In Dominic. *tibi gloria.* Multi Codd. etiam *nostri est.*—655 Pr. Gron. *squalentiaque extulit ora;* Voss. *squalentia porrigit;* Amstelædamense Fragm. optimæ notæ *prodidit;* vulg. *protulit.*—656 Bernegg. et unus Heins. *tantus* pro *factus.* Berolin. *Quantus Atlas mons factus erat. Nam, &c. Jam* Heins. recepit pro vulg. *nam* ex quatuor scriptis.—659 Vulg. *altus in omnes;* alii *actus:* in uno Ciofani *celsus;* nonnulli *auctus,* quod et Heins. verum existimat.—662 Heins. suadebat *terreno* (sub-

NOTÆ

652 *Quis enim*] Cœlum sustentare Atlantem vidimus.

655 *Retroversus*] Ne pariter in sax- *Delph. et Var. Clas.*

um, viso monstro, mutaretur. *Ovid.*

662 *Hippotades*] Æolus, Jovis ex Acesta Hippotæ, a quo Hippotade⁸,

Admonitorque operum cœlo clarissimus alto
Lucifer ortus erat. Pennis ligat ille resumtis
Parte ab utraque pedes; teloque accingitur unco:
Et liquidum motis talaribus aëra findit.
Gentibus innumeris circumque infraque relictis,
Æthiopum populos, Cepheia, conspicit, arva.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedan pœnas immitis jusserat Ammon.
Quam simul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades; nisi quod levis aura capillos
Moverat; et trepido manabant lumina fletu;

operum surrexerat splendidissimus in sublimi cœlo. Ille pennis resumtis constringit pedes ab utraque parte et accingitur ense falcato; et dividit aërem fluidum talaribus agitatis. Nationibus plurimis circum et infra omissis, intuetur campos Cepheios et populos Æthiopum. Illic iniquus Ammon coëgerat Andromedan insontem exsolvere pœnas jactantiæ maternæ. Quam statim atque Abantiades conspexit vinctos habentem lacertos ad rigidam rupem, arbitratus esset signum fuisse *marmoreum, nisi quod parvus ventus agitaverat comam, et oculi emittebant lacrymas timidas.*

terraneo) pro *æterno*, item *Tyrrheno* aut *nocturno*; unus enim Leid. *externo*: Jun. *æternos*.—663 Pal. *cœlo nitidissimus*.—667 Cant. et quatuor alii *circaque*; O. *citraque*; inde Heins. conj. *citraque ultraque*.—668 Pr. V. O. Thuan. et duo alii *Cepheia*; alii *Cepheaque*.—670 *Immitis* tres scripti, et pro div. lect. Græv. unus Leid. *immites*: vulg. *injustus*.—673 N. sec. Med. pr. Erfurt.

NOTÆ

filius, ut placet nonnullis; ventorum rex ideo creditus, quod Astronomiæ peritissimus de eorum natura disseereret, futurasque tempestates prædiceret.

Æterno] Firmissimo quo olim solitus illos coërcere.

664 *Pennis*] Talaribus, de quibus supra.

665 *Telo unco*] Ense falcato, seu harpe. *Cimeterre, Sabre.*

668 *Cepheia*] Cephei, Phœnicis filii, Andromedæ patris, regis Æthiopum.

669 *Linguæ*] Quippe ansa Cassiope, Andromedæ mater, de pulchritudine cum Nereidibus contendere.

670 *Ammon*] Jupiter est, quem *arenarium* Græculi vocaverunt, aut vocatum voluerunt, qui in Libyæ desertis sub arietis forma ideo colebatur, ut visum iisdem, quod ea forma sitienti Baccho apparuerit, eidemque pedis ictu fontem aperuerit; vel, ut placet aliis, quod galea uteretur in bello, cujus insigne esset caput arietis: sed verius filium Noë *Ham* vel *Cham* pro Deo in Libya cultum credideris; siquidem illam terram ejus posteri incoluerunt; nisi forte Solem, (qui idem atque Jupiter,) propter radios, (eadem voce qua cornua Hebræis appellatos,) cornutum Hammonem, a voce *Hammah*, *calere*, cum Fallero fuisse malueris. Ille, quicumque tandem fuerit, de marino monstro, quod Nereidum precibus Neptunus adversus Æthiopas immiserat, consultus, Cephei Cassiopesque progeniem mon-

Marmoreum ratus esset opus. Trahit inscius ignes:
Et stupet: et visæ correptus imagine formæ,
Pæne suas quatere est oblitus in aëre pennas.
Ut stetit, O, dixit, non istis digna catenis,
Sed quibus inter se cupidi jungantur amantes;
Pande requirenti nomen terræque tuumque;
Et cur vincla geras. Primo silet illa: nec audet
Appellare virum virgo: manibusque modestos
Celasset vultus, si non religata fuisset.
Lumina, quod potuit, lacrymis implevit obortis.
Sæpius instanti, sua ne delicta fateri
Nolle videretur, nomen terræque suumque,
Quantaque maternæ fuerit fiducia formæ,
Indicat. Et, nondum memoratis omnibus, unda
Insonuit: veniensque immenso bellua ponto
Eminet: et latum sub pectore possidet æquor.

Incautus concipit flammas; et hæret, et, sublatus specie pulchritudinis conspectæ, propemodum non meminit agitare alas in aëre. Postquam astitit, O, inquit, immerita ejusmodi vincula, sed quibus amantes aridi inter se copulantur, dic petenti nomen patriæ et tuum, et quamobrem feras catenas. Primo illa obticet, neque virgo audet alloqui virum; et velasset faciem pudicam manibus, si non fuisset vincta. Quod licuit opplerit oculos lacrymis erumpentibus. Ne crederetur nolle agnoscere sua peccata, profitetur nomen patriæ et suum, et quanta fuerit confidentia pulchritudinis maternæ: et, nondum omnibus enarratis, aqua strepitum edidit; et monstrum accedens ex alto mari apparet, et occupat vastum spatium maris sub pectore.

multique alii *et trepido;* ceteri *et tepido.*—675 Pro *et visæ* Ciofanus reperit in quibusdam opt. libr. *eximiæ:* multi scripti etiam *exiguæ.* Thuani Cod. *miratus;* Heins. *remoratus.*—676 N. *Pæne teres. In aëra* etiam O. et sex alii.—677 *Jungantur* est ex Heins. conj. alii *junguntur.*—679 Plurimi *nomen patriæque.*—680 Bonon. *vincla teras.* Heins. vult *stupet illa.*—681 Idem suadet *aspectare virum:* quatuor Codd. *Compellare.*—682 Med. *Celaret vult.* Boschianus *relaret,* et sic Mss. Bersm. tert. Med. *velasset.*—684 Gron. *ne commissa.*—685 Plurimi etiam hic, ut supra 679. *nomen patriæque.*—687 Heins. mallet *At nondum,* vel *En.*—689 *Eminet* meliores, teste Heins. alii *Imminet.* Bas. *et lato:*

NOTÆ

stro objiciendam responderat: quod quidem jam, non sine causa, Poëtæ injustum videtur, cum mater, non filia, in culpa fuisset.

674 *Trahit inscius*] Andromedan, nescius quæ esset, amavit.

684 *Sua ne*] Atque adeo ipsa sibi conscia videretur.

688 *Bellua*] Cujus ossa Romam ex oppido Judææ Joppe allata ostendit M. Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantes excedente, spinæ crassitudine sesquipedali; ut Plinius et Solinus referunt.

Conclamat virgo: genitor lugubris, et amens
Mater adest; ambo miseri, sed justius illa.
Nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus,
Plangoremque ferunt: vinctoque in corpore adhærent.
Cum sic hospes ait: Lacrymarum longa manere
Tempora vos poterunt: ad opem brevis hora ferendam est.
Hanc ego si peterem Perseus Jove natus, et illa,
Quam clausam implevit fœcundo Jupiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perseus superator, et alis
Æthereis ausus jactatis ire per auras;
Præferrer cunctis certe gener. Addere tantis
Dotibus et meritum (faveant modo numina) tento.
Ut mea sit, servata mea virtute, paciscor.
Accipiunt legem, (quis enim dubitaret?) et orant,
Promittuntque super regnum dotale, parentes.
Ecce velut navis, præfixo concita rostro,
Sulcat aquas, juvenum sudantibus acta lacertis;
Sic fera, dimotis impulsu pectoris undis,
Tantum aberat scopulis, quantum Balearica torto

Puella exclamat: pater tristis, et mater insana præsens est, uterque miseri, sed æquius illa. Neque opem ferunt secum, sed lacrymas congruas tempestati, et planctus; et connectuntur corpori religato. Cum sic hospes loquitur: Poterit vobis longum dari spatium flendi; exigua est mora ad opem præstandam. Si ego Perseus Jovis filius, atque ejus quam inclusam Jupiter gravidam fecit auro fœcundo, Perseus victor Gorgonis anguicomæ, nec veritus iter facere per aërem alis agitatis, si inquam istam poscerem in matrimonium, anteponerem ne gener sine dubio cunctis? Conor cumulare tantas dotes etiam beneficio, modo Dii annuant. Transigo ut mea sit defensa mea fortitudine. Probant conditionem, (quis enim abnueret?) et parentes precantur, et pollicentur insuper regnum dotale. Ecce, sicuti velox navis findit aquas rostro præfixo, impulsa brachiis sudantibus juvenum, sic bellua, aquis repulsis motu pectoris, tantum distabat a rupe, quantum funda

---

Unus Leid. *largum s. p. personat:* Bonon. etiam *deprimit æquor.*—690 *Amens* pr. Bas. et quatuor alii; vulg. *una.*—692 Heins. conj. *nisi dignos.* In uno Ciofani *dign. pecture.*—693 Cant. et tres alii *junctoque in corpore;* Lov. pro div. lect. *junctique.*—694 Alii *Tum sic.* Menardi Cod. *longa tenere.*—695 Vett. plerique *ferenda est.* Heins. conj. *at opi brevis hora ferendæ est.*—697 Nonnulli *Quum quondam:* Heins. malit *Quam lusam.*—698 Unus Gron. et pr. Bas. *Gorg. anguigenæ.*—699 Berolin. *Æthereas.* –703 Heins. malebat *quid enim dubitetur?*—708 In nonnullis *quantum balearia. Tortum F. p. p. medio trans-*

NOTÆ

691 *Illa*] Danaë, scilicet, Persei matre, de qua supra. Optime vero sese ignotus, et brevissima oratione, utpote monstro et tempore urgente, commendat Perseus.

708 *Scopulis*] Illis, scilicet, quibus

Funda potest plumbo medii transmittere cœli:
Cum subito juvenis, pedibus tellure repulsa,
Arduus in nubes abiit. Ut in æquore summo
Umbra viri visa est, visam fera sævit in umbram.
Utque Jovis præpes, vacuo cum vidit in arvo
Præbentem Phœbo liventia terga draconem,
Occupat aversum: neu sæva retorqueat ora;
Squamigeris avidos figit cervicibus ungues.
Sic celeri fissum præceps per inane volatu
Terga feræ pressit: dextroque frementis in armo
Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo.
Vulnere læsa gravi modo se sublimis in auras
Attollit: modo subdit aquis: modo more ferocis
Versat apri, quem turba canum circumsona terret.
Ille avidos morsus velocibus effugit alis:
Quaque patent, nunc terga cavis super obsita conchis,

Balearica plumbo circumacto potest transgredi medii aëris; cum repente juvenis, terra repressa pedibus, sublimis exsiliit in aërem. Cum umbra viri conspecta est in supremo mari, bellua furit in umbram conspectam. Et sicut Jovis ales, cum intuitus est serpentem obrertentem subnigrum dorsum soli, in vasto agro, corripit aversum; et ne reflectat fera ora, immittit acres ungues collo squamifero: sic velox Inachides præcipiti volatu per aërem divisum irruit in dorsum belluæ, et condidit ensem in armo dextro furentis capulo tenus. Alte vulnerata, interdum se excelsa erigit in aërem, interdum mergitur aquis; interdum versatur in modum asperi apri, quem multitudo allatrantium canum tremefacit. Ille vitat morsus asperos citis alis; et modo lædit recurvo gladio dorsum tectum testis cavis, qua apertum est, modo

---

mittere cælo N. Menardi et quatuor, nisi quod *medii cæli* nonnulli: *torti F. p. plumbi medio tr. cælo* unus: *dimittere* duo: *transcurrere* unus.—711 Plurimi scripti et Edd. *Et in æq.* Mss. Bersm. *abit hinc et in æq.*—714 Urbin. et septem alii *lucentia terga.* Duo *colla draconem.*—715 *Aversum* Heins. ex melioribus Codd. vulg. *adversum.*—717 Vulg. *Sic celeri missus præceps.* Bonon. *summissus celeri:* Cant. *celer immisso;* Leid. *celer immissus:* Leid. et Gron. *magnum præpes per.* optimus Thuan. *præceps missum:* unde omnino Heins. *Sic celeri præpes fissum per.*—721 Thuan. *mergit aquis.*—724 Multi *Quaque patet.*—726 Heins.

NOTÆ

religata Andromeda.

Balearica] A Balearium insularum, Hispaniæ in Mediterraneo mari objectarum, incolis, qui peritissimi habiti funditores.

Torto] In orbem acto: qui mos est funditorum.

713 *Præpes*] Aquilam dicit, Jovis alitem, serpentibus, uti quidem volunt, maxime infestam.

717 *Præceps*] Lego *præpes;* id est, velociter, opportune, et facili lapsu ex superiori loco involans.

719 *Inachides*] Perseus Argivus ab Inacho prisco Argivorum rege, quibus Acrisius avus imperabat, sic dictus.

724 *Conchis*] Ea voce usus, ut

Nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda
Desinit in piscem, falcato verberat ense.
Bellua pœniceo mixtos cum sanguine fluctus
Ore vomit. Maduere graves aspergine pennæ.
Nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus
Credere, conspexit scopulum: qui vertice summo
Stantibus exit aquis, operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupisque tenens juga prima sinistra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plausu clamor superasque Deorum
Implevere domos. Gaudent, generumque salutant,
Auxiliumque, domus servatoremque fatentur
Cassiope, Cepheusque pater. Resoluta catenis
Incedit virgo, pretiumque et causa laboris.
Ipse manus hausta victrices abluit unda:
Anguiferumque caput dura ne lædat arena,
Mollit humum foliis: natasque sub æquore virgas
Sternit, et imponit Phorcynidos ora Medusæ.

costas laterum, modo qua cauda subtilior terminatur in piscem. Fera exspuit ore rubente undas mistas cum sanguine. Pennæ irroratæ fuerunt graves respersione. Atque Perseus non ausus amplius confidere talaribus madidis, intuitus est saxum, quod eminet supremo cacumine, aquis tranquillis, tegitur a mari agitato. Stans eo, et apprehendens supremum cacumen saxi sinistra, ter quaterque feræ repetita ilia ense transegit. Vociferatio cum applausu impleverunt littora, et supremas domos Deorum: Cassiope et pater Cepheus lætantur, et salutant generum, et agnoscunt columen et serratorem domus. Puella liberata vinculis exspatiatur præmium et causa laboris. Ipse lavat manus victrices aqua sumta: et sternit terram frondibus, ne caput anguiferum prematur nuda glarea; et supponit virgas natas in mari,

in pristem; Gronovius, *in pristin.*—726 *Verberat* N. Cant. sec. Med. Spirensis, pr. Erfurt. et quatuor alii; vulg. *vulnerat.*—727 Alii *Bellua puniceo.*—728 Bonon. *maduere leves.*—730 Unus Leid. *conscendit scopulum.*—731 *Exit* Med. alii *extat.* Multi etiam Codd. *æquore rapto;* Gron. *summo.*—732 Med. unus *Tutus eo;* alter, et duo alii, *Nisus.* Nonnulli *prima sinistræ.*—734 *Plausu* Cod. Constant. Fanens. vulgo *plausus.*—736 Quidam *salvatoremque;* Thuan. *formatoremque.*—740 Quidam *nuda,* quod Heins. prætulerat. Sed Burm. revocavit *dura,* quod melius respondet τοῖς *lædere* et *mollire.*—742 Malebat

NOTÆ

squamarum indicet duritiem.

730 *Scopulum*] Opportunus esset nimium, nisi superius non longe a scopulis et littore abfuisse belluam monuisset.

740 *Lædat*] Cavit Perseus, ne arena nuda læderetur caput Medusæ, foliis substratis.

742 *Phorcynidos*] Phorci filiæ.

Virga recens, bibulaque etiamnum viva medulla,
Vim rapuit monstri, tactuque induruit hujus:
Percepitque novum ramis et fronde rigorem.
At pelagi Nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, et idem contingere gaudent:
Seminaque ex illis iterant jactata per undas.
Nunc quoque curaliis eadem natura remansit,
Duritiem tacto capiant ut ab aëre; quodque
Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum.

Fab. XX. Medusæ crines in Serpentes.

Medusa Gorgo cum propter pulchritudinem a pluribus peteretur, conjugium Neptuni effugere non potuit. Quæ quod in templo Minervæ cum eo concubuit, propter religionem loci, quam obtriverat, crines ejus in serpentes ab eadem Dea sunt mutati, ut quæ petita initio a plurimis procis esset, objecta deformitate obvios in fugam verteret. Quos serpentes in ægide portat Pallas, ut hostes terreat.

Dis tribus ille focos totidem de cespite ponit;
Lævum Mercurio, dextrum tibi, bellica virgo;

et imponit caput Medusæ Phorcynidos. Virga recens atque etiam viva traxit vim monstri medulla bibula, et diriguit hujus contactu; et accepit novam duritiem ramis et frondibus. At Nymphæ maris periculum faciunt facti mirabilis in pluribus virgis, et latantur idem evenire; et renovant ex illis semina sparsa per aquas. Nunc quoque eadem natura est curaliis, ut rigescant ab aëre tacto, et quod erat vimen in mari, lapidescat super mari.

xx. *Ille statuit tribus Diis totidem altaria de glebis, sinistrum Mercurio, dex-*

Heins. *sternit ut imponat.*—745 Cant. et sex alii *Præcepitque;* N. Urbin. et duo alii *Concepitque;* Lovan. *Accepitque.* Leid. duo *in fronde.*—746 Cant. *factum memorabile.*—748 Vett. multi *iterant;* alii *ut erant;* vel *ubi erant.*—749 In quibusdam *quoque curallis;* in aliis *coraliis,* vel *corallis.*—750 Berolin.

NOTÆ

744 *Monstri*] Medusæ capitis, scilicet, cui innata vis viventia pleraque indurandi.

745 *Percepit*] Ad coralii naturam alludit, quod in mari molle, extractum non multo post durescit.

748 *Seminaque*] Id est, Nymphæ pluribus virgis vim monstri gaudent experiri, ut cum illæ virgæ in coralium mutatæ fuerint, seminis loco illud idem per vastum mare propagent.

752 *Tribus*] Illis agit gratias numinibus quorum ope potissimum in mactando monstro usus fuerat.

753 *Lævum*] Quem medio honore

Ara Jovis media est. Mactatur vacca Minervæ,
Alipedi vitulus; taurus tibi, summe Deorum.
Protinus Andromedan, et tanti præmia facti
Indotata rapit. Tædas Hymenæus Amorque
Præcutiunt: largis satiantur odoribus ignes:
Sertaque dependent tectis: lotique, lyræque,
Tibiaque, et cantus, animi felicia læti
Argumenta, sonant: reseratis aurea valvis
Atria tota patent, pulchroque instructa paratu
Cephenis proceres ineunt convivia regis.
Postquam epulis functi generosi munere Bacchi
Diffudere animos; cultusque habitusque locorum
Quærit Abantiades; quærenti protinus unus
[Narrat Lyncides, moresque, habitusque virorum.]

trum tibi, virgo bellica; altare Jovis medium est. Junix immolatur Palladi; vitulus alipedi; taurus tibi, maxime Deorum. Continuo abripit Andromedan, et mercedem indotatam tanti facinoris. Hymenæus et Amor ante movet faces: foci implentur multis odoribus: et corollæ dependent tectis: et loti, et lyræ, et tibia, et cantus, indicia festivi animi, personant. Tota atria aurea, et ornata specioso apparatu, aperta sunt, foribus patentibus. Optimates Cepheni frequentant convivia regis. Postquam epulati essent *exhilararunt corda beneficio præstantissimi vini: et Abantiades sciscitatur ritus et mores locorum: continuo quidam Lyncides refert*

et alii *Duritiam*. In uno Ciofani *rapiant* pro *capiant*.—756 Quidam *Prot. Andromeden*. Heins. conj. *ut tanti*. Idem mox ex uno Gronov. et Barberino præfert *capit*.—758 *Præcutiunt* e Fl. S. Marci Heins. recepit: vulgo *præcipiunt*: alii *percutiunt, præcipitant, &c.*—759 *Lotique* debemus ingeniis Gronov. et Heins. cum corrupte legeretur *ubique*. Quod mendum senserunt et olim librarii; hinc alii correxerunt *citharæque*, alii *lituique*.—762 Pro *pulchroque* unus Med. *patrioque*, non improbante Heins. qui tamen malebat *lautoque*.—763 Heins. spurium judicabat h. vs. dicendum enim fuisse *Cephenum* aut *Cephenes*. Et multi Codd. habent *Cephenum*. Gronov. *Cephei*.—765-767 In

NOTÆ

proximum scripsit Lipsius.

756 *Tanti facti*] De monstri occisione loquitur.

757 *Indotata*] Quæ sine dote poposcerat, ut virum fortem, atque adeo heroëm, decuit.

Tædas] Quas nuptiis adhibere solebant, ut jam toties vidimus; quæque adeo pro ipsis summi solitæ.

Hymenæus] Deus, de quo jam toties, quem in nuptiis appellare solebant.

758 *Largis*] Non sine sacrificiis, scilicet, nuptiarum cærimoniæ absolvebantur.

759 *Lotique*] Id est, tibiæ ex loto frutice, de quo in Amoribus: quanquam mallem *citharæ*, quod in quibusdam reperitur, nisi Heinsio et Gronovio viris clarissimis aliter videretur.

765 *Diffudere*] Id est, Cor dilataverunt, exhilararunt; nam lætitiæ auctor Bacchus, qui curis aut mœstitia contractum resolvit.

767 *Lyncides*] Lyncei filius, nisi

Quæ simul edocuit, Nunc, o fortissime, dixit,
Fare precor, Perseu, quanta virtute, quibusque
Artibus abstuleris crinita draconibus ora.
Narrat Agenorides, gelido sub Atlante jacentem
Esse locum, solidæ tutum munimine molis:
Cujus in introitu geminas habitasse sorores
Phorcydas, unius partitas luminis usum:
Id se solerti furtim, dum traditur, astu
Supposita cepisse manu: perque abdita longe,

sciscitanti ritus et mores hominum. Quæ statim atque enarravit, Nunc, inquit, o strenuissime Perseu, narra, quæso, quanta fortitudine, et quibus dolis abripueris caput serpentibus hispidum. Abantiades memorat, locum esse porrectum sub frigido Atlante securum septo vasti muri: in cujus ingressu sedem habuisse duas sorores Phorcydas, partitas usum unius oculi: se eum corripuisse clanculum callido dolo, manu submissa, dum porrigitur; et subiisse sedes Gorgoneas per loca *longe semota,*

---

his magna lect. varietas. Pro *locorum* Ciofan. ex duobus notavit *virorum*. Vicissim mox pro *virorum* quidam *locorum*. A Bernegg. primo Mor. secundo Med. Spirensi et duobus aliis absunt verba *quærenti prot. un. Narrat Lyncides*. Nonnulli ex vetustioribus priorem vers. totum omittunt. Schedæ Theat. et tertius Med. *Quærit Lyncides moresque habitumque virorum*. Mitto reliquas varietates. Heins. triplicem emendationem proposuit. *Diff. an. quærenti protinus unus Narrat Abantiadæ cultusque habitumve locorum:* aut sic, *Dif. an. cultusque habitumque loc. Quærit Abantiades. Quærenti prodidit unus. Quæ simul, &c.* Aut denique sic, *Quærentem protinus unus Quæ simul*. Faber vs. 765. intactum relinquit, sed vs. 67. legit vel *cultusque genusque locorum*, vel *moremque* (scil. cœli) *habitumque locorum*. Schirach. denique emendat vs. 67. *cultusque habitusque locorum*.—769 Heins. conj. *qua tu virtute*. Heins. emend. *Pers. qua tu virt.*— 770 Unus Leid. *Art. attuleris*. Quidam pro *crinita* habent *pinnita;* Lovan. *cristata*. Mycillus, *criniti terga*, et Thuan. *criniti colla, draconis.*— 771 Alii *Narr. Abantiades;* Mss. Bersm. *Atlantiades;* sed meliores, teste Heins. *Agenorides.*—772 Mss. Bersm. *solidum tutæ mun*. Alter Hamburg. *septum mun.*—773 Pr. Gron. unus Pal. et duo alii *habuisse sorores.*—774 Heins.

NOTÆ

nomen est proprium. Sed locus est procul dubio corruptus, de quo videsis clariss. Heinsii castigationem accuratam, si tanti est.

770 *Ora*] Medusæ caput serpentibus horridum, ut supra vidimus.

774 *Phorcydas*] Gorgonas dicit Pephredo et Enyo, quibus addunt nonnulli Dino, Phorci filias, quas, quod canæ natæ fuerint, *Græas* vocitaverunt, quarum sorores fuerunt aliæ Medusa, Sthenio, et Euryale. De quibus monstris consulere non pœnitebit Natalis Comitis Mythologiam, præsertim Palæphatum, itemque Apollodorum.

Unius luminis] Oculi, quo per vices utebantur: atque equidem eum consiliarium volunt fuisse, qui fabulam ad historiam referunt; prudentiam vero, (qua opus potissimum ad negotia externa) qui ad mores,

Deviaque, et sylvis horrentia saxa fragosis
Gorgoneas tetigisse domos: passimque per agros,
Perque vias vidisse hominum simulacra, ferarumque,
In silicem ex ipsis visa conversa Medusa:
Se tamen horrendæ clypei, quod læva gerebat,
Ære repercusso formam aspexisse Medusæ:
Dumque gravis somnus colubrasque ipsamque tenebat,
Eripuisse caput collo: pennisque fugacem
Pegason, et fratrem, matris de sanguine natos.
Addidit et longi non falsa pericula cursus:
Quæ freta, quas terras sub se vidisset ab alto:
Et quæ jactatis tetigisset sidera pennis.
Ante expectatum tacuit tamen. Excipit unus
E numero procerum, quærens, cur sola sororum

et devia, et rupes horridas sylvis sonoris: et invenisse hinc inde per campos et per vias imagines virorum et belluarum mutatas ex ipsis in saxa, conspecta Medusa: se tamen vidisse speciem terribilis Medusæ ære reflexo clypei, quem ferebat sinistra: et dum sopor altus haberet et ipsam et serpentes, abstulisse caput collo: et Pegason celerem pennis, et fratrem Chrysaorem *genitos de sanguine matris. Adjecit etiam non ficta discrimina prolixi itineris; quæ maria, quas terras intuitus esset sub se ab excelso cœlo; et quibus sideribus admotus fuisset pennis agitatis. Siluit tamen citius quam desideraretur. Unus ex primoribus interrogat, exquirens, quamobrem*

---

ex melioribus dedit *partitas;* vulg. *sortitas.*—777 Bernegg. Spirensis, Arund. et octo alii *arentia saxa.*—779 Berolin. *ferarum,* omissa copula.—781 Plurimi Codd. *quem læva;* et ita Edd.—782 Quidam *Ore repercusso;* Heins. conj. *orbe.* Jun. *form. aspectasse.*—783 Multi edd. *colubrosque. Teneret* etiam Leid. et Bersm. Codd.—784 Heins. conj. *Exsecuisse,* vel *Præsecuisse caput.*—785 Quidam *et fontem matris;* in quibusdam vett. *et fratres matris;* et, *de sanguine*

NOTÆ

778 *Gorgoneas*] In quibus Medusa, Sthenio, et Euryale degebant. Jam nonni: consulendus omnino Natalis Comes, qui hanc fabulam egregie ad mores accommodat.

782 *Ære repercusso*] Ne si ipsam Medusam sine clypeo, quo speculi loco usus est, incaute aspexisset, in saxum obriguisset. Non sunt voluptates sine sapientiæ clypeo et speculo adeundæ, quo earum serpens venenum cognoscitur et evitatur.

785 *Pegason*] Equus fuit alatus, quem cum Chrysaore fratre, homine quidem, si Diis placet, ex Medusæ sanguine in terram delapso, ad fontes Oceani, a quibus nomen, natum voluerunt.

786 *Non falsa*] Quippe fugientem persecutæ sunt Sthenio et Euryale alatæ, manibusque ferreis a natura instructæ: sed illum Plutonis obscura galea, quam circum nox plurima, protexit.

789 *Ante expectatum*] Ut hinc gratissimam credas fuisse Persei orationem.

Gesserit alternis immixtos crinibus angues.
Hospes ait, Quoniam scitaris digna relatu,
Accipe quæsiti causam. Clarissima forma,
Multorumque fuit spes invidiosa procorum
Illa: nec in tota conspectior ulla capillis
Pars fuit. Inveni, qui se vidisse referret.
Hanc pelagi rector templo vitiasse Minervæ
Dicitur. Aversa est, et castos ægide vultus
Nata Jovis texit. Neve hoc impune fuisset,
Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros.
Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hostes,
Pectore in adverso, quos fecit, sustinet angues.

sola sororum habuerit serpentes immistos pilis alternis. Hospes, inquit, quandoquidem petis digna memorari; habe rationem postulati. Illa fuit insignis pulchritudine, et spes invidiosa multorum procorum; neque pars ulla fuit speciosior in illa *tota crinibus. Vidi qui dicerent se aspexisse. Deus maris dicitur hanc violasse in templo Minervæ. Filia Jovis sese avertit, et operuit pudicum os ægide: et ne hoc fuisset inultum, vertit comam Gorgonis in horrendos serpentes. Nunc etiam, ut tremefaciat hostes stupidos, gerit in pectore opposito serpentes quos produxit.*

---

matris.—790 Alii *una sororum.*—791 Cant. et sex alii *alternos imm.* quidam *immixtas:* N. *immissos;* unus Voss. *immissas.*—792 Voss. et Gron. *Quon. scrutaris.*—794 Alii *spes insidiosa.*—796 Quatuor Codd. *vidisse referret.* Faber legit *vidi, et qui se vidisse referrent;* unde Francius refingebat *Pars fuerat, vidi qui.*—797 Jun. *templo violasse;* et ita Bersm. libri, et quinque alii.—799 Unus Heins. *impune fecisset;* unde ille *tulisset.*—800 Menardi Cod. *varios* pro *turpes;* et sec. Med. et N. *terreat hydras.*

NOTÆ

799 *Nata Jovis*] Pallas, scilicet.
801 *Nunc quoque*] Jam diximus supra Medusæ caput Minervæ scuto aptatum, quo hostes in saxa transformet.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER V.

Fab. I. Phineus et socii ejus in Saxum.

Andromedam Cephei et Cassiopes filiam, in Æthiopia propositam belluæ marinæ, Perseus Jovis et Danaës filius, Medusæ Gorgonis caput ferens, paciscitur conjugem, si eam periculo liberasset. Causa autem prostituendæ extiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini mater se prætulerat. Perfecto igitur a Perseo pollicito, cum fides a Cepheo promissa esset præstita, et nuptiarum conjugalium epulis regalibus principes interessent, Phineus frater, cui Andromeda ante desponsata fuerat, contumeliam sibi existimans gravissimam injunctam, quod advenæ consanguineus postpositus esset; vescentium animos pugna confudit. Et cum res miserabilis dimicantium ageretur in regia, ac multi ex utraque parte armis, quæ casus obtulisset, cecidissent, novissime Perseus adversariorum multitudinem pertimens, imperavit ut e conspectu sui discederent, caputque Gorgonis extulit: quo viso, Phineus cum auxiliantibus diriguit in saxum. Nomina autem eorum qui cecidere; Rhœtus, Atys, Lycabas, Phorbas, Amphimedon, Erithus, Polydæmon, Abaris, Lycetus, Elyces, Phlegyas, Clytus, Idas, Clymenus, Protenor, Hypseus, Lyncides, Emathion, Chromis, Broteas, Ammon, Ampycus, Iapetides, Pettalus, Lycormas, Pelates, Corythus, Abas, Menalcus, Dorylas, Halcyoneus, Clytius, Clanis, Celadon, Astreus, Æthion, Thoactes, Agyrtes, Molpeus, Ethemon. In lapides autem versi sunt, Thescelus, Ampyx, Nileus, Eryx, et Astyages. Aconteus autem Persei miles, dum per imprudentiam dimicans prospicit Gorgonis speciem,

proinde in lapidem cessit. Novissime Phineus cum ducentis aliis sociis diriguit in saxum.

Dumque ea Cephenum medio Danaëius heros
Agmine commemorat; fremitu regalia turbæ
Atria complentur: nec conjugialia festa
Qui canat, est clamor; sed qui fera nuntiet arma.
Inque repentinos convivia versa tumultus
Assimulare freto possis: quod sæva quietum
Ventorum rabies motis exasperat undis.
Primus in his Phineus, belli temerarius auctor,
Fraxineam quatiens æratæ cuspidis hastam;
En, ait, en adsum præreptæ conjugis ultor.
Nec mihi te pennæ, nec falsum versus in aurum
Jupiter, eripient. Conanti mittere Cepheus,
Quid facis? exclamat: quæ te, germane, furentem
Mens agit in facinus? meritisne hæc gratia tantis

Et dum heros Danaëius ea refert in medio cœtu Cephenum, atria regia implentur turba furente: neque vociferatio est quæ indicet festa connubialia; sed quæ ferat sæva arma. Atque liceat comparare convivia mutata in subitos tumultus, mari, quod tranquillum terribilis impetus ventorum turbat atque eruit *undis agitatis. Inter hos prior Phineus, inconsideratus excitator tumultus, agitans hastam fraxineam mucrone ærato, Ecce, inquit, ecce hic sum vindex ante ablatæ uxoris. Neque alæ, neque Jupiter mutatus in fictum aurum eripiet te mihi. Cepheus exclamat tentanti jacere, Quid agis? quis animus trudit in flagitium te vesanum, o frater? An hæc gratia refertur tantis beneficiis? Compensasne hac dote vitam servatæ? quam, si veri-*

---

3 *Conjugalia* tuentur Regius et Turneb. XIII. 21. *conjugialia*, quod Nanger. suasit, et repertum est in prim. Pal. secundo V. priore Erfurt. et sex aliis, etiam metri causa recepit Heins. Alii, ut unus Bas. et Calandræ Exc. *connubialia*.—7 In uno R. *rab. nigris*.—10 Leid. unus *An, ait, an uds*.—12 *Eripient* unus Gron. alii *eripiet*.—13 Heins. vel invitis membranis legendum censet

NOTÆ

1 *Danaëius*] Danaës filius; Perseus, de quo supra.

2 *Regalia*] Cephei, scilicet, Æthiopum regis.

8 *Phineus*] Hic Cephei fuit frater, cui desponsata Andromeda, antequam ceto exponeretur. Fuit et alius celeberrimus Argonautarum hospes, de quo postea videbimus.

10 *Præreptæ*] Andromedæ, scilicet, quam quidem stulte veluti suam reposcebat Phineus, postquam a Perseo monstro atque adeo certissimæ morti erepta esset.

11 *Falsum*] Spurium innuit fuisse Perseum, qui matris crimini falso Jovis nomen obtenderet.

12 *Mittere*] Hastam scilicet, qua Perseum occideret.

14 *Meritisne*] Persei, intellige, qui Andromedan liberaverat, ut supra vidimus.

Redditur? hac vitam servatæ dote rependis? 15
Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit:
Sed grave Nereidum numen, sed corniger Ammon,
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponto
Exsaturanda meis. Illo tibi tempore rapta est,
Quo peritura fuit. Nisi si, crudelis, id ipsum 20
Exigis, ut pereat: luctuque levabere nostro.
Scilicet haud satis est, quod, te spectante, revincta est;
Et nullam quod opem patruus sponsusve tulisti:
Insuper, a quoquam quod sit servata, dolebis;
Præmiaque eripies? quæ si tibi magna videntur; 25
Ex illis scopulis, ubi erant affixa, petisses:
Nunc sine, qui petiit, per quem non orba senectus,
Ferre, quod et meritis et voce est pactus: eumque

tatem amas, non Perseus tibi præripuit; sed infensa potestas Nereidum, sed Ammon corniger, sed fera maris, quæ aderat explenda meis præcordiis. Tibi ablata est illo tempore, quo fuit interitura: nisi si idipsum petis, ut intereat, crudelis; et solatium habebis ex luctu nostro. Nimirum parum est, quod religata est te intuente, et quod patruus et sponsus nullum auxilium præbuisti: grave tibi erit insuper quod sit servata a quoquam; et auferes mercedem? quam, si tibi ampla videtur, debuisses quærere ex illis rupibus, ubi erat posita: jam omitte habere qui quæsivit, per quem senectus mea *non est destituta, quam pactus est et beneficiis et sermone: et eum*

quod te.—15 *Servatæ* Ald. Joannis, et Abbatis: liber Ursin. *servanti;* vulg. *servatam.*—18 *Ponto* plerique Codd. alii *ponti*, quod et Quintilianus citat.—19 Leid. et duo alii *tempore ademta est.*—20 Mss. Bersm. et quinque Codd. *nisi tu, crud. utrumque;* ita et Heidelb.—21 Berolin. *luctu*, omissa copula.—23 Bersm. edidit *Et nulla*, scil. parte, aut re.—25 Leid. Jun. et duo alii *Præmiare:* Thysii et Arg. *Præmiane.*—26 *Ex ipsis* quinque libri et Mss. Bersm. Voss. et unus Med. *Ex illis ubi erat scopulis: erat* etiam multi. *Confixa* quoque Urbinas; *religata* Thuan.—27 *Hinc sine* in nonnullis, quod rectius videtur Heins. Alii etiam *per quem hæc non orba;* Heinsius auctoritate sec. Pal.

NOTÆ

15 *Hac vitam*] Fratrem damnat, qui, pro vitæ auxilio Andromedæ allato, Perseo mortem præmium offert.

17 *Nereidum*] Quæ, ut supra dictum, propter formam a Cassiopea spretam, monstrum a Neptuno immiserant, cui Cephei et Cassiopeæ prolem exponendam Jupiter Ammon responderat.

18 *Sed quæ*] Quia propter præsentissimum ab ea bellua periculum lubentissimo animo filiam liberandam petenti Perseo in matrimonium collocare coacti sunt parentes.

Visceribus] Sunt certe nati parentum suorum viscera. Sed emphasis est, quæ Cepheum excusat, quod alteri Phineo desponsatam puellam tradiderit.

22 *Scilicet*] Amara cum ironia fratri vecordiam objicit.

Non tibi, sed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contra: sed et hunc, et Persea vultu
Alterno spectans, petat hunc ignorat, an illum.
Cunctatusque brevi, contortam viribus hastam,
Quantas ira dabat, nequicquam in Persea misit.
Ut stetit illa toro; stratis tum denique Perseus
Exsiluit: teloque ferox inimica remisso
Pectora rupisset; nisi post altaria Phineus
Isset: et (indignum) scelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit.
Qui postquam cecidit, ferrumque ex osse revulsum est,
Palpitat, et positas aspergit sanguine mensas.
Tum vero indomitas ardescit vulgus in iras:
Telaque conjiciunt: et sunt, qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. Sed limine tecti
Exierat Cepheus; testatus jusque, fidemque,
Hospitiique Deos, ea, se prohibente, moveri.

scias non tibi præpositum, sed morti indubitatæ. Ille nihil contra respondit: *sed hunc aspiciens et Perseum alternis oculis, nescit ictum intentet in hunc an in illum; et aliquantisper commoratus, intorsit frustra in Perseum hastam libratam viribus quantas ira suppeditabat. Postquam illa affixa est lecto, tum denique Perseus emicat ex mensa, et sævus aperuisset pectus inimicum jaculo remisso, nisi Phineus effugisset pone aram; et (indignum) altare servavit scelestum. Attamen mucro non inutilis infixus est fronti Rhœti; qui postquam prostratus est, et ferrum extractum est ex osse, tumuit humum, et inficit cruore mensas admotas. Tum vero cætera turba incenditur ira effreni, et simul mittunt jacula: et sunt qui dicant Cepheum debere mortem obire cum genero. Sed Cepheus prodierat extra limen domus, obtestatus et jus, et fidem, et Deos hospitales, ea incepta* esse *se invito. Minerva bel-*

Arund. aliorumque *hæc* delevit.—31 Mss. Bersm. *Alt. aspectans.*—34 *Ut* ex Ald. uno Ciofani, et Abb. Briantio, et alio quodam vet. vulg. *Et;* Cod. Menand. *Sed stetit.* Alii etiam *astitit;* unus *constitit;* Heins. olim *restitit.*—35 Alii *Exiliit.* Genev. *inim. retorto;* Bas. *repulso;* Lovan. *revulso.*—36 Vivian. *Pect. fregisset.*—39 Gron. *telumque.* Excerpt. Theatin. et sec. Med. et Arg. *ex hoste;* Genev. *ex fronte.*—40 *Palpitat* tert. Med. et multi alii meliores; vulg. *Calcitrat.*—42 *Telaque concutiunt* tres libri; *committunt* unus.—

NOTÆ

30 *Ille*] Phineus, scilicet; latronum, quales plurimi in magnis etiam urbibus grassantur, pravo quidem sed non minus solenni more, qui verberibus magis, quam verbis, quod prostraverunt, jus persequuntur.

34 *Stratis*] Lectis, in quibus cibum sumturi veteres discumbebant.

38 *Rhœti*] Qui Phinei socius fuit.

41 *Vulgus*] Quod Phineo aderat, scilicet.

45 *Hospitiique Deos*] Jovem hospi-

Bellica Pallas adest; et protegit ægide fratrem:
Datque animos. Erat Indus Athis, quem, flumine Gange
Edita, Limnate vitreis peperisse sub antris
Creditur, egregius forma: quam divite cultu
Augebat, bis adhuc octonis integer annis;
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum;
Et madidos myrrha curvum crinale capillos.
Ille quidem jaculo quamvis distantia misso
Figere doctus erat; sed tendere doctior arcus.
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite, qui media positus fumabat in aula,

lica intervenit, et defendit fratrem ægide: et incendit animos. Erat Athis Indus, quem Limnate orta fluvio Gange dicitur peperisse sub speluncis perspicuis, pulchritudine conspicuus; quam majorem faciebat ornatu splendido, florens ætate annis sedecim, tectus chlamyde Tyria quam fascia aurea circumdabat: aurea monilia decorabant collum, et currum crinale comam delibutam myrrha. Ille equidem didicerat attingere telo jaculato quantumvis remota; sed peritior erat *currare arcus. Perseus percussit* eum *curvantem quoque manu flexibilia cornua* arcus, *trunco, qui admotus fumabat in medio altari:*

47 Unus Leid. *flum. Gangi.*—48 *antris* pro *undis* agnoscunt primus Bas. et fragm. Zulichem. unde recepit Heins. In nomine *Limnate* variant Mss. Heins. scribendum censet *Limnatis*, ἀπὸ τῆς λίμνης. Sic apud Lacedæm. cultam esse *Limnatim* Dianam, sic dictam a Limnis oppido. Addit idem, posse et *Limnacias* legi, nam λιμναχίδας esse Nymphas palustres. Vulgo *Limniace*, et sic Fl. S. Marci, et pr. Pal. alii *Limnatie*, vel *Limniate*, vel *Limate*.—49 Pr. Bonon. et unus ex Vossianis *egreg. formam*.—50 R. unus et N. *adhuc octenis*.—51 Liber vet. *Tyriam chlamydem;* et sic Heidelb.—53 Pro *currum crinale* Thuan. O. Bernegg. *cohibebat mithra*, quod non contemnendum putat Burm. quia *mithra* Orientalium cultus, in primis mollium virorum erat. Addit, nescire se, an ita absolute ponere *crinale* soleant veteres.—55 Pro *doctior*, unus Gronov. *certior*, quod et ipsum rectum esse monet Burm. propter I. 519. —56 *Hunc quoque* Mss. Bersm.—57 Jun. et Gronov. unus Cod. *in aula;* alii

NOTÆ

talem præsertim, de quo Virgilius, ‘Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur,’ &c.

46 *Fratrem*] Perseum, scilicet, cujus ut et ipsius Palladis pater fuit Jupiter.

47 *Athis*] Unus ex Phinei sociis.

Gange] Qui fluvius est Indorum maximus.

48 *Limnate*] Nympha palustris, a palude, ἀπὸ τῆς λίμνης, Græce sic dicta.

Vitreis] Id est, vitri instar pellucidis.

51 *Tyriam*] Purpureo colore pretiosissimo; Tyro enim laudatissima purpura petebatur.

53 *Crinale*] Fascia aliqua cohibendis et ornandis crinibus.

56 *Cornua*] Pro arcu ipso lento et flexili.

Perculit; et fractis confudit in ossibus ora.
Hunc ubi laudatos jactantem in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas; junctissimus illi
Et comes, et veri non dissimulator amoris;
Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
Deploravit Athin; quos ille tetenderat, arcus
Arripit: et, Mecum tibi sint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato lætabere; quo plus
Invidiæ, quam laudis, habes. Hæc omnia nondum
Dixerat: emicuit nervo penetrabile telum:
Vitatumque, tamen sinuosa veste pependit.
Vertit in hunc harpen, spectatam cæde Medusæ,
Acrisioniades, adigitque in pectus. At ille
Jam moriens, oculis sub nocte natantibus atra,
Circumspexit Athin: seque acclinavit in illum:
Et tulit ad Manes junctæ solatia mortis.
Ecce Syenites, genitus Methione, Phorbas,
Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam,

et fœdavit vultus in ossibus contritis. Cum Lycabas Assyrius socius ejus amicitiæ derinctissimus, neque tegens sincerum amorem, eum *aspexit agitantem pulchram faciem in sanguine, postquam deflevit Athin efflantem vitam sub crudeli plaga, corripit arcus, quos ille sinuaverat; et, inquit, Tibi mecum pugnandum erit; neque diu gaudebis morte adolescentis, ex qua plus reportas odii quam gloriæ. Nondum hæc omnia absolverat, sagitta acuta emissa est nervo; et elusa, affixa est tamen amictui sinuoso. Filius Acrisii in hunc movet ensem falcatum insignem morte Medusæ, et immittit in pectus. At ille jam obiens, oculis fluctuantibus in caliginosa morte, circumspexit Athin; et se rejecit in illum; et tulit ad inferos consolationem sociæ necis. Ecce Phorbas Syenites ortus Methione, et Amphimedon Libys, cupidi certamen inire, ceciderant, lapsi in sanguine, quo*

---

in ara.—58 Nonnulli *Percutit, et.* Berolin. et alii *fract. confundit:* unus Med. ex melioribus, et prior Twisdenius *contundit;* in Græviano *contendit.*—59 Antiquus Cod. *Hunc ibi. Laudatos* Fl. S. Marci, Thuan. N. sec. Med. pr. V. et alii: ceteri *fœdatos.*—61 Thuan. pr. *It comes.*—62 Lovan. et Urbin. *acerbo funere.* Vivianus, *sub acerbi vulneris ictum.*—63 Berolin. hic et alias *Athim.*—64 In uno Ciofani *et Tecum mihi.*—65 Cant. Med. et Jun. *Nec longo.*—69 Plerique scripti *spectatam:* quidam tamen *fœdatam.* Edd. *madefactam.* Gronov. pro *cæde,* habet *corde;* et a m. sec. *morte.*—70 Urbinas *adicitque;* Leid. *figitque.*—73 Pro *Et tulit* Berolin. *Extulit.*—72 Duo Ciofani et alii

NOTÆ

74 *Syenites*] Syene, urbe Ægypti ad Nilum, oriundus. Optime vero hos omnes Patronymico aliquo, aut re quapiam distinguit, ne cum aliis cognominibus imperite confundantur.

75 *Libys*] Libya, Africæ provincia,

Sanguine, quo tellus late madefacta tepebat,
Conciderant lapsi: surgentibus obstitit ensis,
Alterius costis, jugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithon, cui lata bipennis
Telum erat, hamato Perseus petit ense: sed altis
Extantem signis, multæque in pondere massæ,
Ingentem manibus tollit cratera duabus;
Infregitque viro. Rutilum vomit ille cruorem:
Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
Inde Semiramio Polydæmona sanguine cretum
Caucasiumque Abarin, Sperchionidenque Lycetum,
Intonsumque comas Elycen, Phlegiamque, Clytumque
Sternit: et astructos morientum calcat acervos.
Nec Phineus ausus concurrere cominus hosti,
Intorquet jaculum: quod detulit error in Idan,
Expertem frustra belli, et neutra arma secutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea torvis,

humus late delibuta tepebat: gladius immissus jugulo Phorbantis, et *lateri alterius, prohibuit sese erigentes. At Perseus non invadit gladio intentato Erithon Actoriden, qui arma gerebat vastam bipennem; sed sumit utraque manu craterem maximum prominentem signis eminentibus, et magnæ molis in pondere, et mittit in virum. Ille eructat sanguinem rubrum, et resupinus plangit terram capite moribundo. Postea proterit Polydæmonem ortum sanguine Semiramio, et Abarin Caucasium, et Lycetum Sperchioniden, et Elycen gerentem capillos intonsos, et Phlegian, et Clytum: et premit pedibus cumulos coacervatos obeuntium. Neque Phineus ausus committere certamen propius cum hoste, vibrat telum, quod incerta manus detorsit in Idan, nequicquam immunem a bello, et neutrum certamen tuentem. Ille aspiciens oculis acerbis ferum Phineum, Quandoquidem, inquit, cogor in fac-*

seque inclinarit. Vulg. etiam *ad illum.*—74 In vett. legitur *Suenites.*—76 Berolin. *late tellus.*—78 Berolin. *Phorb. adaptus.*—79 Pro *Erithon*, alii scribunt *Eriton*, vel *Erycum.*—80 *Hamato* Lov. habet pro div. lect. unde Heins. recepit; frigidius enim ei, nec conveniens pugnantium ardori videbatur, quod ceteri habent, *admoto.*—81 Thuan. *magnæque.* Jun. *et pondere.*—83 Vulg. *Infligitq. viro:* quidam vero *Immisitq.* Arund. et Fr. opt. *Infringitq.* Græv. anus *Infregitq.* quod et placebat Heins. Ball. *Calidum vomit.* R. *vom. ore cruorem.*—85 Sæpe etiam scribitur *Polydegmona.*—86 Berolin. *Caucasium*, omissa copula.—87 Idem *Non tonsumq.*—88 Med. Thuan. et Fr. *astructos;* vulg. *exstructos;* multi vett. *exstinctos;* Grævianus *extentos.* Heins. conj. *et hinc*

NOTÆ

orimndus.

79 *Actoriden*] Actoris filium.

85 *Semiramio*] Semiramidis reginæ, de qua supra.

86 *Caucasium*] A Caucaso, Scythiæ monte.

91 *Expertem frustra*] Quia neutras secutus partes, telo tamen appetitus.

Quandoquidem in partes, ait, attrahor, accipe, Phineu,
Quem fecisti hostem; pensaque hoc vulnere vulnus.
Jamque remissurus tractum de corpore telum,
Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.
Hic quoque Cephenum post regem primus Odites
Ense jacet Clymeni: Protenora perculit Hypseus:
Hypsea Lyncides. Fuit et grandævus in illis
Emathion, æqui cultor, timidusque Deorum:
Quem quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat, et incessit, sceleratæque devovet arma.
Huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
Demetit ense caput; quod protinus incidit aræ:
Atque ibi semanimi verba execrantia lingua
Edidit, et medios animam expiravit in ignes.
Hinc gemini fratres, Broteasque et cæstibus Ammon
Invicti, vinci si possent cæstibus enses,
Phinea cecidere manu: Cererisque sacerdos
Ampycus, albenti velatus tempora vitta.

tiones, habeas hostem, quem parasti, Phineu; et compensa plagam hac plaga. Et jam remissurus jaculum revulsum ex corpore, cecidit collapsus in membra destituta sanguine. Hic etiam Odites secundus regi Cepheno prostratus est gladio Clymeni: Hypseus prosternit Protenorem; Lyncides Hypseum. Emathion senex fait etiam inter illos, fautor justitiæ, et vir pius; quem, quia senectus non sinit arma movere verbis certat; et damnat arma nefaria, et illis *male precatur. Chromis amputat caput huic complexo aras manibus trementibus, quod statim concidit in altare: atque ibi protulit voces detestantes lingua semivira, et efflavit spiritum in medios ignes. Deinde Broteas et Ammon, fratres gemelli invicti cæstibus, si gladii possent superari cæstibus, procubuerunt dextra Phinei, una cum Ampyco Cereris sa-*

---

stratos.—90 Berolin. *in Idam.*—93 *Attrahor* plurimi ex melioribus, teste Burm. vulg. *abstrahor.*—94 Unus Heins. *compensaque:* Mss. Bersm. *pensaq. hoc cum vulnere.*—95 Tert. Med. et alii *remiss. raptum.* Alii *de pectore,* vel *de vulnere, telum.* Quidam *de corpore ferrum.*—96 Voss. et Mss. Bersm. *Sang. defecto.* Idem Voss. *in armis.*—97 Alii *Tum quoque.*—98 Quinque vett. *perculit;* alii *percutit.*—101 *Quem* Thuan. et nonnulli alii; vulg. *Qui.*—102 R. *Bellat, et*...Multi vett. *devocat arma.*—104 Alii *Discutit,* vel, *Decutit ense.*—105 Multi *ibi semanimis.*—106 Gronov. *animam exhalavit;* alius Gronov.

NOTÆ

97 *Post regem*] Secundus a rege; dignitate seu auctoritate proximus.

103 *Amplexo*] Præsidii causa; qui mos veteribus, uti vel ex Bibliis notum.

107 *Cæstibus*] Erant cæstus chirothecæ ex corio bubulo, quibus plumbum assutum, ut pugnis certantes graviores ictus infligerent.

Tu quoque, Iapetide, non hos adhibendus in usus;
Sed qui, pacis opus, citharam cum voce moveres;
Jussus eras celebrare dapes, festumque canendo.
Cui procul astanti, plectrumque imbelle tenenti,
Pettalus, I, ridens, Stygiis cane cetera, dixit,
Manibus: et lævo mucronem tempore figit.
Concidit, et digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ: casuque canit miserabile carmen.
Non sinit hunc impune ferox cecidisse Lycormas:
Raptaque de dextro robusta repagula posti
Ossibus illidit mediæ cervicis: at ille
Procubuit terræ, mactati more juvenci.
Demere tentabat lævi quoque robora postis
Cinyphius Pelates: tentanti dextera fixa est
Cuspide Marmaridæ Corythi; lignoque cohæsit.

cerlote, circumdato tempora vitta candida. Tu etiam, Japetide, non admovendus ejusmodi occasionibus; sed qui pulsares citharam opus pacis cantando, jussus eras cohonestare convivium ludendo. Cui procul assistenti, et tractanti plectrum pacificum, Pettalus, ridens, Abi, inquit, canta reliqua Umbris inferis: et immittit cuspidem in sinistrum tempus. Procumbit, et ille pulsat digitis morientibus chordas lyræ, et forte canit carmen lugubre. Sævus Lycormas non patitur hunc procubuisse inultum: et impingit validum vectem avulsum ex dextro poste ossibus mediæ cervicis: at ille concidit in terram, sicuti juvencus mactatus. Pelates Cinyphius conabatur etiam revellere obicem sinistræ valvæ. Manus dextra transverberata est conanti mucrone Corythi Marmaridæ; et commissa est ligno. Abas transfixit la-

---

spiravit.—110 Alii *Amphycus;* Nangerius *Alphytus.*—111 Vulg. *ad usus.*—112 Heins. malit *Sed quo; quo* pro *ut.* Berol. *voce movendo.*—114. 115 Sic ed. Heins. Alii *proc. astantem...tenentem,* (Cant. et duo alii *moventem,*) *Pettalus irridens.*—116 Heins. conj. *pectore fig.*—118 Olim edeb. *casuque fuit.* Heins. ex melioribus, *canit.* Burm. in *casuque canit* cacophonon esse ratus suasit *fugit,* h. e. casu viri ad terram, et inde morte consecuta carmen aufugit et desiit.—119 Alii *Nec sin.* Unus Heins. *imp. ferus.*—120 Pro *dextro* Constantius habet *duro,* quod in nullo Cod. Burm. reperire poterat. *Posti* pro vulg. *poste* meliores, teste Heins.—121 In uno Cælest. *Oss. elisit;* in V. et aliis *immisit:* Thuan. *infixit;* Leid. *elidit.*—122 Heins. *terræ* ex melioribus; vulg. *terra.*—124 Alii *Cinipheus.* Berolin. *Cinyph. Pilates.*—125 Idem *Marmoridæ*

NOTÆ

111 *Hos*] Bellicos, scilicet.

114 *Plectrum*] Instrumentum quo lyra pulsatur.

117 *Retentat*] Iterum tangit, et denuo experitur.

120 *Repagula*] Vectem dicit, seu obicem, qui valvis solet apponi.

123 *Robora*] Vectem ex robore seu quercu durissima.

124 *Cinyphius*] A Cinypho, Africæ propriæ fluvio.

125 *Marmaridæ*] Marmari filii.

Hærenti latus hausit Abas: nec corruit ille;
Sed retinente manum moriens e poste pependit.
Sternitur et Melaneus, Perseia castra secutus,
Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri;
Dives agri Dorylas: quo non possederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris acervos.
Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum:
Letifer ille locus. Quem postquam vulneris auctor
Singultantem animam, et versantem lumina vidit
Bactrius Halcyoneus, Hoc, quod premis, inquit, habeto
De tot agris terræ: corpusque exsangue reliquit.
Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam
Ultor Abantiades: media quæ nare recepta
Cervice exacta est, in partesque eminet ambas.
Dumque manum Fortuna juvat; Clytiumque, Claninque,
Matre satos una, diverso vulnere fudit.
Nam Clytii per utrumque gravi librata lacerto
Fraxinus acta femur: jaculum Clanis ore momordit.

tus adhærenti: neque ille cadit; sed ille obiens pependit e poste retinente manum. Melaneus qui defenderat partes Persei cadit etiam; itemque Dorylas ditissimus agri Nasamoniaci, Dorylas dives agri, quo alter non possederat vastius, aut cogebat totidem cumulos frumenti. Jaculum vibratum adhæsit hujus obliquo inguini: illa pars mortifera. Quem cum Halcyoneus Bactrius auctor plagæ advertit emittentem animam, et torquentem oculos, Obtineas, inquit, hoc quod tegis de tot jugeris terræ; et deseruit corpus inane. Abantiades vindex immittit in hunc hastam avulsam de vulnere tepente; quæ inducta per mediam narem, prodiit cervice, et apparet ex utraque parte. Et fortuna favente manui, deturbat Clytium et Clanin genitos una matre diversa plaga. Nam jaculum adactum fero brachio transfixit femur utrum-

---

Corithi; alii etiam *Corithi*, vel *Coriti.*—127 In quibusdam *retin. manu.* Alii etiam *de poste.*—128 In Berolin. *Meneus* pro *Melaneus:* alii etiam *Menaleus.* —130 Alii *Dorilas.*—131 Jac. Gronov. pro *tollebat* conj. *cogebat:* Exc. Theatin. *tolerabat.* Multi vett. *thuris acerv.*—133 Heidelb. *vuln. actor.*—135 Alii legunt *Bactreus*, vel *Barceus*, vel *Bræteus.*—137 Jun. *medio de vuln.* nonnulli scripti *cal. de sanguine.* Unus etiam Cod. cum Bersm. *vuln. tractum.*—139 Berolin. *imminet am.*—140 Alii scribunt *Clanimque.*—142 Multi scripti *vibrata lac.*—

NOTÆ

126 *Latus hausit*] Sanguine vacuavit.

129 *Nasamoniaci*] Fuerunt Nasamones populi Libyæ, juxta Syrtes, naufragis admodum infesti, furto viventes.

135 *Bactrius*] A Bactris urbe, quæ Bactrianæ, regioni Indiæ conterminæ, nomen quoque dedit.

143 *Fraxinus*] Pro hasta ex fraxino, per metonymiam.

Occidit et Celadon Mendesius : occidit Astreus,
Matre Palæstina, dubio genitore creatus.
Æthionque sagax quondam ventura videre ;
Nunc ave deceptus falsa : regisque Thoactes
Armiger, et cæso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto superest : namque omnibus unum
Opprimere est animus. Conjurata undique pugnant
Agmina pro causa, meritum impugnante fidemque.
Hac pro parte socer frustra pius, et nova conjux,
Cum genitrice, favent, ululatuque atria complent.
Sed sonus armorum superat, gemitusque cadentum :
Pollutosque semel multo Bellona Penates
Sanguine perfundit ; renovataque prælia miscet.
Circueunt unum Phineus, et mille secuti
Phinea. Tela volant hyberna grandine plura

que Clytii ; Clanis recepit hastam ore. Celadon Mendesius etiam procubuit : Astreus natus *matre Palæstina, ortus patre incerto, procubuit : Æthion etiam, olim callidus cognoscere futura, nunc delusus ave mendaci ; et Thoactes armiger regis, et Agyrtes famosus patre interfecto. Supersunt tamen plures quam sustulit : namque consilium est omnium tollere unum : turba conjurata certant undique pro causa lædente meritum et fidem. Socer nequicquam pius, et recens nupta cum matre, stant ab hac parte, et implent aulas clamoribus. Verum strepitus armorum et gemitus morientium vincit : et Bellona imbuit multo cruore domum semel infectam ; et auget certamina renovata. Phineus atque mille secuti Phineum claudunt unum :*

144 Alii *Cel. Mindesius*, vel *Myndesius*.—145 Heidelb. *dub. quoque patre creat.*—146 Alii *Ethionque*, vel *Echionq.*—147 Heins. *Nunc* pro vulg. *Tunc* ex melioribus. Quidam *regisq. Thoastes*, vel *Choristes ;* Berolin. *Thoaptus*.—150 Pro *conjurata* Heins. malit *juratuque. Certant* est ex Med. N. et Urbin. vulg. *pugnant*.—155 Heins. emend. *semel ;* vulg. *simul*.—156 Heidelb. *Sang. perfudit*.—

NOTÆ

144 *Mendesius*] Fuit Mendes urbs Ægypti, ubi Pana et hircos coluerunt, de qua Plinius ; unde hic Celadon nomen videtur habuisse.

145 *Palæstina*] Palæstina, Syriæ regione, oriunda.

Dubio genitore] Adeoque spurius.

147 *Deceptus*] Quia instans fatum non præviderat hoc dixit. Pari modo Virgil. de Rhamnete cæso augure, ‘ Sed non augurio potuit depellere pestem.’

149 *Plus*] Hostium, scilicet, Perseo interficiendorum, quam adhuc mactavisset.

151 *Meritum*] Persei, intellige, qui Andromedan liberaverat, regisque fidem acceperat.

152 *Hac*] Persei, scilicet, cui perverse litem moverat Phineus.

155 *Bellona*] Belli Dea.

Præter utrumque latus, præterque et lumen et aures :
Applicat hinc humeros ad magnæ saxa columnæ :
Tutaque terga gerens, adversaque in agmina versus,
Sustinet instantes. Instabant parte sinistra
Chaonius Molpeus, dextra Nabathæus Ethemon.
Tigris ut, auditis diversa valle duorum
Exstimulata fame mugitibus armentorum,
Nescit utro potius ruat : et ruere ardet utroque :
Sic dubius Perseus, dextra lævane feratur,
Molpea trajecti summovit vulnere cruris ;
Contentusque fuga est. Neque enim dat tempus Ethemon ;
Sed furit : et, cupiens alto dare vulnera collo,
Non circumspectis exactum viribus ensem
Fregit : et extrema percussæ parte columnæ
Lamina dissiluit ; dominique in gutture fixa est.
Non tamen ad letum causas satis illa valentes

plura jacula grandine hyemali volant ab utroque latere, et præter aures et oculos. Dein admovet humeros ad molem vastæ columnæ ; et tutus a tergo, et conversus in turbam hostilem, stat contra urgentes. Molpeus Chaonius a lævo latere, Ethemon Nabathæus a dextro premebant. Quemadmodum tigris pressa fame dubitat utro prius impetum faciat, auditis mugitibus duorum armentorum diversa valle, et flagrat impetum facere utroque ; sic incertus Perseus ruatne dextra aut sinistra, sustulit Molpeum plaga cruris transfixi : et contentus est fuga : neque vero Ethemon spatium concedit : et furit ; et intendens infligere plagam excelso collo, fregit gladium impactum viribus incautis : et lamina disjecta est ultima parte columnæ ictæ ; et adhæsit jugulo domini. Illud tamen vulnus non fuit causa satis potens

159 Tres scripti *Propter utr.*—160 *Hinc* Arg. sec. Med. et alii ; vulg. *hic.*—162 *Instabant* pr. Bas. et unus Med. alii *instabat.*—164 Sec. Thuan. *in valle.*—169 Opt. Fl. *fugæ.*—170 Schepperus mallet *Sed ferit.*—171 Pro *exactum* alii *extractum*, vel *exhaustum*, vel *agitatum.*—172 Douza *Freg. in extr.* et ita Bersm. ed. Nescit Burm. annon rectius *extremæ percussa*, quod in sex libris.

NOTÆ

163 *Chaonius*] Sunt Chaoni populi Arabibus contermini, de quibus Plinius : Chaones Epiri populi. Jam vide utrum malis, corruptamne lectionem dicas, anne Poëtam Græculum hominem ad hanc pugnam arcessisse credas.

Nabathæus] Ex Nabathæa, felicis Arabiæ regione, oriundus.

169 *Contentus*] Quia Perseum Ethemon urgebat, illi satis fuit quod Molpeus fugeret, cum alias non nisi peremtum dimisisset.

171 *Non circumspectis*] Cum incaute in Perseum irruisset Ethemon, non ipsum, sed columnam, cui astabat, attigit ; qua re fracta lamina.

Plaga dedit. Trepidum Perseus, et inermia frustra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi virtutem turbæ succumbere vidit,
Auxilium, Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
Dixit, ab hoste petam: vultus avertite vestros,
Si quis amicus adest: et Gorgonis extulit ora.
Quære alium, tua quem moveant miracula, dixit
Thescelus: utque manu jaculum fatale parabat
Mittere, in hoc hæsit signum de marmore gestu.
Proximus huic Ampyx animi plenissima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit: inque petendo
Dextera diriguit, nec citra mota, nec ultra.
At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo quoque flumina septem
Argento partim, partim cœlaverat auro,
Aspice, ait, Perseu, nostræ primordia gentis:
Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras,

ad mortem. Perseus transfixit acinace Cyllenio turbatum et porrigentem incassum lacertos vacuos. Verum, postquam Perseus advertit fortitudinem imparem esse ugmini, Siquidem vos sic impellitis, inquit, advocabo hostem in opem: si quis benevolus hic est, dimovete oculos vestros: et depromsit vultus Gorgonis. Quære alium, inquit Thescelus, quem tua monstra percellant; et cum vellet manu jacere telum mortiferum, constitit in hoc gestu statua de marmore. Ampyx proximus huic insurgit ense contra pectus plenissimum ingentis animi; atque insurgendo dextera obduruit, neque mota citra nec ultra. At Nileus, qui falso dixerat se ortum Nilo septemfluo, atque etiam insculpserat clypeo septem ostia Nili, *partim argento, partim auro, Vide, inquit, Perseu, initia nostri generis: portabis apud Manes quietos*

—175 Vulg. *et inertia;* duodecim scripti *inania.*—176 Tres libr. *Cyl. perfodit;* unus *percutit.*—177 Unus Heins. *turb. procumbere;* plurimi *succedere.*—178 Cant. *cog. ipse:* Heins. malebat *ipso.*—182 Vulg. *Thessalus;* at præstantiores, teste Heins. *Thescelus,* vel *Tescelus.* Cant. *utq. manus.* Plures libri scripti *fatule:* duo Med. et unus Bas. *ferale;* vulg. *letale.*—184 Alii scribunt *Ampix,* vel *Amphyx.*—186 Berolin. *Dext. dirigitur.* Pr. Med. et duo alii *nil citra.* Berolin. *ultra est.*—190 Argentor. *Suscipe, ait;* unde Heins. *Suspice.*—191 Gron. et Med. *Mag. refer;* Thysianus, et Mor. *feras:* Heins. conj.

NOTÆ

176 *Cyllenide*] Falcato ense, quem a Mercurio, in Cyllene Arcadiæ monte nato, acceperat.

179 *Hoste*] Medusæ capite, scilicet.

183 *In hoc*] Statua marmorea factus est, quæ jaculum quasi emittere conaretur.

187 *Septemplice*] Quia per septem ostia majora subire mare dicitur.

A tanto cecidisse viro. Pars ultima vocis
In medio suppressa sono est: adapertaque velle
Ora loqui credas; nec sunt ea pervia verbis.
Increpat hos, Vitioque animi, non crinibus, inquit,
Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum;
Et prosternite humi juvenem magica arma moventem.
Incursurus erat; tenuit vestigia tellus:
Immotusque silex, armataque mansit imago.
Hi tamen ex merito pœnam subiere, sed unus
Miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus,
Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.
Quem ratus Astyages etiamnum vivere, longo
Ense ferit: sonuit tinnitibus ensis acutis.
Dum stupet Astyages; naturam traxit eandem:
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora est media de plebe virorum
Dicere. Bis centum restabant corpora pugnæ:
Gorgone bis centum riguerunt corpora visa.

magnam consolationem necis, occubuisse a tanto viro. Pars novissima vocis interclusa est in medio sono: et arbitreris os apertum optare fari, neque illud est pervium vocibus. Eryx objurgat istos, Atque, ait, hæretis culpa animi, non capillis Gorgoneis: irruite mecum, et in terram date adolescentem tractantem arma incantata. Parabat irruere; terra compescuit pedes; et hæsit saxum immobile et signum armatum. Atque hi dederunt pœnas pro merito; sed unus, Aconteus, stabat a partibus Persei, pro quo dum certat, Gorgone visu, obduruit petra innata. Quem cum Astyages crederet adhuc vivere, percutit longo gladio: gladius sonum edidit tinnitibus acutis. Dum Astyages miratur, induit eandem naturam; et facies stupentis hæret in ore marmoreo. Longum est recensere nomina virorum de vulgo. Ducenti homines supererunt ex certamine; ducenti obduruerunt conspecta Gorgone.

---

fer, i.—192 Idem *Te,* vel *Tu tanto.*—195 Fl. S. Marci, et unus Med. *cum crin.* N. Bernegg. aliique multi *cur viribus:* Bonon. unus pro div. lect. *non crinibus,* quod et Heins. recepit.—199 Major pars Codd. *silet* pro *silex.*—200 Alii *pœnas subier.*—201 Alii *Achoreus,* vel *Achonthes,* vel *Achantes,* vel *Achates.*—204 Unus Gronov. *tonuit tinn.* Cant. et tres alii *acutus.*—210 Uuus

NOTÆ

193 *Suppressa*] Quod superbis et stulte gloriantibus fere accidit, ut sua illos destituat et perdat gloria.

195 *Vitio animi*] Ad historiam alludit forte: tanta enim dicitur forma, præsertim vero crinium pulchritudine, Medusa præcelluisse, ut ad ejus conspectum stupidi amantes quasi obrigescerent. Quæ res sui quemque admonere debet, ne fraude propria magis quam alieno bono, non in saxum, sed in suem canemve, mutetur.

Pœnitet injusti nunc denique Phinea belli.
Sed quid agat? simulacra videt diversa figuris;
Agnoscitque suos: et nomine quemque vocatos
Poscit opem: credensque parum, sibi proxima tangit
Corpora: marmor erant. Avertitur; atque ita supplex,
Confessasque manus, obliquaque brachia tendens,
Vincis, ait, Perseu: remove fera monstra; tuæque
Saxificos vultus, quæcumque ea, tolle Medusæ.
Tolle, precor. Non nos odium, regnive cupido
Compulit ad bellum: pro conjuge movimus arma.
Causa fuit meritis melior tua, tempore nostra.
Non cessisse piget. Nihil, o fortissime, præter
Hanc animam concede mihi: tua cetera sunto.
Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,
Respicere audenti, Quod, ait, timidissime Phinee,
Et possum tribuisse, et magnum munus inerti est,
(Pone metum) tribuam: nullo violabere ferro.

Nunc denique Phineum piget iniqui certaminis. Verum quid incipiat? aspicit imagines diversas figuris; et agnoscit suos, et auxilium petit a singulis citatis nomine; et minus credens tangit corpora sibi proxima; erant marmor. Detorquet faciem, atque supplex, et porrigens manus confitentes et brachia obliqua, sic loquitur, Superior stas, Perseu; tolle sæva monstra, atque amolire saxificam faciem tuæ Medusæ, quæcumque ea est. Summove, oro. Non aversatio, aut desiderium regni me *traxit in certamen: sumsimus arma pro uxore. Causa tua fuit potior meritis, nostra tempore. Non molestum est cessisse. Nihil præbe mihi, o strenuissime, præter meum vitam; alia omnia sunto tua. Dabo, inquit, proferenti talia, neque audenti convertere oculos in eum quem precabatur voce, dabo quod possum dare, et magnum est donum ignavo; nullo ferro læderis. Quin etiam præbebo*

Leid. *Pœn. incepti.* Alii *tunc deniq.*—212 *Vocatos* est ex emend. Heins. vulg. *vocatum:* multi vett. *vocando;* septem *vocato.*—215 Varietates sunt *confossasq. conflexasq. conversasq. complosasq. conjunctasq. adversasq.* Alii etiam *abductaque* vel *oblitaque.*—216 Heidelb. et Berolin. *rem. tua monst.*—217 Quinque scripti *quæc. est.* Mss. Bersm. *vult. et crimen toll.*—220 Berolin. *tempora nost.*—221 Tres *Nec cess.* Jun. *Sed.* Pr. Mor. *Nunc cæpisse pig.* duo *Non cecidisse.*—222 Unus Med. ex melior. *conc. precor.*—223 Leid. *dic. nec adhuc qu.* Heins. conj. *nec al hunc.*—224 Plurimi *ais* pro *ait:* unus *agis;* Med. Leid. et Gron.

NOTÆ

215 *Obliqua*] Quia aversus, ne in Medusæ caput oculi incurrerent, loquebatur.

218 *Non nos odium*] Crimen vero minuit hæc oratio.

220 *Tempore*] Quia priori Phineo desponsata Andromeda.

226 *Ferro*] Monstrum reformidasse se testatus erat Phineus, Perseus ferrum reformidandum innuit, ut ille

Quin etiam mansura dabo monumenta per ævum;
Inquē domo soceri semper spectabere nostri:
Ut mea se sponsi soletur imagine conjux.
Dixit: et in partem Phorcynida transtulit illam,
Ad quam se trepido Phineus obverterat ore.
Tum quoque conanti sua flectere lumina cervix
Diriguit, saxoque oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum vultusque in marmore supplex,
Submissæque manus, faciesque obnoxia mansit.

Fab. II. Prœtus in Lapidem.

Perseus Abantis pronepos, votorum compos, cum conjuge Andromeda Argos patriam suam adiit: Prœtumque, pulso Acrisio fratre ipsius Persei avo, regnantem, ostenso Medusæ capite in lapidem vertit, avoque, licet immerito (ipsum enim cum Danaë matre arcæ impositum in mare projecerat) regnum restituit.

Victor Abantiades patrios cum conjuge muros
Intrat; et immeritæ vindex ultorque parentis
Aggreditur Prœtum: nam fratre per arma fugato
Acrisioneas Prœtus possederat arces.

monumenta duratura per ævum, et semper conspicieris in domo nostri soceri, ut mea uxor se soletur specie sponsi. Absolvit, et transportavit caput Medusæ in illam partem, ad quam Phineus obverterat se ore timido. Tum etiam caput obduruit tentanti detorquere suos oculos, et humor oculorum diriguit silice. Sed tamen os pavidum, et vultus supplex, et manus victæ, et facies subdita mansit in saxo.

II. *Abantiades potitus victoria subit mœnia patria cum uxore; et vindex et ultor matris immeritæ bellum indicit Prœto: nam ille fratre expulso per arma obtinuerat*

---

quod vis.—225 In quibusdam *est* omiss. Berolin. *est munus inerti.*—229 Jun. *me. sub spon.* Leid. *sub prensi. Lætetur* etiam tres alii.—231 Berolin. et Heidelb. *Phin. converterat.*—232 Vulg. *sua lumina flectere:* in tribus antiq. *sua lum. vertere.*—236 Leid. *conj. fines;* et pro var. lect. *portus.*—237 *Immeritæ* est ex scriptis Nauger. alii *immeriti.*—238 Cant. et Barb. *Jam fratr.*—239 Cant. *Acrisioneadas;* Barb. et Langerm. *Acrisioniades;* R. pr. *Acrisioni-*

NOTÆ

virtute superiorem hostem confiteatur.

235 *Obnoxia*] Dejecta, qualis est hominis sibi conscii, culpam agnoscentis, pœnamque deprecantis.

236 *Patrios*] Argos.

237 *Immeritæ*] De Acrisio avo loquitur, qui male de Danaë filia Perseoque nepote meritus, ut supra vidimus.

238 *Prætum*] Acrisii fratrem.

Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce
Torva colubriferi superavit lumina monstri.

Fab. III. Polydectes in Lapidem.

Polydectes rex insulæ Seriphi, ad quam Perseus cum Danaë matre inclusus arca pervenerat, cupiens ablegare arbitrum, ut matre illius libere potiretur, ad Gorgonis Medusæ resecandum caput eum misit, quod ille Minerva volente ad Polydecten pertulit, inficiantique laborem operis ostendit, ac prius ille eo dirignit, quam se ulciscceretur.

Te tamen, o parvæ rector, Polydecta, Seriphi,
Nec juvenis virtus, per tot spectata labores,
Nec mala mollierant: sed inexorabile durus
Exerces odium: nec iniqua finis in ira est.
Detrectas etiam laudes: fictamque Medusæ
Arguis esse necem. Dabimus tibi pignora veri;
Parcite luminibus, Perseus ait: oraque regis
Ore Medusæo silicem sine sanguine fecit.

arces Acrisionæas. Sed neque auxilio armorum, neque arce, quam inique insederat, vicit oculos infestos monstri colubriferi.

III. *Attamen neque virtus juvenis probata per tot labores, neque mala delinierant te, o Polydecte, rex exiguæ* insulæ *Seriphi; sed crudelis exerces odium infractum; neque finis datur injustæ iræ. Minuis etiam laudes; atque impugnus cædem Medusæ esse falsam. Exhibebimus tibi, inquit Perseus, testimonia veri: avertite oculos; et fecit vultus regis saxum sine sanguine vultu Medusæ.*

adas.—241 Heins. pro *superav.* vult *vitavit.*—242 Alii scribunt *Polydecte.*—244 Tert. Med. Genev. et Berolin. *inex. dirus.*—246 Plurimi Codd. *Detractas.*

NOTÆ

241 *Monstri*] Medusæ capitis.

242 *Polydecta*] Fuit Polydectes rex Seriphi, insulæ ex Sporadibus, ad quem Perseus una cum matre appulsus, quo tempore ab Acrisio expositi. Hanc ille amavit; quapropter Perseum juvenem, cujus etiam sibi virtus suspecta, æternæ gloriæ consequendæ titulo ad superandam Gorgonem impulit; a quo, contumeliose post expeditionem excepto, in saxum mutatus est.

248 *Parcite luminibus*] Ut supra, ‘ Vultus avertite vestros, Si quis amicus adest.’

Fab. IV. Musæ in Aves.

Musæ, cum Parnassum montem petissent, adversis tempestatibus invitatæ a Pyreneo, qui Daulida Phocidis urbem incolebat, tecta subierunt: qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperasset ad vim inferendam, ne cupiditatem ejus experirentur, in volucres conversæ sunt: quas ille dum per ardua montium persequitur, prolapsus altitudine scopulorum præcipitatus est, ita ut toto corpore elideretur, vitamque finiret.

Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se dedit. Inde cava circumdata nube Seriphon
Deserit, a dextra Cythno Gyaroque relictis.
Quaque super pontum via visa brevissima, Thebas,
Virgineumque Helicona petit; quo monte potita
Constitit; et doctas sic est affata sorores:
Fama novi fontis nostras pervenit ad aures;
Dura Medusæi quem præpetis ungula rupit.
Is mihi causa viæ: volui mirabile monstrum
Cernere: vidi ipsum materno sanguine nasci.

iv. *Hactenus Tritonia se præbuit comitem fratri auro sato: inde velata nube opaca destituit Seriphon; Cythno Gyaroque omissis a dextra: et proficiscitur Thebas et Heliconem virgineum, qua iter visum compendiosissimum super mare: in quem montem cum pervenisset constitit, atque sic est allocuta doctas sorores: Fama nuperi fontis delata est ad nostras aures, quem rigida ungula volucris equi Medusæi aperuit. Is mihi causa itineris: optavi cernere monstrum stupendum: vidi ipsum*

—252 Pro *Cythno* quidam habent *Cypro*, vel *Scyro*. Aldus edidit *Cyth. Scyroque rel.*—255 Berolin. *doct. ibi sic aff.*—257 In uno Ciofani *ung. fecit;* unde Heins. *fregit.*—258 In antiq. *ri. est. Monstrum* est ex Cant. pr. Erfurt. sec.

NOTÆ

250 *Aurigenæ*] Perseo, quem Jupiter, in pretium seu imbrem aureum conversus, inque Danaës gremium delapsus, genuit.

Tritonia] Pallas, quæ a Tritone Africæ palude, ubi educata et primum apparuit, hoc nomen habuit.

252 *Cythno Gyaroque*] Quæ insulæ sunt maris Ægæi ad dextram Seriphi, Minervæ habita ratione quæ ad occasum, Bœotiam versus, iter dirigeret.

254 *Virgineumque*] Musis virginibus sacrum Heliconem Bœotiæ montem, sicuti et alios, jam sæpe dictum.

255 *Sorores*] Musas, scilicet.

256 *Fontis*] Hippocrene dictus est, quem ad Heliconis radices pedis percussu aperuisse Pegasum alatum equum fabulati sunt poëtæ.

259 *Vidi ipsum*] Affuisse Minervam,

Excipit Uranie: Quæcumque est causa videndi
Has tibi, Diva, domos, animo gratissima nostro es.
Vera tamen fama est: et Pegasus hujus origo
Fontis: et ad latices deducit Pallada sacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas,
Sylvarum lucos circumspicit antiquarum;
Antraque, et immumeris distinctas floribus herbas:
Felicesque vocat pariter studiique locique
Mnemonidas; quam sic affata est una sororum:
O, nisi te virtus opera ad majora tulisset,
In partem ventura chori Tritonia nostri,
Vera refers; meritoque probas artesque locumque:
Et gratam sortem, tutæ modo simus, habemus.
Sed (vetitum est adeo sceleri nihil) omnia terrent
Virgineas mentes: dirusque ante ora Pyreneus

exoriri sanguine matris. Urania respondet: Quæcumque est tibi causa cernendi has sedes, Diva, es acceptissima nostro animo. Ceterum indubitata est fama; atque Pegasus est *causa hujus fontis: et perducit Minervam ad sacras aquas. Quæ diu admirata aquas eductas percussu pedis, circumlustrat lucos nemorum antiquorum, et speluncas, et gramina exornata innumeris floribus: et dicit beatas Memoriæ filias quoad sedes et studia. Quam sic est allocuta una sororum; O Tritonia accessura in partem nostri cœtus, nisi virtus genuisset te ad majora, vera prædicas; et jure laudas et studia et sedes: et conditione fruimur lauta, modo simus securæ. Verum (usque adeo nihil est prohibitum nequitiæ) omnia sunt pavori virgineis animis: atque crudelis Pyreneus obversatur oculis, et nondum ad*

Med. quatuorque aliis; vulg. *factum.*—260 Heins. *quæc. ea cau.*—261 In duobus V. et aliis *nostro est.* Heins. emend. *es.* Sæpe etiam legitur *anim. est grat. nostro.*—264 O. *diu fractas.* Unus Heins. *factas pede præpetis und.* Gron. *pedis unguibus.*—267 Alii malunt *studioque locoque.*—268 Olim edeb. *Mæonidas:* vett. Codd. *Memnonidas;* unde Heins. corr. *Mnemonidas;* et sic opt. Fl.—269 Jun. et sex alii *maj. vocasset.*—271 Plerique antiq. *artesque.* vulg. *artemque.*—274 In vett. libr. hic et alias scribitur *Phyreneus.*—275 In quibus-

NOTÆ

cum ex Medusæ sanguine in terram delapso, natus est Pegasus, nos quoque antea vidimus.

260 *Uranie*] Quæ Musarum una.

268 *Mnemonidas*] Musas, Mnemosynes nymphæ, seu potius Memoriæ, filias; quas, ut satis superque demonstrant paucula Palladis, seu Sapientiæ, verba, haud immerito ipsa dicit felices.

269 *Majora*] Sapientissime virtutem supra scientiam extollit Musa, quæ non aliter ipsa sapiens est nec felix, quam quia ad virtutem spectat.

272 *Tutæ modo*] Cogitent istud principes, qui saltem ex sapientia, et Musarum scientia, omnia fluere hominibus bonorum genera didicerunt.

Vertitur: et nondum me tota mente recepi.
Daulia Threicio Phoceaque milite rura
Ceperat ille ferox, injustaque regna tenebat.
Templa petebamus Parnassia. Vidit euntes:
Nostraque fallaci veneratus numina cultu;
Mnemonides, (cognorat enim,) consistite, dixit:
Nec dubitate, precor, tecto grave sidus, et imbrem
(Imber erat) vitare meo: subiere minores
Sæpe casas Superi. Dictis et tempore motæ
Annuimusque viro, primasque intravimus ædes.
Desierant imbres; victoque Aquilonibus Austro,
Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo.
Impetus ire fuit: claudit sua tecta Pyreneus:
Vimque parat; quam nos sumtis effugimus alis.
Ipse secuturo similis stetit arduus arce:
Quaque via est vobis, erit et mihi, dixit, eadem.

me redii toto animo. Ille sævus invaserat campos Daulios et Phocæos milite Thracio, et possidebat regna iniqua. Ibamus in templa Parnassia: adrertit euntes; et postquam coluisset nostra numina honore doloso, Mnemonides, inquit, nam cognoverat, gradum sistite; neque, quæso, vereamini vitare nebulosum diem, et pluviam, (placbat) mea domo: sæpe Dii intraverunt exiliores casas. Impulsæ verbis et tempestate, et obsecutæ sumus viro, et subiimus primam domum. Pluvia cessaverat, et Noto superato a Borea, nubes opacæ deturbabantur cælo serenato. Voluimus exsilire: Pyreneus observat suam domum, et vim intentat, quam nos vitavimus alis sumtis. Ipse similis secuturo excelsus constitit arce, Et, inquit, qua iter est vobis

---

dam *nond. tot. me ment.*—276 Pro *Daulia*, alii *Daulida* vel *Aulida:* unus Bas. *Naulea;* Med. *Daunia;* Boxhorn. *Guaulea;* Gron. *Aurea;* Voss. *Dallia.*—279 *Cultu* unus Leid. et Heins. cum Græviano; alii *vultu.*—280 *Cognorat* Heins. ex scriptis dedit pro vulg. *agnorat;* ut metro consulatur. Idem mallet *considite, dix.*—281 Multi Codd. *grav. frigus.*—282 In libr. Abbat. et Briantii *vit. modo.*—286 Nanger. et Vivian. Codd. *Fusa repercusso:* Urbin. *Æthere purgato:* plurimi etiam libri *repercusso.*—289 Strozzæ, Med. et duo alii *sim. petit.*—290 *Quaque iter est* Pal. Genev. et A. *et erit mihi* quatuor: *Quæque via est vobis, via est mihi* Gronov. unde Heinsius, *via et est,* vel, *via erit mihi.*

NOTÆ

275 *Nondum me*] Quia exterrita.

276 *Daulia*] Fuit Daulis Urbs Phocidis, quam invasisse Pyreneum Thraciæ regem hinc colligas.

278 *Templa*] Quæ Delphis Apollini sacra.

281 *Primas*] Vestibulum: neque vero unquam impii penetralia subire sapientiam, seu Musas, cuiquam credendum.

285 *Aquilonibus*] Qui a Septemtrione flantes Austrum pluvium ad meridiem suum repulerant.

287 *Impetus*] Qualis pluvia contra voluntatem retentos solet corripere, cum primum remisit.

Seque jacit vecors e summæ culmine turris:
Et cadit in vultus, discussique ossibus oris
Tundit humum moriens, sceleratoque sanguine tinctam.

Fab. V. Pierides in Picas.

Pieri, qui Macedoniam possedit, et Euippes novem filiæ insolentius dum gloriantur, Musas in certamina provocarunt cantusque: quarum una carmen exorsa est, quod Gigantes adversus Deos contenderint. Ex quibus Typhoëus terrigena deformitate terruisset Deos compulsos in Ægyptum: ubi Jupiter ob metum in arietem versus est, Apollo in corvum, Liber in caprum, Diana in felem, Juno in vaccam, Venus in piscem. Invicem autem Musæ cum Cereris laudem cecinissent, et qualiter Typhoëus Ætnæ monti Siciliæ subjectus esset; Pierides victæ in picas sunt transfiguratæ.

Musa loquebatur. Pennæ sonuere per auras:
Voxque salutantum ramis veniebat ab altis.
Suspicit; et linguæ quærit, tam certa loquentes,
Unde sonent: hominemque putat Jove nata locutum.
Ales erant, numeroque novem, sua fata querentes,
Institerant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti sic orsa Deæ Dea: Nuper et istæ
Auxerunt volucrem victæ certamine turbam.
Pieros has genuit Pellæis dives in arvis.

erit et mihi idem; et vesanus se mittit e fastigio supremæ turris, et ruit in faciem, et moriens ferit terram infectam cruore scelesto ossibus oris fracti.

v. *Musa verba faciebat. Pennæ strepitum fecerunt per aërem; et vox salutantium veniebat ab excelsis ramis. Sursum intuetur, et quærit unde linguæ tam bene loquentes sonent; et filia Jovis arbitratur hominem locutum. Erant volucres, atque picæ norem numero imitantes omnia insederant ramis dolentes suam sortem. Dea sic occepit Deam alloquens quæ mirabatur. Nuper istæ etiam ampliorem fecerunt numerum avium superatæ certamine. Pierus opulentus in agris Pellæis*

Quaque via est vobis parte est, Leid. unde Heinsius, *patet et mihi*. Heidelb. *dix. eodem.*—291 Alii *summo*, vel *summi*, *cul. tecti.*—292 *Discussiq.* dedit Heins. ex opt. Flor. vulg. *discussisq.*—294 Unus Heins. *sub auras.*—296 Unus Leid. *Fata querentes*; alter *gerentes*, unde Heins. *gementes.*—297 Idem vult *hominumq. p. J. n. loquentum.*—298 *Erant* duo Med. et unus Arg. vulg. *erat.*—299 Berolin. *omina picæ.*—301 Vulg. *Aux. volucrum.* Heins. ex Sixiano lib. dedit

NOTÆ

300 *Deæ Dea*] Palladi Musa.

302 *Pellæis*] Fuit Pella Macedoniæ oppidum, in Emathia regione, Philippi et Alexandri magni natalibus clara.

Pæonis Euippe mater fuit. Illa potentem
Lucinam novies, novies paritura, vocavit.
Intumuit numero stolidarum turba sororum:
Perque tot Hæmonias, et per tot Achaidas urbes
Huc venit: et tali committunt prælia voce:
Desinite indoctum vana dulcedine vulgus
Fallere; nobiscum, si qua est fiducia vobis,
Thespiades certate Deæ: nec voce, nec arte
Vincemur; totidemque sumus. Vel cedite victæ
Fonte Medusæo, et Hyantea Aganippe:
Vel nos Emathiis ad Pæonas usque nivosos
Cedamus campis. Dirimant certamina Nymphæ.
Turpe quidem contendere erat; sed cedere visum
Turpius. Electæ jurant per flumina Nymphæ,
Factaque de vivo pressere sedilia saxo.

has genuit. Mater fuit Euippe, Pæonia oriunda. Illa novies fœtus enixura, poposcit novies potentem Lucinam. Agmen stultarum sororum superbia elatum est numero: et huc accesserunt per tot Hæmonias et per tot Achaidas urbes; et certamen indicunt ejusmodi verbis: Omittite decipere vulgus ignarum inani suavitate. Deæ Thespiades, siquidem audetis, certamen inite nobiscum: neque superabimur cantu neque arte; atque sumus pares numero. Vel impares cedite fonte Medusæo, et Aganippe Hyantæa; vel nos cedamus agris Emathiis usque ad Pæonas hybernos. Prælia veniunt in arbitrium Nympharum. Indecorum equidem certamen inire; sed cedere visum turpius. Nymphæ electæ jurant per flumina, et institerunt sedi-

---

volucrem.—302 Alii scribunt *Pierus.*—303 In *Euippe* variant Codd. *Anippe, Aniphe, Agnipe, Enippe, Enumphe* exhibentes.—307 *Committunt* duo vett. et Berolin. alii *committit:* Bas. et alius *commisit.*—310 Quidam *Aonides* pro *Thespiades.*—313 Berolin. *usq. nivosas.*—314 *Campis* meliores, teste Heins. alii *sylvis.*—315 In quibusdam *vis. est.*—316 Thuan. et unus Heins. *per flumina.*—317 Gron. et unus Med. *Sanctaque;* unde Heins. *Structaq.* Duo Codd.

NOTÆ

303 *Pæonis*] Ex Pæonia, regione Macedoniæ Emathiæ finitima.

304 *Lucinam*] Juno Lucina, Diana, seu Luna, parturientibus favens Dea, et lucis habens principium.

Vocavit] Atque adeo novies peperit.

305 *Intumuit*] Superbia, scilicet.

306 *Hæmonias*] Thessalicas, ab Hæmone Thessaliæ rege.

Achaidas] Græcas.

310 *Thespiades*] A Thespiis, Bœotiæ urbe Musis sacra.

312 *Medusæo*] Hippocrenen dicit, quem Pegasus equus, Medusæ sanguine cretus, aperuit.

Hyantea] Bœotica; dicti enim Bœoti antiquitus Hyantes.

Aganippe] Qui fons fuit Bœotiæ Musis sacer, juxta Heliconem.

314 *Dirimant*] Quæ ante judicent utræ melius cecinerint.

316 *Electæ*] Quæ litem dirimerent,

Tunc, sine sorte prior, quæ se certare professa est,
Bella canit Superum: falsoque in honore Gigantas
Ponit, et extenuat magnorum facta Deorum,
Emissumque ima de sede Typhoëa terræ
Cœlitibus fecisse metum; cunctosque dedisse
Terga fugæ: donec fessos Ægyptia tellus
Ceperit, et septem discretus in ostia Nilus.
Huc quoque terrigenam venisse Typhoëa narrat,
Et se mentitis Superos celasse figuris:
Duxque gregis, dixit, fit Jupiter; unde recurvis

libus paratis de vira rupe. Tunc quæ prior sese dixit velle contendere sine sorte, cantat certamina Deorum, et statuit Gigantes in falso honore, et detrahit factis magnorum Deorum; et Typhoëum eductum de sede infima terræ incussisse pavorem cœlestibus, et omnes in fugam versos, donec terra Ægyptia, et Nilus dirisus in septem flumina acceperit lassos. Dicit insuper Typhoëum terra ortum huc accessisse, et Deos se occultasse figuris simulatis: atque, inquit, Jupiter mutatur in arietem;

press. cubilia.—319 *Gigantas* plerique Codd. Edd. vulg. *Gigantes.*—320 R. *exten. majorum fact.*—322 In uno Ciofani *Cœlicolis.* Unus Bas. et quædam Edd. *victosque.*—324 Pro *discretus* varietates sunt *discerptus, distentus, di-*

NOTÆ

atque adeo judices sederent.

319 *Bella Superum*] De bello isto poëtæ prope omnes, quod etiam Apollodorus lib. 1. enarravit.

Gigantas] E Terra Cœlique sanguine concreti dicuntur, quo tempore Saturnus patris pudenda abscidit; qui quidem terribili aspectu, staturæ excelsissimæ, draconum pedibus horribiles, adversus Superos etiam bellum movere ausi ut Jovem dejicerent. Qua re libidinosos animi impetus contra rationem insurgentes intellexisse veteres facile crediderim; nisi forte secretiora naturæ miracula implicando exponere voluerint. De quibus omnibus cuivis, prout altius naturæ vires rimatus fuerit, plurima licet proferre.

321 *Typhoëa*] Hic omnium fuit terribilis, quem Terra et Erebo satum Hesiodus, Homerus Terra Junonis jussu ortum fabulatus est. In hunc vero quicquid ubique horrendum poëtæ conjecerunt. Centum draconum capita illius humeris affixerunt, ore flammas eructante; caput ad cœlum usque sustulerunt, manuum alteram ad Orientem, ad Occidentem alteram porrexerunt; impexum crinem, lumina ignea, omnia denique illi ad terrorem tribuerunt.

322 *Fecisse metum*] Neque vero illud sola Pieris mentita; immo fabulati sunt nonnulli tanto metu correptos fuisse Superos, ut ad primum Typhoëi aspectum omnes aufugerint, atque in Ægypto mutata forma delituerint; quo factum ut tot portenta Ægyptii pro Diis colucrint.

327 *Dux gregis*] Aries; sub cujus forma sese occultasse Jovem voluerunt, qua re etiam Jupiter Hammon cornutus: quanquam alias causas alii,

Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.
Delius in corvo, proles Semeleia capro,
Fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia moverat ora:
Poscimur Aonides. Sed forsitan otia non sint;
Nec nostris præbere vacet tibi cantibus aurem.
Ne dubita, vestrumque mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: nemorisque levi consedit in umbra.
Musa refert: Dedimus summam certaminis uni.
Surgit, et immissos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas:
Atque hæc percussis subjungit carmina nervis.

ex quo nunc etiam Ammon Libys effictus est cum cornibus recurvis. Delius delituit in corvo, filius Semeles in capro, soror Apollinis in fele, Saturnia in vacca alba, Venus in pisce, Cyllenius in alis Ibidis. Hactenus agitaverat os sonorum ad citharam; nos Aonides vocamur. Sed forte non detur spatium, neque tibi liceat admovere aurem nostris cantibus. Ne sis incerta, inquit Pallas, et mihi memora carmen vestrum ordine; et sedit in levi umbra sylvæ. Musa narrat: Credidimus uni totum certamen. Surgit, et Calliope religatam habens comam neglectam hedera ante experitur pollice nervos stridulos, atque subjicit hos versus chordis tactis.

---

visus, desertus: Heins. conj. *disseptus.*—328 Unus Arg. et unus Heins. *in cornibus;* quod Burm. doctius videtur, quam ut a librario indocto profectum fuerit.—329 Heidelb. *in tauro.*—332 Langerm. et unus Bas. *in citharam.*—333. 4 Pal. et Urbin. et quinque alii *sint...vacet;* alii *sunt...vacat.* Pr. Bonon. *ot. desunt.* Berol. et alii *cant. aurem:* quidam *aures.*—338 Vulg. *et immistos:* et quidam *immensos.* In duobus V. Abbat. Briantii, et uno Ciofani *immissos.* Med. *innexos*

NOTÆ

nos quoque supra retulimus.

329 *Delius*] Apollo, a Delo insula, ubi natus, sic dictus.

Proles] Bacchus est, Semeles filius.

330 *Soror Phœbi*] Diana.

Saturnia] Juno.

331 *Cyllenius*] Mercurius, a Cyllene Arcadiæ monte, ubi educatus.

Ibidis] Est Ibis avis immunda, utpote rostro anum purgans, ciconiæ similis, Ægypto peculiaris, serpentibus infesta.

333 *Poscimur*] Ut si quid voce possemus, illud proferremus. Nota vero Musarum modestiam, per oppositionem ad Pieridum impudentiam, quæ, nejactis quidem sortibus, priores ausæ canere.

Aonides] Musæ, quæ a Bœotiæ parte montana, Aonia dicta, hoc nomen sortitæ.

Sed forsitan] Honestissima Musæ ad Palladem oratio.

336 *Levi*] Suavi ac jucunda.

338 *Immissos collecta*] Negligenter compositis capillis, ut loqui amamus nos, qua in re summo opus est artificio.

339 *Calliope*] Musarum præstantissima, cui a vocis bonitate nomen inditum.

Prætentat] Illud est quod dicimus,

Fab. VI. Cyane in Fontem.

Venus indignata quod et Diana et Proserpina, Cereris filia, numen suum conjugiaque aspernarentur; Ditem, qui territus viribus Typhonis, moventis Ætnam, cui subjectus a Diis erat, cum ab Inferis emersisset, impulit in amorem, ut Proserpinam, circa Percum lacum Hennæ flores legentem cum Minerva atque Diana, raperet. Qua capta, cum properanter curru fugeret, a Cyane Nympha, quam dilexerat Anapis amnis, intercedente retardatus est. At ille incensus ira propter moram intercedentis, relicto sceptro inter stagna, discussit undam, præcepsque mari mersus Cyanen currui obsistentem in liquorem sui nominis vertit: cujus lacus contiguus Arethusæ videtur.

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro:
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris:
Prima dedit leges. Cereris sumus omnia munus.
Illa canenda mihi est. Utinam modo dicere possem
Carmina digna Deæ! certe Dea carmine digna est.
Vasta giganteis ingesta est insula membris
Trinacris; et magnis subjectum molibus urget
Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes.

vi. *Prima Ceres fidit glebam curvo aratro; prima præbuit fruges terris, et cibos suaves; prima sanxit leges. Cuncta sumus donum Cereris. Illa est mihi celebranda: utinam tantum possem proferre versus dignos Dea! profecto Dea digna est carmine. Ampla insula Trinacris imposita est artubus giganteis, et premit ingenti pondere Typhœum substratum, non veritum animo præsumere sedes cœlestes. Ille*

---

hederæ; Mor. *inn. hedera.*—340 Jun. et Leid. *Atque ita perc.*—343 *Tulit leg.* V. et unus Med. *Sumus* ex Bernegg. Heins. dedit; alii *sunt.*—344 Berolin. *dic. possim.*—345 *Dig. Deæ* Bernegg. et alii plurimi; vulg. *Dea.* Alii etiam *certe*, vel *certa est D. carm. digna.*—346 Cod. Menard. *injecta est*; Med. unus, et Bas. *invecta.*—348 *Sidereas* pro *Æthereas* multi scripti, ut et Bersmanni. Pro *spe-*

NOTÆ

jouer un prélude.

341 *Ceres*] Frugum Dea, Saturno et Ope procreata, de qua toties.

343 *Leges*] Inde ipsa Ceres Legifera, et quædam ejus sacra, ob leges de agrorum terminis latas, emtionibus aliisque, Thesmophoria Græcis appellata.

Sumus omnia] Quia frugibus vescimur.

346 *Giganteis*] Typhoëi; quem bello giganteo Jupiter prostravit, Sicilia seu Trinacria insula illi superposita, ne quando posset resurgere.

347 *Trinacris*] Sicilia est, cui a tribus promontoriis, quæ mox indi-

Nititur ille quidem, pugnatque resurgere sæpe:
Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro:
Læva, Pachyne, tibi; Lilybæo crura premuntur:
Degravat Ætna caput: sub qua resupinus arenas
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoëus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidaque, et magnos evolvere corpore montes.
Inde tremit tellus: et Rex pavet ipse silentum,
Ne pateat, latoque solum retegatur hiatu;
Immissusque dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
Exierat: curruque atrorum vectus equorum
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Postquam exploratum satis est loca nulla labare;
Depositique metus: videt hunc Erycina vagantem

equidem conatur, et tentat sæpe exsurgere; sed dextra manus est supposita Peloro Ausonio; sinistra tibi, Pachyne; tibiæ urgentur Lilybæo. Ætna premit caput, sub qua resupinus eructat arenas, atque ille emittit ignem ore sævo. Sæpe nititur amoliri molem terræ, et a corpore removere urbes et vastos montes. Inde terra tremit; et Deus ipse quiescentium metuit ne hiet, et solum aperiatur vastâ rima; et lux introducta metum incutiat timidis Manibus. Rex inferorum *reformidans hanc calamitatem prodierat domo obscura; et vectus curru equorum nigrorum providus circuibat fundamenta telluris Siculæ. Ut provisum est abunde, nulla loca labare, et timor omissus, Erycina stans in monte suo aspicit hunc errantem, et com-*

---

rare, nonnulli *spectare*. Heins. malebat, *spirare*, i. e. affectare, idque multis exemplis comprobat.—349 *Tentatque* plurimi scripti: unus *certatque*.—350 Edd. et plurimi scripti *sub Auson.* Cant. *sub Aonio;* Barb. *sed Aon.*—351 V. et Med. unus *crura tenentur*.—352 Voss. Gron. Leid. et Sixianus *sub quo*, ut *Ætna* masculino genere ponatur.—355 Heins. ex opt. Fl. conj. *Eructat, fl.* Cod. Menardi *Projectat, flammasque. Ferox* etiam R. et quinque alii. Cant. *movet ore*.—355 *Evolvere* Heins. ex tert. Med. et duobus aliis: vulg. *devolvere;* Jun. et duo alii *divolvere;* Gron. *dissolvere*.—356 A. *Ind. fremit*. Unus Thuan. *ille sil.* alter Gron. *inde*.—357 Alii *lateque*.—358 Fragm. Boxhorn. *Immersusque*.—360 V. et Cælest. *vectus equ.* Med. unus *invectus*.—363 Vulg.

NOTÆ

caturus est Poëta, hoc nomen inditum.

349 *Pugnat*] Ad frequentes alludit terræ motus, quibus Sicilia quatitur.

350 *Ausonio*] Italo, quippe quod ad Italiam spectat, quam ab Ausonibus, qui Italiæ extrema littora Siciliam versus olim coluerunt, eo nomine poëtæ appellaverunt.

352 *Ætna*] Qui mons est Siciliæ notissimus flammas eructans. Atque hinc poëtas naturæ mysteria fabularum titulo involvisse satis patet. Sed majoris sunt disquisitionis quam ut hujusmodi annotatiunculis perpendantur.

356 *Rex silentum*] Pluto, ad quem demitti creduntur fato functi.

363 *Erycina*] Venus, cui ab Eryce,

Monte suo residens, natumque amplexa volucrem;
Arma, manusque meæ, mea, nate, potentia, dixit,
Illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido,
Inque Dei pectus celeres molire sagittas,
Cui triplicis cessit fortuna novissima regni.
Tu Superos, ipsumque Jovem, tu numina ponti
Victa domas, ipsumque, regit qui numina ponti.
Tartara quid cessant? cur non matrisque tuumque
Imperium profers? agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cœlo, quæ jam patientia nostra est,
Spernimur: ac mecum vires tenuantur Amoris.
Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam
Abscessisse mihi? Cereris quoque filia virgo,
Si patiemur, erit: nam spes affectat easdem.

plexa filium alatum, Arma, inquit, et manus meæ, mea potentia, fili Cupido, sume illas sagittas quibus vincis cunctos, atque dirige tela velocia in pectus Dei, cui sors ultima regni triplicis evenit. Tu superas Deos, et Jovem ipsum, tu superas *numina debellata maris, atque ipsum qui temperat numina maris. Cur inferi remorantur? quamobrem non extendis tuum et matris regnum? Pars tertia orbis agitur. Et tamen tantum numen contemnitur etiam in cœlo nostro, et potentia Amoris frangitur mecum. Annon cernis Minervam et Dianam venatricem defecisse a me? filia Cereris erit etiam virgo, si indulgeamus: nam et hoc animo præ-*

Deposuitque metum; alii *Depositoque metu;* quatnor Codd. *Depositusque metus.* Meliores, teste Heins. lectionem Burm. exhibent.—364 Jun. et sec. Pai. *suo redicns.*—367 Zulichem. *volucres mol.*—368 Plurimi scripti *noriss. mundi.* —370 Vulg. *num. terræ;* Douza *lumina pont.*—372 Bernegg. pro div. lect. *prof. vacat en pars.*—373 Cant. *Sed tamen.* Quidam vett. *quoque jam pat.* pr. V. et duo alii *quo jam;* Mor. Exc. *quoque parva potentia;* unus Gron. *quo visa potentia;* alter Hamburg. *jam quippe potentia rara est:* Calandræ Exc. *quoque jam pat. nostra Spernitur:* ex quibus omnibus Heins. hanc lect. concinnavit et commendavit, *Et tamen in cælo quoque tanta potentia nostro Spernitur.*—374 N. Lovan. et Jun. *vires minuuntur.*—375 Gron. *venatricemque.*—377 Med. Urbi-

NOTÆ

Siciliæ monte, in quo Eryx ejus filius templum nuncupavit, hoc datum nomen.

364 *Natum*] Cupidinem.

368 *Triplicis*] In tres partes nempe regnum inter fratres Jovem, Neptunum, et Plutonem divisum, ita ut Jovi cœlum, Neptuno maria, Plutoni Tartara, vel, ut aliis placet, Terra cesserit.

373 *Tamen*] Correctio est, qua etiam Cupidinem magis ad id quod cupit Venus hortatur.

376 *Abscessisse*] Quia non amoribus indulgent.

Cereris filia] Proserpina est, cujus hoc fabulam maximo cum artificio inseruit.

At tu, pro socio si qua est mea gratia regno,
Junge Deam patruo. Dixit Venus. Ille pharetram
Solvit: et arbitrio matris de mille sagittis
Unam seposuit, sed qua nec acutior ulla,
Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcum.
Oppositoque genu curvavit flexile cornu:
Inque cor hamata percussit arundine Ditem.
Haud procul Hennæis lacus est a mœnibus altæ,
Nomine Pergus, aquæ. Non illo plura Caystros
Carmina cycnorum labentibus audit in undis.
Sylva coronat aquas, cingens latus omne; suisque
Frondibus, ut velo, Phœbeos summovet ictus.

sumit. At tu, si quid valeo apud te pro regno socio, connecte Deam patruo. Absolvit Venus. Ille expedit pharetram; et selegit unum de mille spiculis, ex voluntate matris; sed quo neque ullum acutius, neque minus incertum, neque quod magis obsequatur arcui: atque genu opposito sinuavit tentum cornu, et vulneravit Ditem calamo hamato in cor. Lacus est profundæ aquæ nomine Pergus, non longe a muris Hennæis. Caystrus non audit plures cantilenas cycnorum in aquis defluentibus. Nemus cingit aquas, claudens omne latus; et arcet radios solares suis foliis, tanquam

---

nas, Leid. et tres alii cum nonnullis Edd. *Si patiamur.*—378 Vulg. *At turpi socio:* ex omnibus vett. Ciofanus emend. *At tu pro socio.* N. sec. Med. Cant. aliique multi *est tibi gr.* Plures nonnulli *est mea:* Heins. ex aliis *mihi.*— 382 Pr. R. *quam.* Leid. *quæ minus.* In uno Ciofani *evolet;* S. Marci Cod. *avolet;* Fl. pro div. lect. *advolet.* Plurimi etiam *arcus.*—383 Alii *fl. cornum.*— 384 Regius emend. *In corde.* Burm. nec *in cor,* nec *in corde percussit* satis eleganter dictum putat. Mallet *Inde cor...Ditis.*—385 Nonnulli *Ætnæis, Enneis.* Berolin. *Ethneis l. est amnibus altus.* Heidelb. etiam *altis.*—386 Cant. *Percus;* tert. Med. *Pergosa* pro *Pergos;* vulg. *Pergusa.* Alii etiam *Cayster.*— 387 Quidam codd. *lambentibus aud.* opt. Thuan. et unus Gron. *plaudentibus.*

NOTÆ

379 *Patruo*] Plutoni, qui Proserpinæ patruus, siquidem illa Jovis filia, hic Jovis ejusdem frater.

382 *Minus incerta*] Id est, quæ rectius ad scopum festinet; nam vacillant nonnullæ, et obliquo motu feruntur, alarum vitio.

383 *Oppositoque*] Quomodo solent, qui arcum intendunt.

385 *Hennæis*] Urbis Hennæ, quæ Siciliæ est Mediterranea.

386 *Pergus*] Lacus ad Hennam, circa quem Proserpinam flores legentem Pluto rapuit.

Caystros] Est hic Caystros, seu Cayster, Ioniæ fluvius, cycnorum copia celebris.

387 *Carmina*] Placuit etiam fabularum artificibus poëtis mirificam, ne quid plumæ decori abesset, raucissimis cycnis vocem tribuere.

389 *Phœbeos*] Solis, qui Phœbus dicitur.

Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.
Perpetuum ver est. Quo dum Proserpina luco
Ludit, et aut violas, aut candida lilia carpit;
Dumque puellari studio calathosque sinumque
Implet, et æquales certat superare legendo;
Pæne simul visa est, dilectaque, raptaque Diti:
Usque adeo properatur amor. Dea territa mœsto
Et matrem, et comites, sed matrem sæpius, ore
Clamat: et, ut summa vestem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidere remissis.
Tantaque simplicitas puerilibus affuit annis,
Hæc quoque virgineum movit jactura dolorem.
Raptor agit currus, et nomine quemque vocatos
Exhortatur equos: quorum per colla jubasque
Excutit obscura tinctas ferrugine habenas.
Perque lacus altos, et olentia sulfure fertur

velo. Rami creant frigus, terra humida flores purpureos. Ver est perenne. Qua sylva dum Proserpina sese oblectat, et legit aut violas, aut alba lilia; et dum implet puellari desiderio et quasillos et sinum, et studet vincere comites carpendo, propemodum simul conspecta est, et amata, et sublata a Plutone, usque adeo Amor accelleratur. Dea tremefacta vocat tristi ore et matrem et æquales, sed matrem sæpius: et cum lacerasset amictum ab extrema ora, flores collecti delapsi sunt tunicis laxatis. Et tanta fuit simplicitas annis juvenilibus, hoc etiam damnum fecit dolorem puellarem. Prædo agitat currus, et instigat equos appellatos singulos suo nomine, per quorum colla et jubas movet lora infecta ferrugine subnigra. Atque vehitur per profundos lacus, et stagna Palicorum fœtentia sulfure ejaculantia terra aperta:

Fr. etiam *edit.*—389 *Ictus* N. sec. Med. et unus Pal. alii *ignes.*—390 *Tyrice* Fl. S. Marci, N. sec. Med. vulg. *varios.* Heins. olim malebat *uvida fl.*—393 Voss. Leid. et Sprotii *sinusque.*—394 Heidelb. *super. puellas*, sed in marg. *legendo.*—396 Vulg. *ad. est properatus;* ubi multi delent *τὸ est. Properatur* est ex tribus scriptis, quod Heins. recepit. Duo Leid. pro var. lect. *monstro.*—398 In duobus V. Cælest. et aliis Ciofani, *summo vest. lan. ab ore;* in aliis *laniabat:* in Briant. *ut vest. summo laniavit ab ore.* Vulgata autem placet plurimis.—399 Jun. *flor. digitis.* Bonon. *cecid. solutis;* Leid. *recisis.*—402 Vulg. *vocando:* multi etiam vett. *vocato*, vel *vocatos.* Heins. suadet *vocatos*, quod et est in uno Voss.—404 Mss. Bersm. *Excipit obsc.* Quidam etiam Codd. *tinct. rubigine:* unus Bas. *caligine.*—405 Diomedes, pag. 304. legit *Perque*

NOTÆ

390 *Tyrios*] Punicei coloris, qualem in violis conspicimus.

394 *Certat superare*] Ita vero puellæ solent certare inter se, utra plures flores colligat, &c.

395 *Diti*] Plutoni, qui divitiarum Deus.

402 *Nomine*] Orphnæus, Æthon, Nicteus, et Alastor recensentur a Claudiano.

Stagna Palicorum, rupta ferventia terra:
Et qua Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho,
Inter inæquales posuerunt mœnia portus.
Est medium Cyanes, et Pisææ Arethusæ,
Quod coit angustis inclusum cornibus æquor.
Hic fuit, a cujus stagnum quoque nomine dictum est,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas;

et qua Bacchiadæ, natio orta Corintho bimari, statuerunt muros inter portus inæquales. Est mare medium Cyanes et Arethusæ Pisææ, quod conjungitur comprehensum cornibus angustis. Cyane notissima inter Nymphas Sicelidas, a nomine cujus

---

locos sacros. Heins. vult *olenti,* vel *olentes sulf.* In uno Bas. *olentes sulf. fontes.* —409 Septem libri *Et medium;* unde Heins. *It med.*—410 Unus Med. *Quo coit;* duo etiam *Qui...illisum.*—411 Sex Codd. *Hæc fuit;* quinque *Hic fluit.* Jun. quoque *nom. traxit:* unde Burm. *Hic fluit, a cujus stagno quoque nomina traxit. Modo* pro *quoque* volebat Heins.—412 *Sicilidas* major pars scripto-

NOTÆ

406 *Palicorum*] Fuerunt Palici fratres duo Jovis et Taleæ Nymphæ filii, ut quibusdam placet, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, hoc est, ab iterum veniendo in vitam, sic dicti, siquidem tamen aliqua Græculis hominibus fides. Nempe, ut illi inquiunt, optavit mater gravida, quo Junonis iram effugeret, sibi terram dehiscere, quæ maturi partus tempore aperta est, ex qua Palici illi eruperunt: qui Dii fuerunt indigenæ extra Siciliam nullibi noti. Fabulam secutus est fabularum maximus amator. Duos vero ostentabant lacus accolæ, ex quibus emersisse fratres mentirentur, tanta quidem veneratione habitos, ut ad illos jurejurando controversias dirimerent, perjuris in iis pereuntibus, cum illæsi inde innoxii reverterentur. Alia lege apud Macrobium Saturnal. 5.

407 *Bacchiadæ*] Archias est, Bacchiadum unus, Bacchia, Dionysii filia, oriundus, qui Corintho pulsus Syracusas in Sicilia condidit.

Bimari] Quia Ionio simul et Ægæo mari alluitur in Isthmo Peloponnesiaco sita Corinthus.

408 *Inæquales*] Duos habuerunt portus Syracusæ, majorem alterum, alterum minorem.

409 *Est medium*] Locum describit, ubi Cyane Nympha Plutonem, ne Proserpinam longius abriperet, prohibere voluit.

Cyanes] Nomen est Nymphæ, cujus obiter ipse poëta fabulam tangit. Revera fontis est nomen in agro Syracusano, qui aquas suas Anapi miscet.

Arethusæ] Nympha fuit Arethusa, Dianæ comes, quam cum Alpheus, Peloponnesi fluvius juxta Pisas, amore incensus persequeretur, Diana in fontem ejusdem nominis mutavit. Hujus aquis cum suas Alpheus miscere vellet, illa a terra absorpta in Siciliam delata est, quo et per cuniculos subterraneos eandem secutum fuisse Alpheum Pisæum, et assecutum, fabulæ voluerunt. Hinc Arethusa Pisæa. Atque huic fabulæ locum dedit, quod, ut scripsit Plinius,

Gurgite quæ medio summa tenus extitit alvo,
Agnovitque Deum: Nec longius ibitis, inquit:
Non potes invitæ Cereris gener esse: roganda,
Non rapienda fuit. Quod si componere magnis
Parva mihi fas est; et me dilexit Anapis.
Exorata tamen, nec, ut hæc, exterrita nupsi.
Dixit: et, in partes diversas brachia tendens,
Obstitit. Haud ultra tenuit Saturnius iram:
Terribilesque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido sceptrum regale lacerto
Condidit. Icta viam tellus in Tartara fecit,
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane, raptamque Deam, contemtaque fontis
Jura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita, lacrymisque absumitur omnis:
Et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas
Extenuatur aquas. Molliri membra videres:
Ossa pati flexus: ungues posuisse rigorem:
Primaque de tota tenuissima quæque liquescunt,

stagnum etiam appellatum hic fuit, quæ extitit medio mari suprema parte ventris tenus, et agnovit Deum; Neque, ait, longius ibitis. Non potes esse gener Cereris repugnantis. Fuit oranda, non auferenda. Quod si mihi licet conferre parva cum magnis, Anapis me quoque amavit. Nupta sum nihilominus precibus delinita, neque tremefacta sicuti ista. Dixit; et porrigens ulnas in partes contrarias obnixa est. Saturnius non diutius compescuit iram, et hortatus sævos quadrupedes immisit sceptrum regium impactum strenuo brachio in profundissima abyssi. Terra percussa aperuit iter in Inferos, et recepit currus sponte ruentes medio gurgite. At Cyane deflens jura suæ scaturiginis neglecta, et Deam abreptam, fert animo silente plagam immedicabilem, et tota extenuatur fletibus, et defluit in illas aquas, quarum modo fuerat Dea. Cerneres artus emolliri, ossa flecti, ungues amisisse duritiem. Atque

rum.—413 Berolin. *summa medio*, et sic alii. *Extulit* duo libri; *astitit* unus. —414 Alii *Agn. Deam.* Heins. malebat *long. iveris.*—415 Quinque libri *Nec potes; Nam* unus Med. unde *num* faciebat Heins. qui et *Cereri* malebat.—417 Quidam scribunt *Anaphis*, vel *Anaphys.*—422 Gron. *Extortum val.*—424 Heidelb. *in medio.*—425 Unus Gron. *contactaque.*—427 Heidelb. *lacrymis,*

NOTÆ

quæ apud Pisam in Alpheum projiciuntur, eadem in Sicilia ab Arethusa ejiciuntur.

417 *Anapis*] Fluvius est Siciliæ, qui ideo Cyanen amare fingitur, quod juncti una in mare defluant.

420 *Saturnius*] Pluto, Saturni filius.

424 *Cratere*] Eo nomine voraginem, aut terræ hiatum, appellat, quo Pluto cum Proserpina absorptus.

Cœrulei crines, digitique, et crura, pedesque:
Nam brevis in gelidas membris exilibus undas
Transitus est. Post hæc tergumque, humerique, latusque,
Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.
Denique pro vivo vitiatas sanguine venas
Lympha subit: restatque nihil, quod prendere possis.

Fab. VII. Stelles puer in Lacertam.

Ceres cum orbem terrarum peragrasset, requirens filiam Proserpinam, æstu torrida ad casam cujusdam anus nomine Mismes devenit: petitque ab ea, ut sibi aquam ad colluendum jejunium porrigeret. Quæ cum polentatam ei potionem dedisset, et illa avidius biberet, puer quidam ejusdem casæ Stelles eam procacius est prosecutus, prædicans aviditatem ejus in bibendo: cujus Dea audacia pueri offensa, in malis partem potionis in eum effudit, fecitque ut in stellionem converteretur, qui potionem sparsam polenta tergo ostenderet.

Interea pavidæ nequicquam filia matri
Omnibus est terris, omni quæsita profundo.
Illam non rutilis veniens Aurora capillis
Cessantem vidit, non Hesperus: illa duabus
Flammifera pinus manibus succendit ab Ætna;

subtilissima quæque ex illa prima solvuntur, capilli glauci, et articuli, et tibiæ, et pedes; nam levis est mutatio in aquas frigidas artubus tenuibus: ab his, et dorsum, et humeri, et latera, et pectora defluentia solvuntur in subtiles undas. Denique aqua pura irrepit in venas corruptas pro vivo sanguine, neque quicquam superest quod possis corripere.

vii. *Interea filia frustra est perrestigata omnibus terris, et omnibus aquis, a matre turbata. Aurora coma flava exoriens non invenit illam quiescentem, non Vesperugo. Illa accendit utraque manu tædas ab Ætna ignifera; et anxia gestavit*

---

omissa copula.—430 Multi *fluxus;* duo *fluctus.* Berolin. *posuere rig.*—432 Cant. *digitique manusque ped.*—433 Pal. sec. *in liquidas.*—434 Fl. et duo alii *tergusque.* Berolin. *humeri, tergumque, lat.*—435 Unus Bas. *abe. emartia,* i. e. *emarcida;* quomodo pr. Gron. pro var. lect. Jun. *Cyancia.*—440 *Rutilis* Thuan. Cant. pr. Vat. tert. Med. aliique: vulg. *udis.*—442 Heins. *Flammifera;* vulg. *Flammiferas:* pr. Gron. *Flammigenis,* scil. *manibus.* Unus Med. *ad Ætnam.*—

NOTÆ

441 *Hesperus*] Stella Veneris vespertina, de qua jam sæpe.

442 *Succendit*] Unde et ritus in Cereris sacris cum tædis accensis per trivia discurrendi, Proserpinamque appellandi.

Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras.
Rursus, ut alma dies hebetarat sidera, natam
Solis ad occasum, Solis quærebat ab ortu.
Fessa labore sitim collegerat; oraque nulli
Colluerant fontes: cum tectam stramine vidit
Forte casam; parvasque fores pulsavit: at inde
Prodit anus; Divamque videt; lymphamque roganti,
Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum, duri puer oris et audax
Constitit ante Deam: risitque, avidamque vocavit.
Offensa est: neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit Diva polenta.
Combibit os maculas; et, qua modo brachia gessit,
Crura gerit: cauda est mutatis addita membris:
Inque brevem formam, ne sit vis magna nocendi,
Contrahitur: parvaque minor mensura lacerta est.

per noctes pruinosas. Rursus, postquam amabilis dies fugaverat stellas, pervestigabat filiam ab ortu solis ad occasus. Defatigata labore contraxerat sitim, neque ulli fontes irrigaverant ora; cum forte aspexit tugurium opertum culmo; atque pepulit tennem januam: at inde vetula exit; atque aspicit Deam, et obtulit petenti aquam quiddam *suave quod ante coxerat polenta tosta. Dum illa potat quod oblatum fuerat, puer impudens et temerarius stetit coram Dea, atque irrisit, et appellavit voracem. Indignata est; neque adhuc exhausta parte, Dea perfudit loquentem polenta intrita cum liquore. Vultus absorbet maculas; et fert crura qua parte modo tulit lacertos: cauda est superinducta artubus transformatis: atque cogitur in parvam figuram, ne sit magna potestas lædendi; et mensura est minor brevi lacerta.*

444 Alii *ubi alm.*—445 Fr. et undecim alii *occasum;* vulg. *occasus.* Alii etiam *ad ortus.*—446 Multæ Edd. *sit. conceperat:* ex Codd. Heins. *collegerat* reposuit. —447 Alii *Pollucrant font.* unde Heins. conj. *Proluerant:* duo Codd. *Contigerant;* A. *Mollierant.* Heins. ex melioribus reposuit *cum tectam* pro vulg. *contectam;* malit autem *textam.*—450 *Tosta* pro vulg. *testa* corr. Barthius.— 451 Lovan. *ill. datam. Diri* quoque pro *duri* Berolin. aliique.—452 *Risit* Berolin. omissa copula.—453 Gron. *adh. exhausta.*—455 Unus Med. *Colligit os;* alius *contrahit. Qua modo* Heins. dedit ex tribus scriptis: Liber Abbat. unus mens, et alii, *quæ modo;* vulg. *quæ non.*—456 Urbin. et Lovan. *mutila-*

NOTÆ

450 *Dulce*] Pultem dicit, quam ex polenta seu farina hordeacea tosta, aqua, melle, et caseo temperata conficiebant.

451 *Duri*] Id est, impudentis.

455 *Maculas*] Quales habet stellio, in quem hic puer mutatus, Abas nonnullis, aliis Ascalabus, id est stellio, dictus.

Mirantem, flentemque, et tangere monstra parantem
Fugit anum; latebramque petit: aptumque colori
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Fab. VIII. Ascalaphus in Bubonem.

Cum Arethusa Nympha Siciliæ fontis, qui humo pressus ab Elide fluit, indicavisset Cereri a Dite raptam Proserpinam, et illa ab Jove impetrasset, si fratris nuptiis contenta non esset, ea lege ab Inferis redireet eam, si nihil ibi gustasset: quam ob causam cum judicium fieret, Ascalaphus Orphnes et Acherontis filius ad indicium primus descendit, docuitque eam mali punici granum gustasse: quamobrem in avem bubonem abominandi ominis conversus est. Jupiter autem ex æquo fratri Cererique tribuit ut partem anni Proserpina apud virum, partem apud matrem ageret.

Quas Dea per terras, et quas erraverit undas,
Dicere longa mora est. Quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit: dumque omnia lustrat eundo;
Venit et ad Cyanen: ea, ni mutata fuisset,
Omnia narrasset: sed et os et lingua volenti
Dicere non aderant: nec, quo loqueretur, habebat.
Signa tamen manifesta dedit: notamque parenti,
Illo forte loco delapsam, gurgite sacro

Vitat vetulam stupentem, et lacrymantem, et volentem tractare prodigium; et quærit latibulum; et consecutus est nomen idoneum colori; habens corpus distinctum diversis guttis, quasi stellis.

VIII. *Prolixum est tempus narrare per quas terras et per quas aquas Dea vagata sit. Ambitus terrarum destituit pervestigantem. Redit in Siciliam, et dum scrutatur omnia incedendo, accessit quoque ad Cyanen. Nisi ea transformata fuisset, cuncta memorasset: sed os et lingua deerat cupienti loqui, neque aderat quo verba funderet. Attamen fecit indicia aperta: atque monstrat cingulum Persephones in aquis supremis, cognitum matri, quod forte eeciderat ibi in sacris aquis. Quod*

---

tis: Jun. *conversis*.—459 Pr. Gron. et sec. V. *mons. volentem*; unus Heins. *timentem. Parantem* ex novem præstantioribus Heins. dedit, et vs. seq. *latebramque*; vulgo *parentem, latebrasque*.—463 Unus Voss. *Longa referre mor.* quod Heins. prætert, quia τὸ *dicere* mox sequitur.—465 Plurimi scripti *quæ ni*.—464 Heins. ex scriptis dedit *quo*; alii *quæ*. Ciofanus vult *qua*, subaudito *lingua*.—469 Heins. conj. *Illic fort.* In exc. Langerm. *fort. die del. in gurg.* et

NOTÆ

461 *Stellatus*] Quia lucidis habet tergus distinctum maculis.

464 *Sicaniam*] Siciliam dicit, cui et illud fuit vetus nomen, a quibusdam ejus incolis.

470 *Persephones*] Proserpinæ, quæ

Persephones zonam summis ostendit in undis.
Quam simul agnovit, tanquam tum denique raptam
Scisset, inornatos laniavit Diva capillos:
Et repetita suis percussit pectora palmis.
Nec scit adhuc ubi sit: terras tamen increpat omnes;
Ingratasque vocat, nec frugum munere dignas.
Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
Reperit. Ergo illic sæva vertentia glebas
Fregit aratra manu: parilique irata colonos
Ruricolasque boves leto dedit: arvaque jussit
Fallere depositum, vitiataque semina fecit.
Fertilitas terræ, latum vulgata per orbem,
Cassa jacet: primis segetes moriuntur in herbis:
Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber.
Sideraque, ventique nocent: avidæque volucres
Semina jacta legunt: lolium, tribulique fatigant

statim atque Dea agnovit, sicuti tum denique cognovisset sublatam filiam, *discerpsit comam incompositam, et planxit pectora iterum atque iterum suis manibus. Nec novit etiam ubi sit; ceterum objurgat omnes locos, et immemores appellat, neque meritos donum frumenti. Ante ceteros Siciliam, in qua invenit signa damni. Atque adeo illic rupit manu terribili aratra subigentia glebas, atque infensa morti eidem opposuit agricolas, et tauros ruricolas; et coëgit agros intercipere depositum, et corrupit semina. Feracitas terræ celebrata per vastum mundum jacet inutilis: segetes pereunt in primis herbis: et modo Sol ardentior, modo imber densior lædit. Et sidera, et venti officiunt; et aves rapaces auferunt semina sparsa: lolium, tri-*

---

sic in Berolin. nisi quod corrupte leg. *in purgite.*—471 Thuan. *nunc*, Med. *modo, denique.*—472 R. et Leid. *Sciret inorn.*—474 *Nec scit* pr. Pal. cum uno Med. et uno Voss. Vulg. *Nescit;* Heins. autem *Nescia.*—475 Berolin. *Ignotasque.*—476 Heidelb. *vestig. nate;* forte pro *natæ.*—478 Alii *pariterque irata.* —480 Thuan. et pro var. lect. Erfurt. *sem. lædit;* sec. Pal. *reddit.*—481 In nonnullis *totum* pro *latum:* Mss. Bersm. *late;* alii *longum.*—482 Vulg. *Sparsa jac.* in uno vet. Ciofani, et utroque Ma. *Falsa:* in quibusdam *Spræsa;* unde Heins. *Spreta* conj.—484 Vulg. *Sid. et vent.* Vivian. *Sid. nunc vent.*—485 Unus

NOTÆ

a Græcis illo appellatur nomine.

476 *Trinacriam*] Siciliam, cui a tribus promontoriis illud nomen, ut dictum antea: in qua quidem insula, quæ aliquando ‘ Romanorum horreum’ dicta, primo sua sponte natum triticum, ex qua vero Triptolemum serendi artem petiisse, fabulati sunt.

480 *Fallere*] Ut terræ creditum semen nihil produceret.

481 *Terræ*] Siciliæ, scilicet.

485 *Lolium*] Nota nimis herba, inter segetes vel etiam ex iis nascens, cujus grana tritico admixta

Triticeas messes, et inexpugnabile gramen.
Cum caput Eleis Alpheias extulit undis:
Rorantesque comas a fronte removit ad aures:
Atque ait: O toto quæsitæ virginis orbe,
Et frugum genitrix, immensos siste labores:
Neve tibi fidæ violenta irascere terræ.
Terra nihil meruit: patuitque invita rapinæ.
Nec sum pro patria supplex: huc hospita veni.
Pisa mihi patria est: et ab Elide ducimus ortum.
Sicaniam peregrina colo: sed gratior omni
Hæc mihi terra solo est. Hos nunc Arethusa penates,
Hanc habeo sedem; quam tu, mitissima, serva.
Mota loco cur sim, tantique per æquoris undas
Advehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempestiva meis; cum tu curisque levata,
Et vultus melioris eris. Mihi pervia tellus

bulique, et herbæ nulla arte eradicandæ urgent messes triticeas. Cum Alpheias protulit caput ex aquis Elæis, et rejecit in aures capillos stillantes, atque inquit: O mater puellæ pervestigatæ per totum mundum, et mater *frugum, finem impone immodicis laboribus; et ne sæva ira exæstues adversus terram tibi fidelem. Terra nihil descivit, atque nolens aperta est furto. Neque precor pro patria; huc adsum peregrina. Pisa est mihi patria; et originem habemus ab Elide. Advena incolo Siciliam: sed hæc tellus mihi est magis accepta quam omnis locus. Ego Arethusa habeo nunc hanc domum, habeo has sedes; quas tu, alma mater, tutas præsta. Quamobrem solum verterim, et appulerim Ortygiam per aquas tanti maris, tempus mihi dubitur narrandi opportunum, cum tu eris libera a curis, et faciei alacrioris.*

Leid. *tribulusque;* alius *tribulumque.*—487 Leid. unus *ext. antris.*—490 Tres libri *injustos sist.*—494 Tres scripti *duximus ort.* Quatuor *ortum;* vulg. *ortus.* —497 Strozzæ lib. *Hanc habito sed.*—500 Cant. et vulg. Edd. *curaque;* Bas.

NOTÆ

panem efficiunt inebriantem, caputque, immo et totum corpus, tentantem.

Tribuli] Herba est quædam humi serpens segetibus infestissima.

486 *Inexpugnabile*] Quia ubique nascitur, radicibus circumquaque serpentibus, foliis tritico similibus.

487 *Alpheias*] Arethusam dicit, Elidis fontem, cum qua Alpheum fluvium suas in Sicilia aquas miscere supra diximus.

491 *Fidæ*] Quia feracissima Sicilia.

494 *Pisa*] Urbs Peloponnesi ad Alpheum fluvium.

499 *Ortygiam*] Insula fuit juxta Syracusas, olim ponte, deinde aggere, juncta continenti, alia a Delo, quæ et Ortygia dicta.

Præbet iter: subterque imas ablata cavernas
Hic caput attollo, desuetaque sidera cerno.
Ergo, dum Stygio sub terris gurgite labor,
Visa tua est oculis illic Proserpina nostris.
Illa quidem tristis, nec adhuc interrita vultu;
Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi;
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces:
Attonitæque diu similis fuit: utque dolore
Pulsa gravi gravis est amentia; curribus auras
Exit in ætherias: ibi toto nubila vultu
Ante Jovem passis stetit invidiosa capillis.
Proque meo venio supplex tibi, Jupiter, inquit,
Sanguine, proque tuo. Si nulla est gratia matris;
Nata patrem moveat: neu sit tibi cura, precamur,
Vilior illius, quod nostro est edita partu.
En quæsita diu tandem mihi nata reperta est:
Si reperire vocas, amittere certius; aut si
Scire ubi sit, reperire vocas. Quod rapta, feremus;

Terra mihi permeabilis dat viam; et fluens per antra inferna hic caput effero, et video astra desueta. Dum igitur fluo sub terris per abyssum infernam, tua Proserpina conspecta est illic nostris oculis. Illa quidem mœsta, neque adhuc vultu tranquillo, sed tamen regina, sed maxima vasti orbis, sed tamen potens uxor regis Stygii. Mater hasit tanquam marmorea ad verba audita, et diu par fuit attonitæ: atque ut agitata magno dolore, magna est insania; erumpit in auras æthereas curru: ibi turbata toto vultu invidiosa constitit coram Jove sparsa coma: atque ait, Jupiter, Adsum tibi supplex pro meo sanguine, et pro tuo. Si nullus est favor matris, filia tangat patrem; et oramus ne amor sit tibi minor erga illam, quod in lucem venerit nostro partu. Ecce diu quæsita filia denique a me est inventa; si appellas invenire, certius perdere; aut si appellas invenire, cognoscere ubi sit. Patiemur quod sublata; dummodo eam restituat: neque

---

curasque. Duo Med. *levati.*—502 In uno Mor. *subterque cavas;* quod rectius videtur Heins. Sed *caræ cavernæ* Burm. displicet. In uno N. *abl. latebras:* unde ille *subt. car. abl. latebr.*—504 Sixianus et Langerman. *sub terras.*—506 Gron. *exterrita rult.* Opt. Fl. *rultus.*—507 Sprotii et Leid. *max. regni.*—509 Leid. unus *ceu saucia.*—512 Quinque libri *Scandit in æth.* Pro *toto* Pal. *torvo;* Heins. *moto.* Fragm. Boxhorn. *pallida rult.* Fl. *territa:* Heins. conj. *squallida.*—513 Alii *sparsis stet.*—514 Bernegg. et alii *venio;* vulg. *veni.*—517 Med. *prodita part.*—519 Heins. conj. *amit. rerius.*—520 V. et Gron. *rapta*

NOTÆ

519 *Amittere certius*] Quod fit cum rem amissam alicubi esse comperimus, unde non possit extrahi.

Dummodo reddat eam: neque enim prædone marito
Filia digna tua est; si jam mea filia digna est.
Jupiter excepit: Commune est pignus onusque
Nata mihi tecum: sed, si modo nomina rebus
Addere vera placet, non hoc injuria factum,
Verum amor est: neque erit nobis gener ille pudori.
Tu modo, Diva, velis. Ut desint cetera; quantum est
Esse Jovis fratrem! quid quod nec cetera desunt,
Nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido
Si tibi discidii; repetat Proserpina cœlum:
Lege tamen certa; si nullos contigit illic
Ore cibos: nam sic Parcarum fœdere cautum est.
Dixerat. At Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt: quoniam jejunia virgo
Solverat: et, cultis dum simplex errat in hortis,
Pœniceum curva decerpserat arbore pomum:
Sumtaque pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo: solusque ex omnibus illud

enim filia tua meruit virum prædonem, si jam mea filia meruit. Jupiter respondit: Filia est mihi tecum commune pignus et cura: sed si modo velimus dare certa nomina rebus, hoc inceptum non est injuria, sed amor: neque ille gener nobis erit infamiæ. Modo tu, Dea, annuas. Quanquam alia omnia desiderentur, quantum est esse fratrem Jovis! quid quod neque alia desiderantur, neque cedit sorte nisi mihi? Verum si tantum tibi desiderium divortii, Proserpina repetat cœlum; attamen conditione firma, si nullam escam illic tetigit ore: nam sic statutum legibus fati. Absolverat. At Ceres decrevit abducere filiam. Fata non sic patiuntur: quia puella fregerat jejunia, et dum incauta vagatur in hortis cultis, avellerat pomum puniceum arbore curva, et presserat ore suo septem grana excerpta de cortice pallido: atque solus Asca-

---

feramus.—521 Bothius Vind. Ovid. præfert lect. Berolin. *Dumm. reddatur.*—522 N. et sec. Med. *digna est;* alii *non est.*—526 Schepperus pro *amor* conj. *honor.*—530 *Discidii* omnes libri scripti: vulg. *dissidii est. Repetat* ex R. alii *repetit;* Berolin. *repetet.*—532 Quatuor libri *visum est;* Fragm. Boxh. *certum est;* Langerm. *cretum est;* Junt. et Berolin. *pactum est.* Plurimi etiam omittunt *est.*—533 Plurimi *deducere nat.*—534 Berolin. *fat. ferunt.*—535 Tres antiq. *Solv. irriguis;* quod Heins. fecit *et riguis,* i. e. quas rivus interseca-

NOTÆ

525 *Non hoc injuria*] Argute quidem, non tamen vere; nam et amando maxima potest offerri injuria, immo tanta ut vix ulla major. Sed more suo Poëta.

529 *Sorte*] Qua Jupiter Cœli, Pluto Inferni rex factus, et Deus.

535 *Simplex*] Rerum imperita.

Viderat Ascalaphus: quem quondam dicitur Orphne,
Inter Avernales haud ignotissima Nymphas,
Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.
Vidit: et indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi; testemque profanam
Fecit avem: sparsumque caput Phlegethontide lympha
In rostrum, et plumas, et grandia lumina vertit.
Ille sibi ablatus fulvis amicitur ab alis;
Inque caput crescit; longosque reflectitur ungues;
Vixque movet natas per inertia brachia pennas:
Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

laphus ex omnibus illud adverterat; quem Orphne, non ignobilis inter Nymphas infernas, dicitur olim genuisse ex Acheronte suo sub cavernis nigris. Aspexit; et sævus sustulit reditum testimonio. Regina Orci ingemuit, et mutavit indicem in alitem infamem, et transformavit caput irrigatum aqua Phlegethontide in rostrum, et plumas, et magnos oculos. Ille sibi ademtus tegitur alis fulvis, et augetur in caput, et replicatur in prolixos ungues: atque ægre agitat pigros lacertos per pennas additas; et fit turpis avis, præsaga futuri doloris, bubo iners, crudele præsagium hominibus.

---

bat.—539 Alii *Ascalaphus vidit.*—541 Magna hic codicum varietas; in nonnullis *sylvis p. s. atris:* Menard. *furvis...undis:* multi *fulvis...undis:* V. *Stygiis ...undis.* O. et octo alii *fulvis...antris:* alii *fluviis, furiis, curvis...antris:* unus *furvis...armis.*—543 Alii *test. profanum.*—546 Alii *furvis amic.* unus Heins. *flavis;* qui conj. *ravis.* Sprotii *fulv. admittitur alis:* Fl. *operitur,* Urbin. *coperitur, ab alis:* N. *quia,* Med. sec. *qui, nascitur alis.* Alii *amic. in alis.*—547 Gronov. *Jamque cap.* Jun. etiam *inflectitur ungues.*—549 Bas. et V. *præscia,* et Arg. *conscia, luct.*—550 Serv. ad Æn. IV. 462. legisse videtur *Infandus bub.* Legitur

NOTÆ

540 *Avernales*] Infernas. Est nempe Avernus Campaniæ lacus prope Baias, quem Inferorum limen esse poëtæ fabulati sunt; unde et pro ipsis Inferis ponitur.

541 *Acheronte*] Notissimo Inferorum fluvio.

542 *Indicio*] Indicavit ille Proserpinam de malo punicco grana aliquot delibasse.

543 *Regina Erebi*] Proserpina. Erebus enim, qui Inferorum Deus ex Chao et caligine ortus, pro ipsa Inferorum sede sæpius sumitur.

544 *Avem*] Bubonem, scilicet, pessimi ominis, uti quidem illis visum hominibus Ethnicis; certe feralis cantus et funesti. Hanc vero fabulam aliter narrat Apollodorus.

Phlegethontide] Flammis æstuantibus rapidum faciunt Phlegethontem ut plurimum: sed et noster poëta est.

547 *Crescit*] Quippe capito est bubo, magnumque gerit caput.

Fab. IX. Sirenes in Aves ex parte.

Sirenes, Acheloi et Melpomenes Musæ filiæ, cum Proserpinam raptam requirerent, neque eam ullo modo possent invenire, a Diis impetraverunt, ut versæ in volucres, non tantum in terra, sed etiam in mari requisitam consequi possent. Novissime devenerunt ad petram maris, quæ imminebat proxima pelago. Harum ita fatum fuit, quamdiu earum vox audita non esset mortalibus; manerent incolumes. Forte Ulixes, monitu Circes, obturatis auribus prætervectus est: tum se præcipitaverunt.

Hic tamen indicio pœnam linguaque videri
Commeruisse potest. Vobis, Acheloides, unde
Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?
An quia, cum legeret vernos Proserpina flores,
In comitum numero mixtæ, Sirenes, eratis? 555
Quam postquam toto frustra quæsistis in orbe;
Protinus ut vestram sentirent æquora curam,
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optastis: facilesque Deos habuistis, et artus
Vidistis vestros subitis flavescere pennis. 560
Ne tamen ille canor, mulcendas natus ad aures,
Tantaque dos oris linguæ deperderet usum;
Virginei vultus, et vox humana remansit.

ix. *Ceterum hic potest videri dignus pœna testimonio et lingua. Unde vobis pluma, et pedes volucrum, Acheloides, cum habeatis vultus puellarum? An quia cum Proserpina colligeret flores vernos,* vos *Sirenes eratis mistæ in agmine comitum? Quam postquam pervestigastis incassum per omnes terras, repente ut maria cognoscerent vestram solicitudinem, voristis posse ire super undas remis alarum; et habuistis Deos annuentes, et vidistis vestra membra flavescere pennis repentinis. Ne tamen illa cantandi peritia a natura concessa ad capiendas aures, et tanta dos oris amitteret usum linguæ, facies puellaris, et sonus humanus superfuit.*

---

etiam *ignavus:* Genev. *ignavis;* Gronov. *ignaris.*—552 Leid. unus *Promeruisse pot.*—555 Meliores, teste Heins. *mixtæ;* alii *doctæ:* unus Gronov. *diræ.* Heins. conj. *Immixtæ com. num.*—557 Heins. *Non minus ut.* Pr. Mor. *æq. mentem.*—558 Bersm. Mss. et marg. Gryphii *existere rem.* In uno Ciofani *insist. pennis.*—560 Berolin. *nigrescere plumis.*—562 Gronov. *neling. perderet;* duo

NOTÆ

552 *Acheloides*] Sirenes sunt, Acheloi fluvii et Calliopes Musæ, Melpomenes, aut Terpsichores, filiæ; de quarum insidiosis cantibus, voluptatum naturam declarantibus, notior fabula, quam ut huc referatur.

561 *Canor*] Id est, cantus elegantia a natura insita.

Fab. X.

Jupiter ut Cererem placaret, ita divisit annum, ut Proserpina partim ad virum, partim ad matrem moraretur. Ergo Ceres ab Arethusa exigit ut sibi originem suam exponat. Arethusa, Achaidum Nympharum formosissima cum ab Alpheo amne diligeretur, cuperetque persequentis impetum effugere, invocavit Dianam, cujus comes et studii æmula fuerat, laboranti ut ferret auxilium. Objecta itaque ea nube, ne in cupientis conspectum posset venire, tellure rupta, in insulam Ætnæ misit per obscurum iter, et in fontem cognominis sui Ortygium versam ad superos evocavit: cujus liquori Alpheus amnis infunditur.

At medius fratrisque sui mœstæque sororis
Jupiter ex æquo volventem dividit annum.
Nunc Dea, regnorum numen commune duorum,
Cum matre est totidem, totidem cum conjuge menses.
Vertitur extemplo facies, et mentis, et oris:
Nam, modo quæ poterat Diti quoque mœsta videri,
Læta Deæ frons est: ut Sol, qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit, victis ubi nubibus exit.
Exigit alma Ceres, nata secura recepta,
Quæ tibi causa viæ: cur sis, Arethusa, sacer fons.

x. *At Jupiter arbiter inter fratrem suum et tristem sororem partitus est æqualiter annum currentem. Nunc Dea, numen commune duorum regnorum, est totidem menses cum matre, et totidem cum marito. Statim species animi et vultus mutatur: nam facies Deæ, quæ poterat videri tristis etiam Plutoni, est alacris; tanquam Sol, qui prius obductus nebulis humidis, cum prodit disjectis nebulis. Blanda Ceres quieta, filia inventa, requirit quæ tibi causa itineris, Arethusa; quamobrem*

Leid. Lov. et Arg. cum multis aliis *ling. ne perderet:* quatuor *disperderet;* Pal. *desperderet;* Mor. *deprenderet.*—564 In pr. Hamburg. *mediusque soror.*—570 Berolin. *Læt. satis fr.*—571 Pro *victis,* Bas. *cunctis;* A. et Leid. *nigris: junctis* alius. *Ubi nub.* in plurimis: A. et unus Heins. *cum nub.* Leid. *a nub.* alii *modo,* vel *mox nub.* Vulg. *e nub.*—572 Jac. Gronov. malebat *natæ secura receptæ.* Deinde Cant. Thuan. pr. Erfurt. aliique *sec. reperta.*—573 Alii *caus. fugæ.*—576 *Elei*

NOTÆ

561 *Medius*] Id est, qui utriusque rationem haberet, nec tamen alterutri in totum faveret.

565 *Ex æquo*] Ut partim apud Inferos, partim apud superos Proserpina, quæ in cœlis Luna, in terris Diana maneret, fabulæ sensum quod attinet. Ceres Terra ipsa est; cujus filia Proserpina vim insitam seu semen denotat, quod hyeme sub terra latet, æstate erumpit, et ad superos tollitur.

Conticuere undæ: quarum Dea sustulit alto
Fonte caput: viridesque manu siccata capillos
Fluminis Elei veteres narravit amores.
Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achaide, dixit,
Una fui: nec me studiosius altera saltus
Legit, nec posuit studiosius altera casses.
Sed, quamvis formæ nunquam mihi fama petita est,
Quamvis fortis eram; formosæ nomen habebam:
Nec mea me facies nimium laudata juvabat;
Quaque aliæ gaudere solent, ego rustica dote
Corporis erubui; crimenque placere putavi.
Lassa revertebar (memini) Stymphalide sylva.
Æstus erat: magnumque labor geminaverat æstum.
Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes,
Perspicuas imo; per quas numerabilis alte

sis fons sacer. Fluctus siluerunt, ex quorum profundo fonte Dea extulit caput; et postquam exsiccasset comam glaucam, retulit amores antiquos fluvii Elæi. Ego, inquit, fui pars una Nympharum, quæ sunt in Achaia: neque alia perlustravit majori affectu nemora, neque alia tetendit plagas majori studio. Sed tametsi nunquam quæsivi laudem pulchritudinis, tametsi strenua essem, conscenta eram famam pulchræ: nec mea forma nimium probata mihi grata erat. Atque ego agrestis rubore sum perfusa dote qua aliæ solent latari; atque credidi crimen esse placere. Defessa, recordor, redibam sylva Stymphalide. Calor erat intensus, et labor auxerat magnum calorem. Reperio latices sine voragine, fluentes sine strepitu, ad imum perlucidos, per quos omnis lapillus erat numerabilis in profundo; quos tu

est ex melioribus, teste Heins. vulg. *Alphei.*—577 Alii malunt *Acheide:* omnes vero scripti meliores *Achaide.*—578 Tres vett. *qua nec stud.* Barb. *nec qua;* Exc. Langerm. *qua non.*—580 Berolin. *Sed quanquam.* Mss. Bersm. *forma.*—585 Med. unus *Astaphatide sylva.* Bas. et duo Mor. *Stimphalide lympha;* Lov. *ripa.*—586 *Magnumque* Heins. ex melior. dedit; alii *magnusque.* Pal. quartus habet *glomeraverat æs.*—587 Berolin. *Inv. sin. vertice.*—588 *Imo*

NOTÆ

574 *Dea*] Arethusa, scilicet.

575 *Siccata*] Eorum more qui, ex aquis emergentes, capillos ad exprimendam aquam in unum cogunt, quos deinde in humeros rejiciunt.

576 *Elei*] Alphei nempe, quem Elidem Peloponnesi provinciam rigare vidimus.

577 *Achaide*] Achaia; quo nomine non Græciam hoc in loco, sed Peloponnesi regionem intellige Elidi proximam, cui et illud datum nomen.

578 *Nec me*] Adeoque venatrix fuit, et Dianæ comes fidissima.

583 *Rustica*] Id est, quæ minus urbanis munditiis, elegantia, et id genus mollioribus jucunditatibus oblectaretur.

585 *Stymphalide*] Est Stymphalus urbis, fluvii, et montis Arcadici nomen, in Peloponneso, juxta Elidem

Calculus omnis erat; quas tu vix ire putares.
Cana salicta dabant, nutritaque populus unda,
Sponte sua natas ripis declivibus umbras.
Accessi; primumque pedis vestigia tinxi:
Poplite deinde tenus. Neque eo contenta, recingor:
Molliaque impono salici velamina curvæ:
Nudaque mergor aquis. Quas dum ferioque, trahoque,
Mille modis labens, excussaque brachia jacto;
Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur:
Territaque insisto propioris margine ripæ.
Quo properas, Arethusa? suis Alpheus ab undis,
Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram, fugio sine vestibus: altera vestes
Ripa meas habuit. Tanto magis instat, et ardet:
Et quia nuda fui, sum visa paratior illi.
Sic ego currebam; sic me ferus ille premebat:
Ut fugere accipitrem penna trepidante columbæ,
Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.

ægre crederes currere. Salicta alba, et populus nutrita aqua præbebant suapte natura umbras natas ripis declivibus. Adii, atque primo mersi plantam pedis; deinde poplite tenus. Neque eo expleta, exuor; atque impono tenues vestes curvæ salici: atque nuda tingor aquis: quas dum plango, moveoque, mille modis me flectens, atque agito motos lacertos, audiri nescio quod murmur sub aquis, et tremefacta innitor margine ripæ propioris. Quo festinas, Arethusa? quo festinas? iterum dixerat mihi Alpheus rauco ore, ex suis aquis. Aufugio sine amictu sicut eram: altera ripa habuit mea velamina. Tanto magis urget, et uritur: et quia fui nuda, sum illi visa paratior. Ego sic currebam, ille sævus me sic urgebat, ut columbæ solent fugere accipitrem pennis timidis, ut solet accipiter insequi timidas columbas.

---

est ex Heins. emend. vulgo *ad humum:* nonnulli vett. cum pr. Gronov. pr. V. et sec. Med. *ad imum.*—591 In O. et uno Heins. *gratas* pro *natas;* in Lov. *latas.* Deinde alter Heins. et Bersm. Mss. *rivis. Declinibus* Jun. et Leid.—595 In uno Ciofani *fer. teroque.*—597 Berolin. *sens. de gurgite.*—598 Gron. *existo prop.* Heidelb. *propriori in marg.* Duo V. Codd. Heins. et unus Ma. *ripæ;* alii *fontis.*—599 Cant. et octo alii, et Mss. Bersm. *in undis.*—600 In uno Ciofani *mihi murmure dixit.*—603 Unus Gron. *visa placentior,* unde Burm. *patentior;* alter *rapacior;* Strozzæ *peraptior.*—605. 606 In quibusdam vett. inverso ordine exhibentur; et in 606. *urgere* pro *agitare* in plurimis extat.—

NOTÆ

et Achaiam.

590 *Cana*] Quia salicis folia, ex una parte præsertim, non tam ad viriditatem, quam ad alborem accedunt.

Populus] Arbor est notissima locis humidis gaudens, cujus generis alba, alia nigra, foliorum habita ratione, appellatur.

Usque sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenenque,
Mænaliosque sinus, gelidumque Erimanthon, et Elin
Currere sustinui: nec me velocior ille.
Sed tolerare diu cursus ego, viribus impar,
Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen et campos, per opertos arbore montes,
Saxa quoque, et rupes, et qua via nulla, cucurri.
Sol erat a tergo: vidi præcedere longam
Ante pedes umbram; nisi si timor illa videbat.
Sed certe sonituque pedum terrebar; et ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Fessa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigeræ, Dictynna, tuæ: cui sæpe dedisti
Ferre tuos arcus, inclusaque tela pharetra.
Mota Dea est; spissisque ferens e nubibus unam
Me super injecit. Lustrat caligine tectam
Amnis; et ignarus circum cava nubila quærit.

Ego potui fugere usque sub Orchomenon, et Psophidem, et Cyllenen, et recessus Mænalios, et frigidum Erimanthon, et Elin: neque ille celerior me. Sed ego minor viribus non poteram diu sustinere cursus; ille erat firmus ad longum laborem. Nihilominus cucurri per agros, per colles consitos arboribus, saxa etiam, et rupes, et qua nullum erat *iter. Sol erat a tergo; aspexi longam umbram antecedere ante pedes, nisi si metus illa cernebat. Sed certe expavescebam etiam strepitu pedum, et fortis spiritus oris afflabat vittas crinales. Lassa labore fugæ, Corripimur, dixi, Dictynna, succurre armigeræ tuæ, cui sæpe tradidisti tuos arcus portandos, et sagittas inclusas pharetra. Dea tacta est, et admovens unam ex atris nubibus immisit super me. Fluvius quærit obductum nebula, et nescius lustrat*

---

607 Alii *Sophidaque* pro *Psoph.*—608 Unus Med. *gelidamque Erim.*—609 In uno Ciofani *vel. ibat.*—611 Berolin. *pat. fuit.*—612 Unus Heins. *robore mont.*—613 Alter Hamburg. et tres alii, *Saxaque per rup.* Barb. *Saxa per et rup.* Heins. suadet *Saxaque per, rupesque.*—614 Heidelb. *vidi procedere.*—616 In quibusdam *sonitusque ped. terrebat.* Deinde Heins. conj. *et urgens.*—619 Leid. *labore gravi.*—619 *Dictynna* octo vett. alii *Diana:* Pal. quartus *Dea casta.*—621 *Spissisque* multi vett. vulg. *sparsisque.*—623 Pr. Pal. *et ignaram.* Genev.

NOTÆ

607 *Orchomenon*] Arcadicam, scilicet; nam alia est urbs ejusdem nominis in Bœotia.

Psophidaque] Plures fuerunt eo nomine urbes: Arcadicam intellige.

Cyllenenque] Cyllenen, Mænalon, et Erimanthon Arcadiæ montes esse jam sæpe diximus.

619 *Dictynna*] Diana; quæ unde hoc nomen habuerit vide supra l. II. vs. 441.

623 *Amnis*] Alpheus, scilicet.

Bisque locum, quo me Dea texerat, inscius ambit:
Et bis, Io Arethusa, Io Arethusa, vocavit.
Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ est,
Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum, nullosque audet dare corpore motus?
Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit
Longius ire pedum: servat nubemque locumque.
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus;
Cæruleæque cadunt toto de corpore guttæ.
Quaque pedem movi, manat lacus: eque capillis
Ros cadit: et citius, quam nunc tibi facta renarro,
In laticem mutor. Sed enim cognoscit amatas
Amnis aquas, positoque viri, quod sumserat, ore,
Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
Delia rumpit humum. Cæcis ego mersa cavernis
Advehor Ortygiam: quæ me, cognomine Divæ
Grata meæ, superas eduxit prima sub auras.

circum inanem nubem: et ignarus bis circuit locum quo Dea me occultaverat, et bis clamavit, Io Arethusa, Io Arethusa. Quid tunc fuit animi mihi miseræ? anne quod agnæ est, si quæ audit lupos rabidos circum excelsa stabula? aut lepori, qui tectus dumetis videt rictus inimicos canum, neque ullo modo audet movere corpus? Non tamen abit longius; nam nulla cernit signa pedum longius. Custodit et nubem et locum. Sudor gelidus corripit mea membra circumclusa, et guttæ cæruleæ fluunt de toto corpore. Et qua pedem intuli, stagnum oritur; atque ros fluit ex coma; et velocius quam nunc tibi refero fata vertor in aquam. Sed enim fluvius cognoscit latices dilectos, et vultu viri omisso, quem induerat, mutatur in suas aquas, ut misceat se mihi. Diana aperit terram: ego absorpta nigris antris appello ad Ortygiam, quæ grata cognomine Deæ meæ prima eduxit me sub auras superas.

nub. fertur.—626 In Berolin. omitt. *est.*—627 Mss. Bersm. *Inp. vidit.*—629 Lov. et tres alii *corp. saltus.*—631 *Ire* Heinsio placet, quod in nonnullis vett. extat: vulg. *ulla.*—633 Berolin. *tecto de corp.*—634 Jun. et Med. unus *ped. moveo.* Pro vulg. *locus*, Heins. ex plurimis vett. reposuit *lacus.*—635 Alii cum Heins. *fata ren.*—636 Berolin. et Heidelb. *In latices.* In uno Ciofani *lat. vertor;* Gron. *mittor.* Deinde in Berolin. *cogn. amatque.*—639 Alii *cæcisque ego mers.* Gron. Lov. et Bas. *cæcisque immersa.*—641 Gron. pro var. lect. *Orta meæ.* In duobus V. uno Ciofani, Cælest. et Abbat. *Grata mihi.* Deinde Heins.

NOTÆ

639 *Delia*] Diana, in Delo insula nata.

640 *Ortygiam*] Quam supra insulam diximus, primo ponte, deinde aggeribus Siciliæ commissam.

Cognomine] Dicta est nempe Diana Ortygia ab insula Delo; cui quidem insulæ, a coturnicum copia, Ortygiæ nomen apud Græcos.

Fab. XI. Lyncus Rex in Lyncem.

Triptolemus a Cerere fruges dividendas accepit per terras, currumque draconibus junctum cum fecisset, novissime delatus est in Scythiam, et a Lynco rege exceptus hospitio. Cui cum exposuisset qualiter a Dea esset honoratus, invidia honoris instinctus, dormientem ut interficeret aggressus est. Dea nuntii sui memor, ut, quem divini honoris dignum habuerat, conservaret, antequam occideretur, hospitem in lyncem feram convertit.

Hac Arethusa tenus. Geminos Dea fertilis angues
Curribus admovit; frænisque coërcuit ora:
Et medium cœli terræque per aëra vecta est:
Atque levem currum Tritonida misit in arcem
Triptolemo; partimque rudi data semina jussit
Spargere humo, partim post tempora longa recultæ.

xi. *Hac usque Arethusa. Dea frugum adjunxit geminos serpentes currui, et compescuit* eorum *ora frænis, et ablata est per aërem medium cœli et terræ: et misit Triptolemo levem currum in arcem Tritonidem; et imperavit mandare data semina partim terræ novæ, partim iteratæ post longum spatium. Jam adolescens*

malit *educit*.—611 In pr. Gron. *aëra fertur:* in altero, et Bonon. *mota est*.—615 *Arcem* tres scripti; vulgo *urbem*.—617 Unus Med. *long. relictæ;* alius

NOTÆ

612 *Dea*] Ceres, quæ frugum Dea.

Angues] Quibus ejus trahi currum volucrunt poëtæ, non tam propter signiferi circuli obliquitatem, quem dum Sol percurrit, semina ex terra excitat, et fruges ad maturitatem perducit, uti quidem nonnulli hanc fabulam exposuerunt, quam virtutis germinandi et crescendi ratione habita; qua quidem virtute paulatim serpente et sese explicante multiplicari omnia intelligimus.

615 *Tritonida*] Athenas dicit, quæ a Pallade Tritonia, seu ad Tritonem paludem nata, hoc nomen acceperunt.

616 *Triptolemo*] Hic Eleusii cujusdam, vel, ut aliis placet, Celei fuit filius, quem sationis et totam panificii artem Cererem ideo voluit docuisse, quod ab ejus patre, dum Proserpinam filiam quæreret, benigne hospitio exceptus fuisset. Sed prolixa est de eo fabula, cujus sensum qui penitius rimari cupiet, Natalis Comitis inspiciat mythologiam, ex qua jucundæ eruditionis plurima carpere poterit.

Rudi] Utpote antea incultæ.

617 *Partim post*] Postquam nempe per anni spatium ager requieverit, et denuo cultus fuerit.

Jam super Europen sublimis et Asida terras
Vectus erat juvenis; Scythicas advertitur oras.
Rex ibi Lyncus erat. Regis subit ille penates.
Qua veniat, causamque viæ, nomenque rogatus,
Et patriam: Patria est claræ mihi, dixit, Athenæ,
Triptolemus nomen. Veni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi pervius æther.
Dona fero Cereris; latos quæ sparsa per agros
Frugiferas messes alimentaque mitia reddant.
Barbarus invidit: tantique ut muneris auctor
Ipse sit, hospitio recipit: somnoque gravatum
Aggreditur ferro. Conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: rursusque per aëra misit
Mopsopium juvenem sacros agitare jugales.
Finierat dictos e nobis maxima cantus.
At Nymphæ vicisse Deas, Helicona colentes,

excelsus prætcrierat Europam et Asiam, appulit ad terras Scythicas. Ibi regnabat Lyncus. Ille ingreditur domum regis. Interrogatus unde veniat, et quæ sit causa itineris, et quod sit nomen, et quæ sit patria, Patria, inquit, est mihi celebres Athenæ, nomen Triptolemus. Neque accessi navi per aquas, neque pede per terras: aër mihi apertus est. Porto munera Cereris, quæ jacta per vastos campos proferant messes frugiferas, et cibos dulces. Barbarus invidit, et ut ipse sit auctor tanti doni excipit hospitio, et invadit ense somno pressum. Ceres mutavit in lyncem illum *aggressum fodere pectus; et denuo jussit Mopsopium adolescentem agere sacros dracones per aërem. Maxima e nobis absolverat cantus memoratos. At Nymphæ dixerunt*

---

refectæ; unus Heins. *recondi.*—648 Nonnulli *Europam...terram.*—649 *Scy. advertit in or.*—651 Fl. V. et unus Gron. *Quid ven.*—652 Heidelb. *dicit* pro *dixit.*—654 Idem *perv. aër.*—660 *Misit* reposuit Heins. ex Fragm. Voss. Jun. et aliis: vulg. *jussit.*—662 *Dictos* pr. Pal. pr. Med. aliique complures:

NOTÆ

648 *Asida*] Asiam dicit minorem; nam majoris partem tenent Scythæ.

649 *Jurenis*] Triptolemus, cui ideo currum suum Ceres tradiderat, ut per varias gentes artem, quam ab ea didicerat, claram faceret.

660 *Lynca*] Accusativus Græcus est: lynx enim dicitur genus quoddam cervi, visu acutissimo, et maculis distincto tergore, cujusmodi Bacchi currum trahunt.

661 *Mopsopium*] Atheniensem. Mopsopiæ enim a Mopsopo rege Athenæ dictæ, quæ et ab aliis alia nomina acceperunt.

Jugales] Dracones dicit, quibus Triptolemi currus trahebatur.

662 *Nobis*] Musis, scilicet; quas supra versu 337. pro se respondendi curam adversus Pieri filias Calliopæ Musarum maximæ et præstantissimæ commisisse vidimus.

663 *Nymphæ*] Quas judices elegerant Musæ, itemque Pieri filiæ.

Concordi dixere sono. Convicia victæ
Cum jacerent, Quoniam, dixit, certamine vobis
Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpæ
Additis, et non est patientia libera nobis;
Ibimus in pœnas: et, quo vocat ira, sequemur.
Rident Emathides, spernuntque minacia verba;
Conatæque loqui, et magno clamore protervas
Intentare manus, pennas exire per ungues
Aspexere suos, operiri brachia plumis:
Alteraque alterius rigido concrescere rostro
Ora vident, volucresque novas accedere sylvis.
Dumque volunt plangi; per brachia mota levatæ
Aëre pendebant, nemorum convicia, picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
Raucaque garrulitas, studiumque immane loquendi.

una voce Deas incolentes Heliconem vicisse. Cum victæ maledictis insurgerent, Quandoquidem, inquit, leve est vobis dignas esse pœna per certamen, et augetis delictum conviciis, neque securæ sumus a vobis, confugiemus ad supplicia, et ibimus qua dolor suadet. Emathides irrident, et contemnunt minas; et cum niterentur loqui, et immittere manus petulantes cum ingenti vociferatione, viderunt plumas prodire per ungues suos, et lacertos tegi pennis: et cernunt invicem vultus extendi in durum rostrum, et accedere novas aves sylvis. Et dum cupiunt percutere pectora, sublatæ per lacertos agitatos pendebant picæ in aëre convicia et jurgia sylvarum. Nunc etiam antiqua eloquentia superest in avibus, et aspera loquacitas, et desiderium pertinax loquendi.

ceteri *doctos*.—664 *Jacerent* meliores, teste Heins. alii *facerent*.—667 Berolin. *lib. vobis*.—668 Alii *qua voc.* Barb. etiam *ira, feremur*.—669 In *Emathides* variant Codd. Quidam *Pœonides*, vel *Anipedes*, *Enipedes*, *Athipedes*, *Athides*, *Athiades*, &c.—671 Berolin. *pennasque*.—672 Idem *brach. pennis*.—673 Lov. *occallescere rostro*.—674 *Vident* ex altero Erfurt. Heinsius *invexit*; alii *videt*. —675 Vulg. *Plangere* (unus Ciofani *plaudere*) *dumque vol*.—677 Quatuor scripti *facund. prima*.—678 In uno Ciofani, V. et Abbat. *studiumque inane loq.* sed obstat metrum; nisi quis mallet *e* in *que* non elidi. Post hunc versum in uno V. hic alius legitur *Semper et humanas imitantur in omnia voces.*

NOTÆ

Helicona colentes] Musæ, scilicet, ut sæpe dictum.

669 *Emathides*] Pieri filiæ, ab Emathia regione, de qua ipsæ supra.

675 *Plangi*] Dolentium more; qui pectus manibus percutiunt.

676 *Nemorum convicia*] Quia jam procul a Musis convicia jactabant, jactare tamen etiamnum videntur.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER VI.

Fab. I. Minerva in Anum.

Arachne Lydia, Idmonis filia, cujus mater genita Hypæpis studio lanificii famam quæsierat, cum materna industria cunctas præcessisset in opere faciendo, festis diebus insolentius gloriabunda, quam mortalem decuit, elocuta est. Nam Minervam, a qua docta fuerat, ad certamen provocavit. Quæ in anum versa, in hoc ad eam venerat, ut ejus audaciæ impetum odio futurum compesceret. Quam cum in certaminis proposito vidisset permanentem, reversa in suam speciem, opere proposito in certamen descendit, et singula, quæ sequuntur, inseruerunt telæ; prior Minerva, dehinc Arachne.

Quæ in Minervæ tela picta.

Minerva incipit. Itaque telæ suæ intexuit contentionem Athenarum inter se Neptunumque habitam; qui lacu salso* in arce edito suam possessionem vindicabat: ipsa oliva arbore a se inventa. Item Rhodopen Threiciam, et Hæmum, qui pari insania amore conjugii Jovis et Junonis abusi erant nominibus, in montes transfiguratos. Item Pygantem casu ab Junone in gruem versam. Item Antigonen Laomedontis filiam, quæ cum Jove coisset, ob admissum Juno eam transfiguravit in ciconiam. Item Cinyræ regis Assyriorum præterea filias ob insolentiam ab eadem Dea in graduum templi sui lapidem mutatas; per quæ exempla frangi posset de Minervæ numine; finemque operis sui explicuit. Is modus est, et facit arbore finem sua.

Quæ in Arachnes tela picta.

Arachne autem, ut videretur per opera respondisse contentioni, telæ suæ intexuit Jovem in taurum versum ob Europæ amorem. Eundem fecit in

aquilam conversum, ut comprimeret Asterien. Eundem in olorem, ut Ledam Thestii filiam comprimeret. Eundem in Satyrum, ut Nycteida Nyctei filiam comprimeret. Eundem in Amphitryona, ut Alcmenam Electryonis filiam comprimeret. Eundem in aurum, ut Danaën Acrisii filiam comprimeret: in ignem, ut Asopidam. Duo sensus isti in uno versu continentur. Eundem in pastorem, ut Mnemosynen comprimeret: in serpentem, ut Deoidam. Et hi duo sensus in unum versum veniunt. Neptuni etiam cupiditatem inserit, ita ut doceret eum in juvencum esse mutatum, ut Æoli filiam stupraret: in amnem Enipeum, ut Æoli uxorem; in arietem, ut Bisaltidam comprimeret. Hi tres sensus in tribus versibus, aliter cadere non possunt. Eundem in equum, ut Cererem; in volucrem, ut Gorgonam Medusam, ex qua equus Pegasus proditur fuisse; in Delphinum, ut Melantho. Hi sensus continentur in tribus versibus. Apollinis præterea in eadem contentione amoris furta intexuit, indicans eum in accipitrem, interdum in leonem fuisse conversum; alias in pastorem, ut Issen Macarei filiam comprimeret. Liberum patrem quoque in uvam versum, ut Erigonen comprimeret. Saturnum præterea in equum versum, ut Phillyram Oceani filiam, ex qua Chironem Centaurum dicitur procreasse.

Præruerat dictis Tritonia talibus aurem;
Carminaque Aonidum, justamque probaverat iram.
Tum secum, Laudare parum est; laudemur et ipsæ:
Numina nec sperni sine pœna nostra sinamus.
Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes: 5
Quam sibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. Non illa loco, nec origine gentis
Clara, sed arte, fuit. Pater huic Colophonius Idmon

1. *Tritonia admoverat aurem ejusmodi sermonibus, et laudaverat versus Musarum, et justam iram. Tum apud se* dixit, *leve est celebrare, celebremur nos etiam; neque patiamur potestatem nostram contemni sine vindicta. Atque recordatur fatorum Arachnes Mæoniæ; quam didicerat sibi non cedere laudibus artis lanificæ. Illa non fuit illustris genere, neque origine familiæ, sed arte. Idmon Colophonius*

1 Heins. *aurem* ex uno Bernegg. ceteri *aures*.—3 Jun. *Cum sec.* multi *tunc;* unus Med. *Ut*.—5 Alii *Mæonidæque*. Unus Heins. *fat. incendit*. Quidam etiam scribunt *Aragnes*.—8 In *τῷ Idmon* quoque variant scripti: quidam

NOTÆ

5 *Mæoniæque*] Lydia est minoris Asiæ provincia inter Mysiam et Cariam, quam a Mæone fluvio Stephanus, a Rege alii sic dictam voluerunt.

Intendit animum] De Arachnes fatis verba facere cogitat.

6 *Non cedere*] Quanquam tamen, ut norunt omnes, non belli tantum, sed artium Dea est ipsa Pallas.

7 *Loco*] Pro parentibus posuit. *Origo* retro ad gentem et majores spectat.

8 *Colophonius*] Ex Colophone, Lydiæ urbe, Apollinis oraculo clara.

Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: sed et hæc de plebe, suoque
Æqua viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes
Quæsierat studio nomen memorabile; quamvis
Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpis.
Hujus ut aspicerent opus admirabile, sæpe
Deseruere sui Nymphæ vineta Tymoli:
Deseruere suas Nymphæ Pactolides undas.
Nec factas solum vestes spectare juvabat;
Tum quoque, cum fierent; tantus decor affuit arti.
Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes;
Seu digitis subigebat opus; repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu;
Sive levi teretem versabat pollice fusum;
Seu pingebat acu; scires a Pallade doctam.

ejus pater imbuebat murice Phocaico lanas bibulas. Mater mortua erat: sed illa quoque fuerat de vulgo, et marito suo æqualis. Illa tamen comparaverat magnam famam sua *arte per urbes Lydas, tametsi orta domo exigua,* et *maneret exiguis Hypæpis. Nymphæ destituerunt sæpe vineta sui Tymoli, ut viderent opus mirandum. Nymphæ Pactolides destituerunt suas undas. Neque gratum erat tantum inspicere intenta peristromata, tum etiam* gratum erat *cum fierent, tanta fuit artis elegantia. Sive digereret crudam lanam in primos glomos; seu emolliret opus digitis, et sæpius pecteret vellera imitantia nebulas diffuso tractu; seu verteret teretem fusum agili pollice; seu pingeret acu, cognosceres institutam a Minerva. Quod*

Ismon, Hysmon, Imon, Ethmon, Ithmon.—10 Gebhard. Crepund. III. 7. *Deciderat mat.*—11 Vulg. *Lydias tam.* alii autem *Lycias*, vel *Libyas.* In Med. et uno Mor. *ante per urb.*—13 In eodem Med. et Strozzæ *habitarat Hyp.* —15 Pro *vineta* quidam Codd. *dumeta, spineta, pineta.* Ciofanus etiam suadet *Tmoli*, quomodo Aldus edidit.—16 Leid. *Pact. amnes.*—18 Heins. hunc versum superiori præponendum putat, quod pro *Nec* multi Mss. *Non.*— 23 Unus R. *Seu levi;* ut sit a λεῖος· sed alter R. *Sive levem tereti.* Pro *versa-*

NOTÆ

9 *Phocaico*] Fuit Phocæa Æolidis civitas, non longe a Lydia, ubi alicujus nominis purpura conficiebatur.

Murice] Qui murex piscis fuit ex concharum genere, cujus sanguine lanæ purpureo colore inficiebantur.

11 *Illa*] Arachne scilicet, Idmonis filia.

12 *Studio*] Quod in lanificio fuit.

13 *Hypæpis*] Fuit Hypæpa, vel Hypæpæ, plur. numero, urbs Lydiæ, Veneri sacra, ad Tmolum montem posita.

16 *Pactolides*] Fuit Pactolus Lydiæ fluvius non longe a Tmolo, aureas arenas volvens, a quo Nymphæ Pactolides.

20 *Repetita*] Id est, Iterum atque iterum eo modo carminata, et in floccos protractos et cohærentes pexa, ut nubis speciem præberent.

23 *Scires*] Pro Cognoscere posses.

Quod tamen ipsa negat: tantaque offensa magistra,
Certet, ait, mecum; nihil est quod victa recusem.
Pallas anum simulat: falsosque in tempora canos
Addit, et infirmos baculo quoque sustinet artus.
Tum sic orsa loqui: Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: seris venit usus ab annis.
Consilium ne sperne meum. Tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima lanæ.
Cede Deæ: veniamque tuis temeraria dictis
Supplice voce roga: veniam dabit illa roganti.
Aspicit hanc torvis, inceptaque fila relinquit;
Vixque manum retinens, confessaque vultibus iram,
Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
Mentis inops, longaque venis confecta senecta:
Et nimium vixisse diu nocet. Audiat istas,
Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces:

tamen ipsa diffitetur, et læsa tanta magistra, Contendat, inquit, mecum; nihil est quod abnuam, siquidem discedam inferior. Minerva imitatur anum, atque assumit fictos canos in tempora, et fulcit quoque debilia membra scipione. Tum sic occepit loqui: Ætas prorectior non habet omnia quæ odio habeamus; experientia oritur ab annis ultimis. Ne contemnas meum monitum. Quære tibi laudem maximam in subigenda lana inter mortales: cede Deæ: et nimium audax ora verbis supplicibus ut ignoscat tuis sermonibus: illa ignoscet oranti. Intuetur hanc infensis oculis, atque omittit fila inchoata; et ægre compescens manus, et prodens iram ore, prosecuta est fictam Minervam hujusmodi oratione: Amens ades, et exhausta nimia senecta, et obest diutius vixisse. Si quam habes nurum, si quam habes filiam, audiat

---

bat unus *ducebat;* Gron. *vergebat.*—21 Leid. *Sed tam.*—26 Heidelb. *falsos,* omissa copula. Quidam *ad temp.* Med. unus, et alii, *in tempore.*—28 Urbin. *debilis ætas.*—31 Pro vulg. *lanæ* multi Codd. *telæ.*—34 Sprotii et alius *inceptaque.* Lov. et unus ex Bas. *fila remisit,* quod æque bonum judicat Heins. Sed Burm. notat, discrimen esse inter hæc duo; *remittere* enim locum habere tum, cum animi quadam affectione, languore aut simili casu, ex manu aliquid cadat; *relinquere* vero dici, cum sponte et volentes desinamus opus. Heidelb. *reliquit.*—37 Nonnulli *turbaque,* vel *gelidaq.* Berolin. cum uno Mor. *defessa*

NOTÆ

29 *Seris venit*] Quod maxime imperitis et temerariis adolescentibus notandum; qui vix tamen aliud, quam quod suo damno experti, credunt, bene monentium senum præcepta perinde contemnunt ac si veritas una cum illorum artubus tremeret et vacillaret.

36 *Obscuram*] Sub vetulæ larva latentem.

38 *Nocet*] Deliram dicit vetulam.

Istas] Ineptas, scilicet, quibus mihi opus non est.

Consilii satis est in me mihi: neve monendo
Profecisse putes; eadem sententia nobis.
Cur non ipsa venit? cur hæc certamina vitat?
Tum Dea, Venit, ait; formamque removit anilem;
Palladaque exhibuit. Venerantur numina Nymphæ,
Mygdonidesque nurus: sola est non territa virgo:
Sed tamen erubuit; subitusque invita notavit
Ora rubor: rursusque evanuit: ut solet aër
Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur;
Et breve post tempus candescere Solis ab ictu.
Perstat in incepto, stolidæque cupidine palmæ
In sua fata ruit. Neque enim Jove nata recusat:
Nec monet ulterius, nec jam certamina differt.
Haud mora; consistunt diversis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt stamine telas.
Tela jugo vincta est: stamen secernit arundo:

ista verba. Satis est mihi consilii in me: et ne credas promovisse quicquam *hortando, idem est nobis animus. Quamobrem ipsa non adest? quamobrem fugit has contentiones? Tum Dea, Adest, inquit; et deposuit figuram anilem; et ostendit Minervam. Nymphæ et puellæ Mygdonides colunt Deam, sola virgo non est commota. Sed tamen pudore suffusa est, et rubor repentinus invasit vultus invitos, rursusque discussus est; sicuti aër consuevit fieri rubicundus, cum primum stringitur Aurora, et post aliquod spatium albescere ab irradiatione Solis. Obfirmat se in incepto, et properat ad exitium suum stulto desiderio victoriæ; neque enim filia Jovis refugit; neque hortatur amplius; neque jam protrahit certamen. Sine cunctatione, utraque statuunt duas telas diverso loco; atque stabiliunt tenui stamine. Tela est alligata jugo: juncus dividit stamen: subtemen medium intexitur, radiis*

---

sen. unde Heins. *defecta.*—41 Pro *Profec.* Douza conj. *Nil fecisse.* Alii *cad. est sent.*—43 Duo Med. *form. amovit.*—44 Med. pr. *Pall. se exhib.*—45 Voss. et alii *Mæonidesque.* Meliores, teste Heins. *non terr.* alii *interrita.*—47 Heins. vult *Ora pudor;* nam *erubuit* jam præcessit.—49 Quidam Edd. et scripti *temp. candescit.* Multi Mss. *ab ictu;* quod Heins. placet; vulg. *ortu.*—50 Cant. *solitæque.*—51 Sec. Med. *fat. redit.* Multi etiam *nec jam Jov.*—53 Alii *constitunt div.* Mss. Bersm. *constiterunt.*—54 Pr. Gron. *tenues intend.*—55 *Vincta* N. Urbin. Bernegg. alii *juncta.* Duodecim etiam *secrevit arund.* unus *discer-*

NOTÆ

45 *Mygdonidesque*] Quæ ex Mygdonia Phrygiæ regiuncula, Lydiæ vicina, ad Arachnen convenerant.

51 *Jove nata*] Pallas, scilicet.

53 *Consistunt*] Alii *constituunt;* id est, operi sese accingentes ambæ, quæcumque opus erant, disponunt.

55 *Jugo*] Jugum dicitur in lanificio lignum illud teres, quo telæ stamen alligatur et involvitur. Totam vero texendæ telæ rationem deinceps subnectit poëta.

Arundo] Aut pecten ex arundine confectus.

Inseritur medium radiis subtemen acutis ;
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum
Percusso feriunt insecti pectine dentes.
Utraque festinant : cinctæque ad pectora vestes
Brachia docta movent, studio fallente laborem.
Illic et Tyrium quæ purpura sensit aënum
Texitur, et tenues parvi discriminis umbræ :
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus
Inficere ingenti longum curvamine cœlum :
In quo diversi niteant cum mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.
Usque adeo quod tangit idem est : tamen ultima distant.
Illic et lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce

oblongis ; quod digiti evolvunt ; atque dentes inserti percutiunt diffusum inter stamina, pectine icto. Ambæ properant : et habentes amictus collectos ad pectora, agitant peritos lacertos, affectu dissimulante laborem. Ibi et inscritur purpura quæ sensit aënum Tyrium, et umbræ leves minimæ differentiæ : qualis arcus solet colorare longam aëris partem vasto ambitu, solis radiis fractis a pluvia : in quo cum mille colores varii splendeant, tamen discrimen ipsum decipit oculos intuentes : usque adeo quod contiguum est idem est, tamen extrema differunt. Ibi etiam ductile aurum inseritur, et antiqua fabula effingitur in tela. Pallas describit collem Martis

---

nit ; alius *discrevit*.—56 Edd. fere omnes *subtegmen acut*.—58 In Dominic. *Perc. quatiunt :* Ms. Bersm. *spissant*. In uno etiam Ciofani, Berolin. et Cœlest. *inserti* pro *insecti*.—59 Fl. N. V. aliique *festinant ;* vulg. *festinat*. Gronov. *vinctæq. ad pect*. Burm. mallet *cincta...reste*. Quatuor etiam libri *a pectore*.—60 Alii *minuente lab*. Unus Cœlest. *min. labores*.—61 Multi vett. *purp. sentit*. Meliores, teste Heins. *percussis sol*. Jun. et alii *percussis nubibus*. Unus Bas. etiam pro *arcus* habet *Iris*.—66 Plurimi *Tr. ille :* Heins. conj. *inde*.

NOTÆ

56 *Radiis*] *Radius* dicitur instrumentum quo textores subtemen stamini inserunt. *Une navette.*

Subtemen] *La Trame.*

57 *Expediunt*] Inter staminis divisa fila, radii beneficio, celeriter curvere et aptari cognt.

59 *Cinctæ*] Cinctas habentes vestes. Græcismus.

61 *Aënum*] In quo lana purpureo colore imbuebatur. Laudatissimam vero fuisse Tyriam purpuram jam dictum sæpe.

62 *Tenues parvi*] Ex arte pictorum, quibus necesse per colorum levia discrimina imagines quasi ex umbris educere et oculis exponere.

63 *Qualis*] Iridis est descriptio, in qua per refractos in nube solis radios varii, vix tamen oculis diversi, emergunt colores.

Pingit, et antiquam de terræ nomine litem.
Bis sex cœlestes, medio Jove, sedibus altis
Augusta gravitate sedent. Sua quemque Deorum
Inscribit facies. Jovis est regalis imago.
Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
Exsiluisse ferum ; quo pignore vindicet urbem.
At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam :
Dat galeam capiti : defenditur ægide pectus :
Percussamque sua simulat de cuspide terram
Prodere cum baccis fœtum canentis olivæ ;
Mirarique Deos. Operi victoria finis.
Ut tamen exemplis intelligat æmula laudis,

in arce Cecropia, et vetus dissidium de nomine terræ. Duodecim Dii sedent cum augusta gravitate in sedibus excelsis, Jove medio. Suus vultus exprimit quemque Deorum. Facies Jovis est regia. Facit Deum maris stantem, et percutientem longo tridente duram rupem, et equum prodeuntem ex media fissura rupis, quo munere suam faciat urbem. At aptat sibi scutum, aptat hastam mucronis acuti, aptat galeam capiti : pectus tegitur ægide. Atque fingit terram ictam sua hasta edere fœtum albæ olivæ cum baccis : et Deos admirari. Victoria sua *finis operis. Ut tamen invida honoris cognoscat exemplis quam mercedem possit animo præsumere*

—68 Maxima pars scriptorum *fil. intexitur ;* quatuor *innectitur.*—75 Unus ex Leid. *Nare De.*—77 In Pal. *Exiliisse,* in Cod. Menard. *Exhibuisse, fer.* Multi quoque et Mss. et Edd. pro *ferum* habent *fretum.*—81 Berolin. et alii, *Edere cum bac. O. fœtus ;* unus *fructus ;* tres *fructum ;* Bonon. *ramum.* Hic quoque *frondentis oliv.* plurimi *candentis,* unus *pallentis.*—82 *Operi* tert. Med. sec.

NOTÆ

70 *Cecropia*] Atheniensi, a Cecrope Athenarum rege.

Scopulum] Per Martis scopulum Areopagum intellige, (nam illa est hujus vocis interpretatio,) quo in loco Mars apud 12. Deos de cæde Halirrhotii causam dixit, accusante hujus patre Neptuno : ubi et deinceps Areopagitæ judices severissimi maxima cum integritate de causis capitalibus pronuntiaverunt.

71 *Antiquam*] Quæ inter Neptunum et Palladem mota, utri Cecropiæ urbi nomen imponere jus esset, decreta ante a Diis, ut qui humano generi rem commodiorem invenisset, ille urbi nomen imponeret : in quo quidem certamine vicit Minerva, utpote quæ olivam, equo a Neptuno producto, munus hominibus magis acceptum protulit ; unde et Athenis nomen suum imposuit.

77 *Ferum*] Equum, quem protulisse Neptunum ut suam grato munere urbem vindicaret, modo monnimus.

78 *At sibi*] Ipsa Pallas sese, ut vulgo etiamnum solent pictores, cum hasta, galea et ægide, in tela finxerat.

Quod pretium speret pro tam furialibus ausis;
Quatuor in partes certamina quatuor addit,
Clara colore suo, brevibus distincta sigillis.
Threiciam Rhodopen habet angulus unus, et Hæmon;
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam;
Nomina summorum sibi qui tribuere Deorum.
Altera Pygmææ fatum miserabile matris
Pars habet. Hanc Juno victam certamine jussit
Esse gruem; populisque suis indicere bellum.
Pingit et Antigonen, ausam contendere quondam
Cum magni consorte Jovis; quam regia Juno
In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi,
Laomedonve pater, sumtis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

pro inceptis tam insanis; adjecit in quatuor angulos quatuor certamina conspicua colore suo, efficta parvis figuris. Una pars habet Rhodopen Thraciam, et Hæmum, nunc montes frigidos, olim corpora mortalia, qui sibi dederunt nomina supremorum Deorum. Alter angulus refert fatum luctuosum matris Pygmææ. Juno imperavit hanc superatum certamine esse gruem, et inferre bellum suis populis. Fingit quoque Antigonen non veritam certare olim cum conjuge magni Jovis, quam Juno regia mutavit in alitem; neque Troja illi opem tulit, neque Laomedon, quin acceptis pennis ipsa alba ciconia sibi plaudat rostro crepitante. Solus angulus qui restat habet

Mor. et unus Heins. alii *operis.*—83 Genev. *æmul. dictis.*—87 Decem vett. *Hæmon;* vulg. *Hæmum.*—89 Med. et duo alii *Numina summ.* Lov. *Omnia.*—93 Meliores, teste Heins. *Pingit;* vulg. *Pinxit:* Bernegg. et unus Bas. *Finxit.*—95 In uno Ciofani *prof. Ilios.*—96 Gron. *Laom. suus.* Unus etiam

NOTÆ

86 *Sigillis*] In telæ quatuor angulis, quasi appendicis loco, minoribus figuris pinxerat Pallas quæ recenset poëta.

87 *Rhodopen*] Strymonis fuit filia, quam Hæmus rex Thraciæ duxit uxorem. Hanc vero ille Junonem suam; Jovem summa illa Hæmum appellabat: quare in montes mutati.

90 *Pygmææ*] Hanc fabulam ex Athenæo optime sic retraxit clariss. Farnabius. Gerana matrona a populariibus suis Pygmæis pro numine culta Deos præ se contemsit, Junonem maxime et Dianam; quarum indignatione in gruem est conversa, infestissimam Pygmæis hostem, qui illam venerati fuerant. Pygmæos quod attinet, alii in India, in Arabia alii, alii alibi collocaverunt, homunculos non ultra duos pedes altos, multis, mihi quidem, fabulosos, quos cum gruibus bellum gerere voluerunt poëtæ.

93 *Antigonen*] Fuit hæc Laomedontis filia, quam spretæ formæ dolore Juno in ciconiam mutavit.

Qui superest solus Cinyran habet angulus orbum :
Isque gradus templi, natarum membra suarum,
Amplectens, saxoque jacens, lacrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus est ; operique sua facit arbore finem.
Mæonis elusam designat imagine tauri
Europen : verum taurum, freta vera putares.
Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas, tactumque vereri
Assilientis aquæ ; timidasque reducere plantas.
Fecit et Asterien aquila luctante teneri :
Fecit olorinis Ledan recubare sub alis :
Addidit, ut Satyri celatus imagine pulchram

Cinyran filiabus *privatum : atque is amplectens gradus templi* qui ante fuerant *artus suarum filiarum, et stratus in petra, videtur flere. Cingit ultimas oras oleis paciferis. Is fuit finis ; atque absolvit opus sua arbore. Mæonia* Arachne *pingit Europam deceptam forma tauri : arbitraveris verum taurum, crederes vera maria. Ipsa videbatur respicere terras desertas, et vocare suas æquales, et timere tactum aquæ affluentis, et retrahere plantas pavidas. Finxit quoque Asterien corripi ab aquila certante : finxit Ledam stratam sub alis cycni. Adjecit, ut Jupiter tectus*

Heins. *subitis quin.*—101 Cant. *ole. baccalibus*, et ita conjecerat Gronovius : Jun. *bacaribus ;* Berolin. *pacatibus.*—102 Heidelb. *operisque.*—104 *Europen* duo Codd. alii *Europam.*—105 Barb. *sper. paternas.*—107 *Reducere* pr. V. Med. unus ex optimis, et decem alii ; multi etiam ex vett. *reeludere ;* alii *recondere.*

NOTÆ

98 *Cinyran*] Fuit hic Assyriorum rex, (ab illo diversus, quem supra vidimus Myrrhæ parentem) qui filias habuit pulcherrimas, atque adeo de more superbia ferocissimas cum Junone de forma contendere ausas. Eas indignata Dea in sui templi gradus, patrem frigida filiarum corpora amplectentem in saxum mutavit.

101 *Circuit*] Mansit hodieque mos idem, ut ad aulæorum seu peristromatum oras, serta et corollæ, aut ejusmodi leviora, adjiciantur.

Pacalibus] Pacem significantibus, et conciliantibus, quam quidem Pallas sapientia sua, magis quam armis, inter furentes solet constituere.

103 *Mæonis*] Arachne Lydia, de qua supra.

104 *Europen*] Quam Agenoris filiam supra in Taurum mutatum Jovem rapuisse et in Cretam avexisse legimus.

108 *Asterien*] Fuit hæc Cœi Titanis filia, quam, Deorum miseratione in coturnicem mutatam, Jupiter ante amatam sub aquilæ forma rapuit.

109 *Olorinis*] Jovis in cycnum mutati, qui ut Ledam Tyndari uxorem violaret eam formam induisse dicitur ; quam fabulam supra, non uno loco, vidimus.

Jupiter implerit gemino Nycteida fœtu:
Amphitryon fuerit, cum te, Tirynthia, cepit;
Aureus ut Danaën, Asopida luserit igneus;
Mnemosynen pastor: varius Deoida serpens.
Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco
Virgine in Æolia posuit. Tu visus Enipeus
Gignis Aloidas, aries Bisaltida fallis.

specie Satyri gravidam fecerit formosam Nyctæi filiam gemello fœtu: ut fuerit Amphitryon, cum Tirynthia te cepit: ut aureus fefellerit Danaën, igneus Asopi filiam; pastor Mnemosynen, anguis versicolor Proserpinam. Pinxit te etiam, Neptune, versum in juvencum ferum pro virgine Æolia. Tu visus Enipeus gignis

—109 *Ledan* Cant. alii *Ledam.*—110 Alii *imag. pulchra.*—112 Bothius, Vindic. Ovid. corr. *Amphitryo ut fuer.*—113 In N. et sec. Med. *igneus:* alii *ignis.*—114 In quibusdam *variusque.* Alii etiam *Deolida* scribunt.—116 Alii *Enipheus.*—117 In quibusdam *Gign. et.* Alii etiam *Æolidas,* et *Bisulpida.*—

NOTÆ

111 *Nycteida*] Antiopen dicit, Nyctei filiam, Lyci Thebanorum regis uxorem, quæ Jovi Zethum et Amphionem peperit.

112 *Amphitryon*] Fuit hic princeps Thebanus, cujus formam, cum foris militaret, Jupiter ut Alcmena ejus uxore potiretur, sibi aptavit: quo quidem ex concubitu natus Hercules.

Tirynthia] Alcmena est, quæ a Tirynthe urbe Argis vicina, in qua educatus Hercules, hoc nomen habuit.

113 *Aureus*] Decantatissima hæc est fabula Jovis in imbrem aureum mutati, ut in Danaës Persei matris gremium veniret.

Asopida] Ægina est Asopi Bœotiæ regis filia, quam in ignem (impurissimum certe) mutatus Jupiter compressit; ex qua Æacum suscepit.

114 *Mnemosynen*] Nympha fuit, quam Latine *Memoriam* dixeris, ex qua novem Musas suscepisse Jovem ideo voluerunt poëtæ, quod memoriæ beneficio scientiæ omnes comparentur et conserventur.

Varius] Utpote qui in sinus et orbes sese porrigat: vel potius, quia maculis distinctus.

Deoida] Proserpinam dicit Cereris filiam, quam quidem Cererem Græci Δηὼ appellavernnt, unde *Deois* patronymicum.

116 *Æolia*] Arne Æoli filia, de qua Diodorus, Æoli et Bœti matre.

Enipeus] Fluvius est Thessaliæ, cujus sub specie Neptunus Tyro Salmonei filiam, illius fluvii amore captam, compressit; unde Pelias et Neleus nati.

117 *Aloidas*] Othum dicit et Ephialten, Neptuni ex Iphimedia, Aloëi gigantis conjuge, filios. Fabulas vero confudisse videtur poëta, qui tacita qua Iphimediam Neptunus compressit, sub Enipei forma compressisse indicare videtur. Adeoque distinctione opus.

Bisaltida] Theophane est, Bisaltidis filia, de qua Hyginus fab. 188. arietis illius mater qui Phryxum in Colchos vexit.

Et te, flava comas, frugum mitissima Mater,
Sensit equum; te sensit avem crinita colubris
Mater equi volucris: sensit Delphina Melantho.
Omnibus his faciemque suam, faciemque locorum
Reddidit. Est illic agrestis imagine Phœbus:
Utque modo accipitris pennas, modo terga leonis
Gesserit: ut pastor Macareida luserit Issen.
Liber ut Erigonen falsa deceperit uva:

Aloidas: aries ludis Bisaltida. Alma mater frugum comam gerens flavam sensit te equum: mater equi alati comam gerens serpentibus horridam te sensit alitem: Melantho sensit Delphinum. Dedit his omnibus et imaginem suam et imaginem locorum. Ibi est Apollo specie rusticus: atque ut habuerit modo pennas accipitris, modo dorsum leonis; ut pastor fefellerit Issen Macarei filiam.

118 Pr. Erfurt. et tres alii *At te.*—119 *Avem* Urbin. N. et sec. Med. *volucrem* Fl. opt. pr. Hamburg. et unus Heinsii; vulg. *equum.*—122 Scripti vett. et Edd. *Reddidit;* Jun. et unus Med. *Addidit.*—124 Unus Mor. *past. Micaleida;*

NOTÆ

118 *Frugum*] Ceres est, quæ Neptuni fugiens insidias in equam mutata, ab ipso, equo facto, vim passa est: quo ex concubitu equumne, nomine Arionem, an filiam, quam nominare nefas, Ceres pepererit, incertum.

119 *Crinita*] Medusa est, quam in Palladis templo Neptunus compressit; quamobrem irata Dea crines, quibus maxime placuerat, in angues transmutavit. Atque hinc natum Pegasum, alatum equum nonnulli tradunt; quanquam ex ejusdem Medusæ sanguine cretum volunt alii, quo tempore ejus caput Perseus abscidit.

120 *Melantho*] Hanc alii Protei, Deucalionis alii filiam scriptitarunt, cui diversi nominis filium tribuerunt. Quarum quidem vanarum et ineptarum fabularum accuratam cognitionem, magno, ut solent nonnulli, conatu exquirere, usque adeo ridiculum Christianoque homine præsertim indignum judico, ut vix aliud ex meo labore sperem compendium, quam ut ab ejusmodi deliriis deliros alios, quantum queo, ego quem jam diu quisquiliarum hujusmodi piget, pœnitet, pudet, tædet, ad Veritatem æternam revocem.

122 *Illic*] In Arachnes tela depictum, scilicet.

Agrestis] Cum Admeti pavit armenta; quod supra l. II. vidimus. Alias Phœbi transmutationes, de quibus Poëta, vix alibi reperiri posse testati sunt viri docti; quas nedum ego parcissimus fabularum indagator eruerim.

124 *Issen*] Hanc Lesbiam fuisse, ejus Macarei filiam de quo Diodorus, qui Jovis et Cyrenes fuit filius, Mycillus arbitratus est.

125 *Erigonen*] Icarii fuit filia, quem vini usum vitisque propagandæ rationem Liber pater edocuit, ut refert Hyginus.

Ut Saturnus equo geminum Chirona crearit.
Ultima pars telæ, tenui circumdata limbo,
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Fab. II. Arachne in Araneam.

Postquam Arachne, ordinata tela, contumeliose a Dea percussa esset, suspendio se affecit. Sed in ultimo casu, propter studium, quod a Dea acceperat, in araneam versa est, ut opere inutili nullum sui effectum capere posset. Plura vero opera Arachnes poëta retulit fuisse, quam Minervæ; ut hanc scientia artis, quæ potior est, illam labore contendisse demonstraret.

Non illud Pallas, non illud carpere Livor
Possit opus. Doluit successu flava virago:
Et rupit pictas, cœlestia crimina, vestes.
Utque Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter quater Idmoniæ frontem percussit Arachnes.
Non tulit infelix: laqueoque animosa ligavit
Guttura. Pendentem Pallas miserata levavit:
Atque ita, Vive quidem, pende tamen, improba, dixit:

Ut Bacchus luserit Erigonen ficta uva: ut Saturnus genuerit Chironem duplicem equo. Extrema pars telæ cincta exiguo limbo continet flores insertos hederis flexilibus.

11. *Neque Minerva, neque Invidia possit improbare illud opus. Flava virago ingemuit successu, et laceravit telam pictam cœlestia crimina. Atque ut tractabat radium de monte Cytoriaco, percussit ter quater frontem Arachnes Idmoniæ. Misera non passa est; et cordata pressit* suum *jugulum laqueo. Minerva miserata sublevavit pendentem; atque, inquit, Vita fruere equidem, attamen pende: et ne sis*

Lov. *Prochareida.*—130 Sprotii Cod. *dol. successus.*—131 Pro *crim.* Heins. conj. *carmina*, vel *stamina*, vel *tegmina.*—132 Alii scribunt *Cyteriaco*, vel *Citheriaco.*—135 Pro *lev.* Heins. malit *ligatur.*—136 Cant. pr. Bas. et sex alii

NOTÆ

126 *Equo*] Cujus formam, interveniente Ope conjunge, quo tempore cum Philyra Oceani filia rem haberet, Saturnus assumsit: unde et filius Chiron parte anteriore hominis, posteriore equi, formam referebat.

130 *Flava*] Pallas, scilicet.

131 *Cœlestia*] Id est, quæ Deorum adulteria ab Arachne picta haberent.

132 *Cytoriaco*] Pro buxeo posuit, a Cytoro Galatiæ monte buxo abundante, ut ante dictum.

Lexque eadem pœnæ, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, serisque nepotibus esto.
Post ea discedens succis Hecateidos herbæ
Spargit: et extemplo tristi medicamine tactæ
Defluxere comæ: cumque his et naris et auris.
Fitque caput minimum, totoque in corpore parva est.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cetera venter habet: de quo tamen illa remittit
Stamen, et antiquas exercet aranea telas.

Fab. III.

Niobe Tantali Sipylo Lydiæ orta, ob insolentiam, Apollinis ac Dianæ numen experta est. Nam ex Amphione septem filiis totidemque virginibus editis dum comitata gauderet, et quodam tempore Manto Tiresiæ filia responso monuisset Thebanos, ut Latonæ et liberis ejus per preces thura redderent, sola extitit quæ sacrificio interesse noluerit; prædicans potentiorem se numine Deæ ac liberis ejus esse. Itaque oratione instincta Latona, questa cum filiis, quod suarum injuriarum ultores non existerent. Confestim itaque Apollo et Diana, tecti nubibus, ut præceperat genitrix, Thebas venerunt, ac Niobes filios, cum in campo equis exercerentur, sagittis necaverunt. Quorum nomina hæc sunt, Ismenus, Sipylus, Phædimus, Tantalus, Alphenor, Damasichthon, Ilioneus. Pater Amphion post necem filiorum ferro se interfecit. Nec minor violentia desiit esse Niobes: quod Diana indigne tulit. Nam virgines pari calamitate affecit. Vita novissime Niobe flens decessit, turbineque ventorum in patriam Sipylum delata est, cessitque in silicem voluntate Apollinis et Dianæ.

Lydia tota fremit: Phrygiæque per oppida facti

secura futuri, lex sit eadem tuæ progenici, et ultimis nepotibus. Dein proficiscens inficit succo herbæ Hecateidos: et statim capilli infecti noxio veneno, cumque his nasus et auris deciderunt: atque caput fit minimum parvæ etiam toto corpore. Digiti tennes manent in latere pro pedibus. Alvus habet reliqua: ex qua tamen illa educit stamen, et aranea texit veteres telas.

III. *Tota Lydia fremit, et fama monstri currit per urbes Phrygiæ, et retinet*

---

pendens tam.—137 Leid. *ne sis pœn.* et *futuræ* Med. et Bas. unde Heins. *ne sis pœn. sec. futuræ.*—139 Schepperus conj. *Oraque discedens...herbis.*—140 Alii *Sparsit et.*—141 In quibusdam *cum quis et n. et aures.* Heins. suadet *cumq. his;* deditque *auris* ex melioribus.—142 In nonnullis *toto quoque corp.* Tò *est* in multis non apparet.—144 Heins. conj. *vent. obit.*—146 Thysii Cod. *Phrygies-*

NOTÆ

138 *Generi*] Illis omnibus, qui ex te nascentur.

139 *Hecateidos*] Aconiti, quod ab Hecate filia Persæ inventum primo scripsit Diodorus.

148 *Illam*] Arachnen scilicet, ut

Rumor it, et magnum sermonibus occupat orbem.
Ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,
Tum cum Mæoniam virgo Sipylumque colebat.
Nec tamen admonita est pœna popularis Arachnes
Cedere Cœlitibus, verbisque minoribus uti.
Multa dabant animos. Sed enim nec conjugis artes,
Nec genus amborum, magnique potentia regni,
Sic placuere illi, quamvis ea cuncta placebant,
Ut sua progenies: et felicissima matrum
Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.
Nam sata Tiresia, venturi præscia, Manto
Per medias fuerat, divino concita motu,
Vaticinata vias: Ismenides, ite frequentes,
Et date Latonæ, Latonigenisque duobus,

magnum orbem narrationibus. Niobe cognoverat illam ante nuptias suas, tum cum virgo habitabat Sipyli et in Mæonia. Neque tamen est docta pœna popularis Arachnes cedere Diis, et loqui modestius. Multa augebant fastus. Verum neque artes mariti, neque stirps utriusque, et vires magni regni tam placuerunt illi, quamvis ea omnia placebant, ut sua soboles: et Niobe dicta fuisset beatissima matrum, nisi visa fuisset sibi. Manto enim filia Tiresiæ fatidica, impulsa afflatu divino prædixerat per medias vias, Ismenides, ite omnes, et offerte pia thura Latonæ, et du-

---

que.—147 Heins. conj. *magnam s. o. urbem.* Alii etiam *rumoribus* pro *serm.*—149 Aliquot vett. *Siphylumque.* Heidelb. etiam *tenebat.*—152 *Artes* Fl. opt. pr. et sec. Med. aliique complures: ceteri *arces.*—154 *Nam placuere* Voss. unde Heins. *Tam.* Ms. Bersm. et septem alii *quamv. hæc;* unus Mor. *sua.*—157 Leid. et Grön. *sata Tiresiæ.*—158 Unus Mor. *conc. nutu.*—161 Multi Codd.

NOTÆ

pote popularem, quandoquidem Phrygiæ et Lydiæ imperitabat Tantalus Niobes pater.

149 *Sipylumque*] Fuit Sipylus montis et urbis nomen in Lydia.

152 *Conjugis*] Amphionis, scilicet, cujus virtutem politicam sic quoque celebravit Horatius: 'Dicitur Amphion, Thebanæ conditor arcis, Saxa movere sono testudinis,' &c.

153 *Genus*] Quod ad Jovem utrumque referebant, siquidem ille Tantalum Niobes patrem ex Plote, Amphionem ex Antiopa susceperat.

156 *Si non sibi*] Quam vero sæpissime omnique modo potentiæ, scientiæ, divitiarum, virtutis etiam sibi conscium esse, atque in iis gloriari, potius quam Deo gratiam solide acceptam referre, nocet.

157 *Tiresia*] Qui insignis vates fuit Thebanus, Everi filius.

159 *Ismenides*] Thebanæ fœminæ, ab Ismeno Bœotiæ fluvio sic dictæ.

160 *Latonæ*] Quæ Cœi Titanis fuit filia, ex qua Apollinem et Dianam Jupiter suscepit.

Cum prece thura pia: lauroque innectite crinem,
Ore meo Latona jubet. Paretur: et omnes
Thebaides jussis sua tempora frondibus ornant:
Thuraque dant sanctis, et verba precantia, flammis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,
Vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro:
Et, quantum ira sinit, formosa: movensque decoro
Cum capite immissos humerum per utrumque capillos
Constitit: utque oculos circumtulit alta superbos;
Quis furor auditos, inquit, præponere visis
Cœlestes? aut cur colitur Latona per aras;
Numen adhuc sine thure meum est? Mihi Tantalus auctor,
Cui licuit soli Superorum tangere mensas.
Pleiadum soror est genitrix mihi: maximus Atlas
Est avus, æthereum qui fert cervicibus axem:
Jupiter alter avus: socero quoque glorior illo.

plici ejus proli cum prece, atque inserite laurum comæ. Latona imperat meo ore. Obsequuntur, et omnes Thebaides decorant sua tempora ramis, et mittunt thura in sacros focos, et preces fundunt. En Niobe adest stipata populo comitum, insignis auro inserto vestibus Phrygiis, et pulchra quantum ira patitur, et agitans cum specioso capite comam sparsam per utrumque humerum. Constitit, et postquam excelsa circumjecit oculos superbia elatos, Quæ vesania, inquit, præferre Deos rumore cognitos conspectis? aut quamobrem Latona honoratur per altaria; numen meum est adhuc sine thure? Tantalus est mihi pater, cui soli concessum fuit accedere ad epulas Deorum: soror Pleiadum est mea mater: maximus Atlas est avus, qui fulcit collo axem cœli: Jupiter alter avus. Efferor quoque illo socero. Nationes

---

prece vota.—163 In Scholiis Ms. Senec. ad Agamem. 320. citatur his vs. sed pro *jussis* ibi *festis* legitur. *Floribus* etiam Leid. unus, et Genev.—165 Plurimi Codd. *Niobe creberrima.*—168 Pauli Codd. pro *immissos* habent *immensos;* idque placet Barthio.—171 Sixii, et unus Med. *quid col.*—172 Pr. Bas. *sine*

NOTÆ

173 *Superorum*] Illos vero hospitio acceptos ad convivium invitavit, in quo Pelopem filium membratim discerptum, eorum divinitatem exploraturus, scelesto consilio admovit: qua re etiam ad Tartara detrusus, ubi æterna fame et siti in mediis aquis et epulis torqueatur.

174 *Pleiadum soror*] Taygete, scilicet, una ex Pleiadibus, Atlantis filia. Pleiades vero dictæ sunt Græcis a navigando, Atlantis et Pleiones filiæ in cœlum relatæ, quas stellas Latini Vergilias, a verni temporis indicatione, appellaverunt.

Atlas] Mauritaniæ rex fuit, Promethei frater, quem a Perseo in saxum et montem Gorgonei capitis ope transmutatum supra lib. IV. vidimus.

175 *Æthereum*] Dictus est cœlum humeris sustentare Atlas, ideo quod

Me gentes metuunt Phrygiæ: me regia Cadmi
Sub domina est: fidibusque mei commissa mariti
Mœnia cum populis a meque viroque reguntur.
In quamcumque domus adverto lumina partem,
Immensæ spectantur opes. Accedit eodem
Digna Deæ facies. Huc natas adjice septem,
Et totidem juvenes; et mox generosque nurusque.
Quærite nunc, habeat quam nostra superbia causam:
Nescio quoque audete satam Titanida Cœo
Latonam præferre mihi; cui maxima quondam
Exiguam sedem parturæ terra negavit.
Nec cœlo, nec humo, nec aquis Dea vestra recepta est.
Exul erat mundi; donec miserata vagantem,

Phrygiæ me timent: regia Cadmi est sub me domina: et muri constructi lyra mei conjugis reguntur a me et conjuge cum populis. In quamcumque partem domus conjicio oculos, infinitæ divitiæ conspiciuntur. Est mihi quoque forma digna Dea. Huc adde septem filios, et totidem adolescentes; et mox generos et nuras. Petite jam quam rationem habeat nostra gloria; nec verecamini mihi præponere Latonam Titanidem, filiam nescio cujus Cœi, cui quidem Latonæ *parturæ vastissima tellus olim denegarit parvum locum. Vestra Dea neque recepta est cælo, neque terra, neque aquis. Erat exul mundi, donec Delos miserata errantem dixit, Tu, vagaris*

---

honore.—174 *Mihi* N. vulg. *mea.*—178 Gron. *manibusque.*—180 Heins. mallet, Græca forma, *adcertor lumina:* complures etiam scripti et Edd. *adverti.*—181 Gron. *Imm. numerantur.*—182 Alii *Dign. Deo*, vel *Dea;* duo scripti *Dei.*—183 Heins. mallet *et tot genet.*—185 Ita hæc verba Heins. constituit ductu Fl. opt. et tert. Med. quorum ille, *Nescio quoque auditi satam;* hic, *Nescio quoque audete genatam.* Scabra satis sunt verba et dura; ostendit etiam *que:* sed difficile est aliquid melius substituere. Vulgo, *Quoque modo audetis.*—

NOTÆ

rerum cœlestium peritissimus fuerit scrutator.

176 *Alter*] Jupiter enim Tantali pater.

Socero] Quippe patrem habuit Jovem Amphion Niobes maritus.

177 *Cadmi*] Quem ante Thebarum conditorem legimus.

182 *Septem*] Plures alii: quod ideo tantum annoto ut quisquilias esse ejusmodi dicam, a quibus exquisite requirendis ingenuos adolescentes retraham; cum præstantissimos viros, mihi quidem suspiciendos, quo fato nescio, operam pretiosissimam, quam alibi tam feliciter collocarunt, possunt felicius in melioribus collocare, circa hæc non sine maximo meo dolore frustra videam conterere.

185 *Nescio Cœo*] Pro Nescio quo. Per contemtum loquitur: quanquam tamen Cœus ille gigas fuit Cœli et Terræ filius.

Titanida] Cœi Titanis filiam.

187 *Negavit*] Quippe terras omnes jurejurando Juno obstrinxerat ne parturienti Latonæ locum concederent.

Hospita tu terris erras, ego, dixit, in undis,
Instabilemque locum Delos dedit. Illa duobus
Facta parens: uteri pars est hæc septima nostri.
Sum felix: quis enim neget hoc? felixque manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Major sum, quam cui possit Fortuna nocere.
Multaque ut eripiat; multo mihi plura relinquet.
Excessere metum mea jam bona. Fingite demi
Huic aliquid populo natorum posse meorum;
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum

per terras, ego per aquas, et obtulit sedem fluctuantem. Illa facta est mater duorum: hæc est pars septima nostri ventris. Sum beata: quis enim istud diffiteatur? et perstabo beata. Quis etiam istud inficiatur? Numerus me fecit securam. Major sum, quam cui fortuna queat obesse: et tametsi multa auferat, sinet mihi plura. Mea bona jam superaverunt timorem. Ponite aliquid posse subtrahi huic numero meorum filiorum; nihilominus destituta non cogar ad numerum duorum

---

189 In quibusdam *Ex. cr. mundo.*—191 *Duobus* Gron. pr. vulg. *duorum.*—194 Heins. *dubitet* ex scriptis; vulg. *dubitat.*—197 Unus Med. *Excussere met.* Leid. unus *modum*; alius *metum.*—198 O. et tres alii *Huic aliquem.* Med. *numero nator.* Leid. *puerorum.*—199 A. per interrogat. *Num tamen.* Genev. etiam *red. spolianda.* Sequitur loc. valde corruptus et disturbatus. Olim legebatur: *Quodque licet, tacito venerantur murmure numen Latonæ turba quantum distabat ab orba, Tantum animosa sui furiis agitata doloris.* Ultimum vs. Ciofan. et alii deleverunt, et abest a plurimis Mss. Gronov. Obs. IV. 15. primum versum postposuit multis, et secundum sic emendavit: *Latonæ: turba qua quantum distabat ab orba?* Heins. probat transpositionem Gronov. et legit præterea: *turba quo quantum distat ab orba!* Burm. mallet: *turba qua* (scil. duorum, ut ironice vocat) *quantum distat ab orba?* Schirach. denique suadet: *Latonæ torvæ, quæ, quantum distat ab orba?* Sed et cetera mendis laborant, legebatur: *Ite satis propere sacris,* quod Gronov. fatetur se non intelligere. Suadet igitur: *Ite, sat est operæ sacris,* aut, *Ite satis pro re sacri,* aut *Ite satis properæ sacris,* ut ita per contemtum appellet Thebaidas superstitiosas, festinasque ad sacra accipienda. Jac. Gronov. Tom. I. Antiq. Græc. volebat, *Ite aris propere ab sacris:* Burm. conj. *Ite, manus prohibete sacris:* Schirach. *Ite sacris, propere ite sacris:* Ms. Geirig. *Ite satis, properate sacris,* quod inter alia suaserat Heins. Bothius, Vindic. Ovid. ex Ms. Berolin. qui habet *Ite satis propercte sacris,* hæc exsculpsit, *Ite, sat est, pro-*

NOTÆ

190 *Hospita*] Consimilis sortis ratione mota insula Delos, quæ sub aquis jactabatur emersit, ut Latonæ sedem præberet; quam quidem instabilem Jupiter seu Neptunus jussit consistere. Dicta vero est Delos, seu manifesta, quod Græcis ortum versus respicientibus maxime appareat; ex quo et tracta fabula quod in ea Sol et Luna cunabula habuerint, cum inde oriri quotidie viderentur; vario eorum per Zodiacum motu ad insulæ fluctuationem attributo.

Latonæ: turba quo quantum distat ab orba? 200
Ite sacris, properate sacris; laurumque capillis
Ponite. Deponunt; infectaque sacra relinquunt:
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
Indignata Dea est: summoque in vertice Cynthi
Talibus est dictis gemina cum prole locuta: 205
En ego vestra parens, vobis animosa creatis,
Et nisi Junoni, nulli cessura Dearum,
An Dea sim, dubitor: perque omnia sæcula cultis
Arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
Nec dolor hic solus: diro convicia facto 210
Tantalis adjecit: vosque est postponere natis
Ausa suis: et me (quod in ipsam recidat) orbam
Dixit; et exhibuit linguam scelerata paternam.
Adjectura preces erat his Latona relatis:
Desine, Phœbus ait, (pœnæ mora longa,) querelas. 215
Dixit idem Phœbe: celerique per aëra lapsu

Latonæ; quo quantum remota est a me utcumque *privata* meo *populo. Discedite a sacris, festinate; et arellite laurum a comis. Deripiunt, et omittunt sacra imperfecta: et, quod conceditur, colunt numen murmure secreto. Dea inique tulit; et sic affata est duplicem* suam *sobolem in cacumine Cynthi: Ecce ego mater vestra magnifica vobis genitis, neque cessura cuiquam Dearum nisi Junoni, arguor an sim Dea; et proterreor ab altaribus honoratis per omne ævum, nisi vos opem fertis, o filii. Neque hic unus* est *dolor. Tantalis addidit probra sævis factis: neque verita est vobis præferre suos filios: neque insuper, (quod in ipsam redundet,) appellavit prole destitutam; et scetesta prodidit linguam paternam. Latona parabat addere preces his narratis: Omitte, inquit Apollo, conqueri, (supplicii spatium longum.) Phœbe idem dixit: et obducti nubibus pervenerant ad arcem Cadmeida*

pere ite, sacri! i. e. Ite, propere ite: sat est sacri.—204 Jun. et Langerm. *e vert.* Alter Strozzæ *Pindi.*—208 Quidam *dubito* pro *dubitor.* Pal. etiam *sæcula cunctis.*—212 Alii *ips. decidat.*—214 Vulg. *Dejectura prec.* unus Leid. *Admonitura,* unde Burm. *Admotura;* vel *Adjunctura.*—215 Urbin. *querelæ;*

NOTÆ

200 *Quo*] Numero, scilicet, duorum.

Orba] Siquidem liberis aliquot Niobe privata fuisset.

204 *Cynthi*] Qui Deli mons fuit, a quo et Apollo cum Diana Cynthii dicti.

211 *Tantalis*] Niobe, Tantali filia.

213 *Paternam*] Linguam paternam ideo exprobrat, quod Deorum secreta mortalibus evulgasse dictus Tantalus.

216 *Phœbe*] Diana, Phœbi soror.

Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat, lateque patens prope mœnia campus,
Assiduis pulsatus equis; ubi turba rotarum,
Duraque mollierant subjectas ungula glebas
Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco
Terga premunt; auroque graves moderantur habenas.
E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
Prima suæ fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedes cursus, spumantiaque ora coërcet;
Hei mihi! conclamat; medioque in pectore fixus
Tela gerit, frænisque manu moriente remissis
In latus a dextro paulatim defluit armo.
Proximus, audito sonitu per inane pharetræ,
Fræna dabat Sipylus: veluti cum præscius imbris
Nube fugit visa, pendentiaque undique rector

celeri descensu per aërem. Erat planities vasta non longe a mœnibus proculcata equis frequentibus, ubi numerus rotarum, et rigida ungula subegerant glebas suppositas. Ibi pars septem filiorum Amphionis fatigant equos, et urgent terga rubentia purpura Tyria, et tractant habenas auro intextas. E quibus Ismenus, qui olim primum onus fuerat suæ matri, dum agit in certum gyrum cursus equi sui, et reprimit ora spumantia, Hei mihi! vociferatur, et trajectus per medium pectus fert sagittas, et habenis elapsis manu moriente, decidit paulatim in latus a dextro humero. Sipylus proximus admittebat habenas, audito strepitu pharetræ per aërem; veluti cum nauclerus providus nimbi fugit nube conspecta, et explicat vela pendentia un-

---

unde Heins. corr. *querelas;* alii *querela est.*—217 Unus Med. *Contingunt teet.* unde Heins. *Contigerunt.* Cod. Menard. *Constiterant t. Cadmeide n. arce.*—218 Gebhard. Crepund. III. 9. *ad mœnia.*—220 Alii *Dur. mollierat.*—222 Ex uno Heins. *fuco* reposuit Heins. pro vulg. *succo.*—223 Nonnulli *aur. graridas,* vel *gravidas auro.* Abbat. et quinque alii *gravidis...habenis.* Quidam etiam Codd. *auroque graves mod. habenis.*—226 Edd. complures *Quadrupedis cur.* Prior Erfurt. et unus Bonon. *Quadrupede currus.* Argentor. et alii *ora retorquet.*—227 *Fixus* pro vulg. *fixa* reposuit Heins.—229 Multi *decidit armo.*—230 Jun. et Med. unus *inan. sagittæ.*—231 *Imbris* dedit Heins. ex Bernegg.

NOTÆ

217 *Cadmeida*] Thebanam, a Cadmo exstructam.

220 *Mollierant*] Terra pulverulenta erat.

222 *Rubentia*] Quia purpureis ephippiis et phaleris equi instructi et instrati.

225 *Prima*] Primogenitus fuit.

229 *Armo*] Equi, scilicet.

231 *Fræna dabat*] Ut fugeret, scilicet.

Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.
Fræna dabat. Dantem non evitabile telum
Consequitur: summaque tremens cervice sagitta
Hæsit; et extabat nudum de gutture ferrum.
Ille, ut erat pronus, per colla admissa jubasque
Volvitur; et calido tellurem sanguine fœdat.
Phædimus infelix, et aviti nominis hæres
Tantalus, ut solito finem imposuere labori,
Transierant ad opus nitidæ juvenile palæstræ:
Et jam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus; cum tento concita cornu,
Sicut erant juncti, trajecit utrumque sagitta.
Ingemuere simul; simul incurvata dolore
Membra solo posuere; simul suprema jacentes
Lumina versarunt; animam simul exhalarunt.
Aspicit Alphenor, laniataque pectora plangens
Advolat, ut gelidos complexibus allevet artus:

dique, ne quis levis ventus elabatur. Admittebat habenas. Sagitta inluctabilis pertingit admittentem, et tremens adhæsit summæ cervici: et ferrum nudum prominebat ex gutture. Ille, ut erat pronus, defluit per colla equi *concitati, et jubas; et inficit terram cruore tepido. Miser Phædimus, et Tantalus hæres nominis avi, postquam desiissent a labore solito, transierant ad opus juvenile splendidæ palæstræ: et jam commiserant pectora luctantia pectoribus forti nexu, cum sagitta impulsa arcu adducto transfixit utrumque, sicut erant connexi. Una conquesti sunt: una demiserunt in terram artus prostratos dolore; una prostrati torserunt oculos ultimos; una spiritum efflaverunt. Alphenor intuetur, et percutiens pectus apertum accurrit,*

---

et pr. Gronov. vulg. *imbres.*—233 Multi *Carb. diducit.* Heins. mallet *ne quid l. e. auræ.*—234 Ita locum Heins. constituit. Ante cum *Fræna tamen dantem.* Multi Mss. habent *tamen*; et Fl. et alter Hamburg. *Fr. tam. tandem.*—236 N. *ext. nudo*; unde Heins. *nudo..ferro.* In Heidelb. et uno Ciofani, aliisque *de pectore*; quatuor *corpore*; Thuan. *vulnere.*—237 *Colla* Heins. dedit ex pr. Gron. vulg. *crura.*—238 Tert. Med. *vulnere fœd.* Mss. Bersm. *fudit.*—240 Duo *fin. posuere.*—241 Urbin. *Transierunt.*—242 Gron. *cont. mixto.* Mss. Bersm. *motu* pro *nexu.*—243 In quibusdam *contento conc. nervo*: alii *cum torto.*—245 Cod. Menard. *sim. inclinata.*—246 *Mem. simul pos. solo supr.* Pro *jacentes* Gebhard. Crepund. III. 9. *gementes*, ut et unus Mor.—249 Vulg. *Evolat*; Thuan. *Pervolat*; unde Heins. *Provolat*: vett. tamen *Advolat.* In uno Ciofani

NOTÆ

237 *Colla admissa*] Equi colla in fugam concitata.

241 *Nitidæ*] Quia oleo perungebantur luctaturi.

247 *Exhalarunt*] Vim mortis et reluctantia suspiria habet hic spondæus in quinta sede positus.

Inque pio cadit officio: nam Delius illi
Intima fatifero rumpit præcordia ferro.
Quod simul eductum, pars est pulmonis in hamis
Eruta: cumque anima cruor est effusus in auras.
At non intonsum simplex Damasichthona vulnus
Afficit. Ictus erat, qua crus esse incipit, et qua
Mollia nervosus facit internodia poples.
Dumque manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per jugulum pennis tenus acta sagitta est.
Expulit hanc sanguis: seque ejaculatus in altum
Emicat, et longe terebrata prosilit aura.
Ultimus Ilioneus non profectura precando
Brachia sustulerat: Dique o communiter omnes,
Dixerat, (ignarus non omnes esse rogandos,)
Parcite. Motus erat, cum jam revocabile telum
Non fuit, Arcitenens: minimo tamen occidit ille
Vulnere; non alta percusso corde sagitta.
Fama mali, populique dolor, lacrymæque suorum

ut solctur membra frigida complexibus; et sternitur in pia sedulitate: nam Delius dividit illi intima viscera ferro mortifero. Quod cum extractum est, pars pulmonis est abstracta in uncis, et sanguis est ejectus in aërem cum spiritu. At una plaga non conficit juvenem Damasichthonem. Percussus fuerat qua parte tibia incipit esse, et qua poples nervosus nectit mollia internodia. Et dum conatur eripere fatale telum manu, alia sagitta est impacta per jugulum pennis tenus. Cruor hanc ejecit: cumque in altum prorumperet exsilit, et longe fertur aëre disjecto. Ultimus Ilioneus tetenderat in cælum lacertos nihil promoturos orando, et dixerat, O Dii omnes, communiter, (nescius non omnes esse orandos,) ignoscite. Arcitenens tactus fuerat, cum jam sagitta non fuit revocabilis. Ille tamen procubuit levissimo vulnere, corde afflicto non profunda sagitta. Rumor damni, et dolor plebis, et fletus

gel. convexibus.—251 Multi *Int. letifero.* Heins. suadet *rupit* cum pr. R. et uno Med.—252 Alii *sim. evulsum*; Gron. *extractum*: Berolin. *eductum est.*—254 Heidelb. *At tamen int.* Alii scribunt *Damasitona*; O. *Damanthona.*—256 Plurimi scripti *Moll. nodosus.* Heidelb. etiam *poplex.*—257 Pr. Bas. et unus Leid. *Dumq. manus.* Alter etiam Leid. *excruciabile tel.*—259 *Seque ejac.* Heins. ex scriptis: alii *qui se ejac.*—264 Unus Mor. *remeabile tel.*—265 Unus Heins. *excidit ille.*—266 *Non alta* ex O. placet Heins.—267 Unus Heins. *populiq. labor*; unde ille conj. *pavor.* Unus Mor. *lacr. sororum*; Med. unus *suarum.*—

NOTÆ

252 *Hamis*] Hamatis spiculis utebantur veteres, ut ne ex vulneribus revelli possent.

255 *Qua crus*] Adeoque in genu.

263 *Non omnes*] Sed Latonam, Apollinem, et Dianam: nisi magis credas, hos omnino non esse orandos.

265 *Arcitenens*] Apollo, scilicet.

Tam subitæ matrem certam fecere ruinæ,
Mirantem potuisse; irascentemque, quod ausi
Hoc essent Superi, quod tantum juris haberent.
Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc Niobe Niobe distabat ab illa,
Quæ modo Latois populum summoverat aris,
Et mediam tulerat gressus resupina per urbem,
Invidiosa suis; at nunc miseranda vel hosti!
Corporibus gelidis incumbit; et ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
A quibus ad cœlum liventia brachia tendens,
Pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore;
Pascere, ait; satiaque meo tua pectora luctu:
[Corque ferum satia, dixit: per funera septem]
Efferor: exulta; victrixque inimica triumpha.

suorum fecerunt matrem certam cladis repentinæ, quæ stupebat Deos potuisse, et indignabatur non veritos esse hoc, et quod tantum haberent potestatis. Nam pater Amphion, ferro trajecto per pectus, obiens simul finem imposuerat vitæ et dolori. Heu! quantum hæc Niobe dispar erat ab illa Niobe, quæ modo arcuerat populum ab altaribus Latonæ, et superba ambulaverat per urbem medium, suis odiosa; at nunc flenda etiam hosti. Devolvitur in corpora frigida, et passim dat oscula ultima omnibus suis *filiis. A quibus porrigens contusos lacertos ad sidera, Pascere, sæva Latona, inquit, nostro dolore; pascere, et exple cor tuum mea ærumna: et exple sæva viscera: abstrahor per septem obitus: exsili, et triumpha hostis superior.*

268 Unus Med. *Jam subitæ.*—269 *Indignantemque* unus Mor. et unus Pal. cum altero Twisdeni.—270 Cant. et Med. *Hæc ess.* Pr. Mor. *qui tant.*—272 Quatuor scripti *cum voce:* unus Leid. *pariter cum luce;* unde Burm. *patrium cum luce dol.*—273 *Hæc* abest a plurimis.—274 Unus Mor. *summorat ab a.* Fragm. Boxhorn. *summovit ab a.*—279 *Tendens* est ex illo Abbatis, sæpe laudato a Ciofan. vulg. *tollens:* Argentin. et Thysii *lumina tollens.*—281 Multi *saturaque.*—282 Hunc vs. tollendum censuit Heins. quem commenti sint, qui non intellexerint, quantum esset acuminis in illo, *Efferor;* aut, si quis malit, posse præcedentem deleri. Pro posteriore alii: *Dum pars nostra jacet, et dum per funera septem,* aut etiam utrumque cum aliqua varietate exhibent. Capofer. *pectora* mutat in *lumina* et *dixit* in *vixi.* Pro *dolore* Burm. cum uno

NOTÆ

273 *Hæc*] Mœrens, scilicet, non jam, prole extincta, superbiens.

274 *Latois*] Quæ Latonæ erant.

275 *Resupina*] Id est, quæ elato et superbo vultu per urbem incessit.

279 *Liventia*] Nigricantia ex percussionibus et dolore.

283 *Efferor*] Viva ad sepulcrum feror, filiorum morte.

Cur autem victrix? miseræ mihi plura supersunt,
Quam tibi felici: post tot quoque funera vinco.
Dixerat: insonuit contento nervus ab arcu:
Qui, præter Nioben unam, conterruit omnes.
Illa malo est audax. Stabant cum vestibus atris
Ante toros fratrum demisso crine sorores.
E quibus una, trahens hærentia viscere tela,
Imposito fratri, moribunda relanguit ore.
Altera, solari miseram conata parentem,
Conticuit subito, duplicataque vulnere cæco est.
[Oraque non pressit, nisi postquam spiritus exit.]
Hæc frustra fugiens collabitur; illa sorori
Immoritur: latet hæc; illam trepidare videres.
Sexque datis leto, diversaque vulnera passis,
Ultima restabat: quam toto corpore mater,
Tota veste tegens, Unam, minimamque relinque;
De multis minimam posco, clamavit, et unam.
Dumque rogat; pro qua rogat, occidit. Orba resedit
Exanimes inter natos, natasque, virumque:

Quamobrem vero superior? plura mihi restant infelici, quam tibi beatæ: superior sum etiam post tot obitus. Absolverat; nervus strepuit ab arcu adducto, qui tremefecit omnes excepta Niobe. Illa est audax dolore. Sorores aderant cum pullis vestibus coma projecta ad lectos fratrum: e quibus una avellens sagittas infixas cordi, moriens defecit ore imposito fratri. Altera aggressa delinire dolorem infelicis matris repente siluit, et est divisa improvisa plaga, neque clausit os nisi postquam anima recessit. Hæc nequicquam fugiens cadit; illa procumbit in sororem: hæc sese occultat, cerneres illam tremere; et sex interfectis, et passis varias plagas, ultima supererat; quam mater operiens toto corpore, toto amictu, vociferata est, Concede unam, et minimam; peto de multis minimam, et unam. Et dum precatur, obit ea pro qua precatur. Orba resedit inter filios mortuos, et filias, et maritum, et in-

Leid. et Medic. mallet, *cruore*, quia sequitur *luctu*.—286 *Insonuit* Arund. et unus Pat. vulg. *et sonuit*: unus Heins. *exsonuit*, unde ille *en sonuit*.—288 *Malo* est ex vett. vulg. *modo*. Jun. *malis audax*; alii *Aud. ill. malo est*.—289 Alii *Ant. rogos*. Codd. aliquot *dimisso cr*. Hartungus legebat *demesso*.—290 Quidam Codd. *visc. telo*: alii *viscere telum*; alii *viscera ferro*.—293 Berolin. aliique, *vuln. tota est*; et sic Aldus edidit; duo *toto est*. Ms. Bersm. *corpore toto est*. O. *cæca est*.—294 Alii *Oraq. compressit*; et sic Berolin. qui etiam habet *sibi* pro *nisi*. Deinde meliores, teste Heins. *exit*; vulg. *ibat*.—298 Med. Arg.

NOTÆ

289 *Toros*] In quibus erant compositi, ut efferrentur, et in sepulcrum mitterentur.

Demisso] Lugentium more.

293 *Duplicata*] Incurvata est, et in terram prostrata.

Diriguitque malis. Nullos movet aura capillos.
In vultu color est sine sanguine: lumina mœstis
Stant immota genis: nihil est in imagine vivi.
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, et venæ desistunt posse moveri.
Nec flecti cervix, nec brachia reddere gestus,
Nec pes ire potest: intra quoque viscera saxum est.
Flet tamen, et validi circumdata turbine venti
In patriam rapta est: ubi fixa cacumine montis
Liquitur, et lacrymas etiamnum marmora manant.

Fab. IV. Agrestes Lyciæ in Ranas.

Latona Cœi filia, cum Junonis ira ob adulterium ex Jove conceptos Apollinem et Dianam parere non posset, et nulla eam errantem regio reciperet, novissime venit in Lyciam; et cum ex ardore æstus ac longitudine viæ sitim sedare vellet, ab iis, qui ulvam et juncum secundum lacum legerent, prohibita est propius accedere. Quamobrem ira incensa, digrediens petiit a Deis, ut nunquam accolæ stagno carerent. Auditis itaque precibus ejus, Jupiter agricolas in speciem ranarum transformavit.

Tum vero tanti manifestam numinis iram

durata est ærumnis. Nullus ventus agitat comam. Color est exsanguis in facie: oculi hærent rigidi in genis tristibus; nihil est vivi in statua. Ipsa quoque lingua diriguit cum duro palato; et venæ non amplius possunt moveri. Neque collum potest flecti, neque lacerti agitari, neque pes incedere. Est lapis etiam intra præcordia. Luget tamen, et correpta turbine potentis venti ablata est in patriam. Ibi destituitur imposita vertici montis, et saxum exstillat etiamnum lacrymas.

IV. *Tum vero omnes et viri et fœminæ mctuunt iram numinis; et omnes magis*

---

et tres alii *toto pectore*.—305 *Viri* Heins. dedit ex Urbin. alii *vivum*.—307 Excerpt. Langerm. *ven. dediscunt*.—308 Alii *redd. motus*.—311 Berolin. *ibi* pro *ubi*.—312 *Lacrymas* ex multis melioribus Heins. dedit, et exemplis defendit: vulgo *lacrymis*. Berolin. *etiamnunc*.—313 *Tanti* pro vulg. *cuncti* ex uno Leid.

NOTÆ

311 *In patriam*] Thebis relictis, inquit Apollodorus, vidua jam atque orba Niobe Sipylum ad Tantalum patrem pervenit: ibique Jovem precata in saxum commutata fuit, quæ lacrymas noctes atque dies effundit suo de lapide. Quod ideo fictum volunt nonnulli, quod Sipylenum marmor sudare perhibetur: vel etiam quod in Sipylo monte rupes sit, quæ procul visentibus lugentis fœminæ speciem præbeat: vel sane, quod in liberorum sepulcro statuam lapideam sibi Niobe erexerit. Cetcrum

Fœmina virque timent: cultuque impensius omnes
Magna gemelliparæ venerantur numina Divæ.
Utque fit, a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: Lyciæ quoque fertilis agris
Haud impune Deam veteres sprevere coloni.
Res obscura quidem est ignobilitate virorum;
Mira tamen. Vidi præsens stagnumque locumque
Prodigio notum: nam me jam grandior ævo,
Impatiensque viæ genitor deducere lectos
Jusserat inde boves; gentisque illius eunti
Ipse ducem dederat. Cum quo dum pascua lustro,
Ecce lacus medio sacrorum nigra favilla
Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
Restitit; et pavido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: et simili, Faveas, ego murmure dixi.
Naiadum, Faunine foret tamen ara rogabam,

colunt vastam potestatem Deæ gemellipuræ: atque, ut mos est, recensent præterita a facto recentiore. E quibus unus inquit: Incolæ etiam feracis Lyciæ non contemserunt inulti Divam. Factum est quidem minus cognitum contemtu virorum, sed tamen stupendum. Vidi ipse et stagnum et locum cognitum monstro. Nam pater jam ætate provectior, et impar itineri faciundo, imperaverat deducere inde boves lectos; et ipse dederat mihi *proficiscenti ducem ex illa natione: cum quo dum viso pascua, ecce antiquum altare stabat in medio stagni, fuscum atro cinere, cinctum arundinibus tremulis. Dux meus constitit, et dixit murmure timido, Adsis, et ego dixi pari murmure, Adsis. Nihilominus exquirebam an altare esset Naiadum an*

---

dedit Burm. quia sequitur *omnes*.—314 Langerm. *virq. parent.* Deinde N. et Med. tert. *cultuq. propensius;* et Gron. *ultro* pro *omnes*.—316 Arg. *e facto.* Tert. Gron. et Barb. *pr. retractant*.—318 Heidelb. *Non impune*.—320 Pr. V. Bernegg. Cant. tert. et quart. Med. *lucumque* pro *locumq.*—321 Heins. conj. *Pr. notas;* et *gr. ævi*.—322 N. et sec. Med. *ded. fessos;* unus Gron. *pingues;* unus Heins. *lentos*.—325 Berolin. et Heidelb. *Ecce lacu*.—327 *Pavido* emend. Ciofanus ex Codd. vulgo *parvo.* In uno Med. erat *pavio*, quod *paulo* aliqui fecerunt.—328 *Ego* Heins. dedit ex melioribus; alii *mihi;* i. e. *faveas mihi*.—

NOTÆ

plurima habet hæc fabula, quæ homines a superbia, omnium malorum centro, possit revocare.

315 *Gemelliparæ*] Latonæ, scilicet, quæ Apollinem et Dianam uno partu edidit.

317 *Lyciæ*] Regio est minoris Asiæ ad mare Mediterraneum porrecta, infra Lydiam.

321 *Prodigio*] Quod deinceps narrabit Poëta.

324 *Ipse*] Pater, scilicet, hujus qui fabulam narrat, a quo itineris ducem Lycium acceperat.

327 *Faveas mihi*] Verba sunt ducis, numen cui erecta ara precantis.

329 *Naiadum*] Quæ fontium dicuntur Nymphæ.

Indigenæne Dei; cum talia reddidit hospes:
Non hac, o juvenis, montanum numen in ara est.
Illa suam vocat hanc, cui quondam regia Juno
Orbe interdixit: quam vix erratica Delos
Orantem accepit, tum cum levis insula nabat.
Illic, incumbens cum Palladis arbore palmæ,
Edidit invita geminos Latona noverca.
Hinc quoque Junonem fugisse puerpera fertur:
Inque suo portasse sinu, duo numina, natos.
Jamque Chimæriferæ, cum Sol gravis ureret arva,
Finibus in Lyciæ, longo Dea fessa labore,
Sidereo siccata sitim collegit ab æstu:
Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
Forte lacum melioris aquæ prospexit in imis
Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
Vimina cum juncis, gratamque paludibus ulvam.

Fauni, an Dei indigenæ; cum hospes respondit talia: O Juvenis, non Deus monticola est in hoc alturi. Illa dicit hoc suum, quam olim regia Juno orbe expulit; quam præcantem vix Delos incerta excepit, tum cum insula levis fluctuabat. Illic Latona immixa palmæ cum arbore Minervæ, protulit gemellos, noverca nolente. Puerpera dicitur etiam hinc fugisse Junonem, et tulisse in suo sinu duo numina ex se orta. Et jam, cum Sol ardens incenderet agros, Dea oppressa longo labore in campis Lyciæ Chimæriferæ, exhausta contraxit sitim a calore Solis; et filii avidi siccaverant mammas lactantes. Forte vidit e longinquo stagnum aquæ dulcioris in infimis vallibus: rustici ibi colligebant fruticosa vimina cum juncis, et ulvam acceptam

330 Pr. Mor. *cui tal.* Bernegg. pr. Bas. et sex alii *reddidit*; vulg. *retulit*.—331 In Berolin. *est* omitt.—332 Alii *reg. conjux.*—333 Nonnulli *Orbem interd.* Deinde *quamvis errat.* Heidelb. cum aliis habet.—334 Castigatiores *Orantem*; alii *Errantem.*—337 Leid. *fug. per avia.*—338 Multi ex melioribus, teste Heins. *suos...sinus*; unde ille conj. *Inque sinu port. suos, duo, &c.*—341 *Collegit* Abbat. et ambo Ma. alii *concepit.*—342 *Ubera combiberant* Sprotii et alius; Thysii *Uberaque ebiberunt.*—343 *Melioris* pro vulg. *mediocris* recepit Heins.

NOTÆ

Fauni] Fuerunt Fauni Dii agrestes Satyris haud absimiles, de quibus jam sæpe.

335 *Incumbens*] Parturientium more, quæ proxima quæque valide, ut dolores sublevent, fœtumque expellant, solent apprehendere.

Palladis arbore] Oliva, scilicet.

336 *Noverca*] Junonem dicit, Jovis conjugem, quæ adeo Apollinis et Dianæ noverca.

339 *Chimæriferæ*] Fuit poëtis Chimæra monstrum caput habens leonis, ventrem capræ, et caudam draconis; revera autem mons Lyciæ ignivomus, cujus cacumen leones, medium capræ, radices autem serpentes frequentabant.

Accessit, positoque genu Titania terram
Pressit; ut hauriret gelidos potura liquores.
Rustica turba vetant. Dea sic affata vetantes:
Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum.
Nec Solem proprium Natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas: ad publica munera veni.
Quæ tamen ut detis supplex peto. Non ego nostros
Abluere hic artus, lassataque membra parabam;
Sed relevare sitim. Caret os humore loquentis;
Et fauces arent; vixque est via vocis in illis.
Haustus aquæ mihi nectar erit: vitamque fatebor
Accepisse simul; vitam dederitis in unda.
Hi quoque vos moveant, qui nostro brachia tendunt
Parva sinu. Et casu tendebant brachia nati.
Quem non blanda Deæ potuissent verba movere?
Hi tamen orantem perstant prohibere: minasque,
Ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.
Nec satis hoc: ipsos etiam pedibusque manuque
Turbavere lacus: imoque e gurgite mollem
Huc illuc limum saltu movere maligno.
Distulit ira sitim. Neque enim jam filia Cœi
Supplicat indignis; nec dicere sustinet ultra

paludibus. Titania adivit, et genu flexo demisit se in terram; ut bibitura traheret frigidam aquam. Agreste agmen prohibent. Dea sic est allocuta prohibentes: Quamobrem arceatis ab aquis? usus aquarum est publicus: neque natura addixit cuiquam solem, neque aërem, neque aquas subtiles: accessi ad dona communia. Quæ tamen oro supplex ut concedatis. Ego non volebam hic lavare membra, et artus lapsos, sed sedare sitim: os loquentis est exsiccatum, et guttura arescunt, et vix datur transitus vocis ab illis. Haustus aquæ erit mihi nectar, atque agnoscam simul accepisse vitam: præbueritis vitam in aqua. Isti etiam vos molliant, qui porrigunt parvos lacertos e nostro gremio: et forte filii porrigebant lacertos. Quem non potuisset flectere lenis oratio Deæ? Isti tamen pertinaciter arcent precantem: atque insuper adjiciunt minas, nisi procul eat, et probra. Neque istud satis: lutulenta fecerunt insuper ipsa stagna pedibus et manibus: et huc illuc agitaverunt cœnum ex ultimo gurgite saltu protervo. Ira remisit sitim: neque vero jam filia Cœi precatur immeritos; neque potest amplius proferre voces humiliores Dea: et

---

cum hanc suam conj. uno Strozzæ Ms. confirmatam vidisset.—348 Alii *turb. retat.*—349 *Aquis* Burm. recepit ex Fl. S. Marci, pr. N. pr. Pal. pr. V. pr. Erfurt. et septem aliis; vulg. *aquas.*—357 Marg. Ed. Venet. *vit. tribuetis in:* Cant. et Thuan *præstabitis unda.* Multi quoque *in undis.*—360 N. et Med. unus *Quos non.*—363 Olim. edd. *satis est,* et ita plurimi scripti.—366 Lib. scripti Ciofani, Capran. et alii *Sustulit ira;* Gron. *Abstulit.* Berolin. *nec non*

Verba minora Dea. Tollensque ad sidera palmas,
Æternum stagno, dixit, vivatis in isto.
Eveniunt optata Deæ: juvat isse sub undas;
Et modo tota cava summergere membra palude;
Nunc proferre caput; summo modo gurgite nare:
Sæpe super ripam stagni considere: sæpe
In gelidos resilire lacus. Et nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas: pulsoque pudore,
Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
Vox quoque jam rauca est; inflataque colla tumescunt:
Ipsaque dilatant patulos convicia rictus.
Terga caput tangunt; colla intercepta videntur:
Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limosoque novæ saliunt in gurgite ranæ.

Fab. V. Marsyas in Flumen.

Satyrus nomine Marsyas, dum cum Apolline tibiis contendit (quas Minerva invenisse proditur) pro audacia, quod Deo cedendum non putaret, suspensus, ac cute nudatus est. Quem Nymphæ, ac Satyri, ceterique ruris incolæ fletu prosecuti sunt, quod ejus cantu carituri essent, ita ut ex lacrymis eorum flumen increverit, quod ejus nomine in Phrygia Marsyas a prioribus nostris nuncupari videtur.

Sic ubi nescio quis Lycia de gente virorum

porrigens manus ad astra, In omne ævum, inquit, vivatis in isto stagno. Vota Deæ absolvuntur. Gaudent se condere sub aquas, et nunc tingere totum corpus profundo stagno, nunc exercre caput, nunc natare in supremo lacu, sæpe requiescere ad ripam ejus, sæpe resilire in frigida stagna. Et nunc etiam utuntur obscœnis linguis ad jurgia, et pudore omisso, quanquam sint sub undis, sub undis nituntur convicia jactare. Vox etiam est rauca, et colla tumida inflantur, et ipsa probra diducunt os vastum. Dorsum junctum est capiti, collum videtur sublatum; spina est viridis; alvus, pars maxima corporis, alba est; et recentes ranæ sese jactant in palude lutulenta.

v. *Postquam nescio quis sic narravit cladem hominum de natione Lycia, alius*

---

pro *neq. jam.*—370 Vulg. *esse sub undis:* pr. Mor. *ire sub undis;* in uno Med. *ire sub undas; undas* etiam unus Bas. unde Heins. corr. *isse sub undas.*—373 Alii *stag. consistere;* unus Med. *consurgere.*—374 *Et* dedit Heins. ex pr. Hamburg. alii *sed.*—375 Leid. *positoque.*—376 Sec. Mor. *sunt sub aq.* Gron. *stant:* Heins. conj. *nent.* Sprotii et Leid. *sub aquis* in utroque loco. Berolin. *sint sub aqua, linguis maled.*—377 Pr. Bas. *colla videres.*—379 Quatuor libri *caput tangit.* Unus Med. et Sprotii *coll. interrupta.*—380 Unus *Spina virens;* alii *vires:* duo *rubet;* Med. *patet.*—381 Unus Med. *in margine.*

Retulit exitium; Satyri reminiscitur alter:
Quem Tritoniaca Latous arundine victum
Affecit pœna. Quid me mihi detrahis? inquit.
Ah piget: ah non est, clamabat, tibia tanti!
Clamanti cutis est summos derepta per artus:
Nec quicquam, nisi vulnus erat: cruor undique manat:
Detectique patent nervi: trepidæque sine ulla
Pelle micant venæ: salientia viscera possis,
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ, sylvarum numina, Fauni,
Et Satyri fratres, et tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt: et quisquis montibus illis
Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit.
Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquam, vacuas emisit in auras.

recordatur Satyri, quem Latous mulctavit supplicio postquam illum vicisset calamo Tritoniaco. Quamobrem, ait, me mihi surripis? Ah pœnitet: ah, vociferabatur, fistula non est tanti! Cutis est ablata vociferanti ab extremis membris: neque erat quicquam nisi plaga. Sanguis fluit ex omni parte, et nervi nudati apparent; et venæ tremcntes sine ulla cute saliunt. Liceat numerare præcordia micantia, et fibras splendentes in pectore. Fauni agrestes, Dii nemorum, et fratres Satyri, et Olympus tunc etiam illustris, et Nymphæ luxerunt, et quisquis pavit greges lanigeros et armenta cornuta in illis montibus. Terra ferax irrigata est, et irrigata retinuit lacrymas cadentes, ac absorbuit profundis meatibus. Quas ubi fecit aquam,

—384 Strozz. *Tr. Latois;* Pat. *Latos:* Heins. conj. *Latoos:*—385 Idem *Affecit ut pœna.*—386 Berolin. *ita* pro *ah* in utroque loco. Heins. corr. *non es mihi tibia tanti.*—387 *Derepta* ex Heins. alii *direpta.*—390 *Pell. livent* unus Heinsii, qui inde conj. *liquent.* Deinde Cant. *sidentia viscera.*—393 Fl. S. Marci *carus Olymp.* Burm. conj. *et tu quoque carus, Olympe.* In Pal. et Bersm. Mss. *celsus Olympus.*—398 *Aquam* ex melioribus; vulg. *aquas.* Pr. Mor. et

NOTÆ

383 *Satyri*] Marsiæ, scilicet, quem certamine victum Apollo Latonæ filius excoriavit.

384 *Tritoniaca arundine*] Tibiam dicit, quam a Pallade Tritonia, seu ad Tritonem paludem nata, inventam, deinde ab eadem projectam, quod inflando sese deformari advertisset, Marsyas invenit. Usque adeo autem ejus sono sibi placuit, ut Apollinem ipsum ad musicæ certamen provocare ausus fuerit.

393 *Olympus*] Qui Marsiæ fuit discipulus.

395 *Armenta bucera*] Boves dicit, illi enim cornua gerunt bubula.

Inde petens rapidum ripis declivibus æquor,
Marsya nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.

Fab. VI. Pelopis humerus in eburneum.

Tantalus epulis Jovis cum interesset, velletque experiri an futura prospiceret, invitato eo ad epulas Pelopem nothum ex filiis interemit, visceraque ejus reliquis dapibus immiscuit. Quo pro merito punito, misericordia Deorum, qui convivii participes fuerant, partes viscerum Pelopis composuerunt, et humerus, qui deerat, de ebore effectus est.

Talibus extemplo redit ad præsentia dictis
Vulgus; et extinctum cum stirpe Amphiona lugent.
Mater in invidia est. Tamen hanc quoque dicitur unus
Flesse Pelops: humeroque suas ad pectora postquam
Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
Concolor hic humerus, nascendi tempore, dextro,
Corporeusque fuit: Manibus mox cæsa paternis
Membra ferunt junxisse Deos, aliisque repertis,

ejecit in aërem inanem. Inde descendens in mare æstuosum per pronas ripas, nomen consecutus est Marsya, fluvius limpidissimus Phrygiæ.

VI. *Talibus narratis, statim plebs revertitur ad præsentia, et deflent Amphionem sublatum cum prole. Mater est in invidia: ceterum unus Pelops creditur etiam luxisse hanc; atque exhibuisse ebur in humero lævo, postquam deripuit amictus suos ad pectus. Hic humerus fuit corporeus, et ejusdem coloris ac dexter, quando nutus est: dein dicunt Deos conseruisse artus dissectos manibus parentis; ceterisque inventis,*

---

alii *vac. immisit.* Cant. et Bas. *vacuos em. in agros.*—400 Aldus edidit *Mars. numen. Phrygiis* etiam Leid. et Arg.—401 *Extemplo* Heins. dedit ex opt. Fl. S. Marci, et uno Strozzæ pro var. lect. alii *exemplis.*—402 Alii *Amp. luget.*—403 Vulg. *est: hanc tunc quoque.* Heins. etiam conj. *sic hanc quoque.*—404 Heins. ex Mss. *ad pectora;* vulg. *a pectore.* Idem etiam vult *humerisque.*—405 Douza volebat *Diduxit vest.* Pal. *ost. sinistrum.*—406 Alii *Conc. huic.*

NOTÆ

404 *Pelops*] Qui Tantali fuit filius, Niobes frater.

405 *Deduxit*] Ut purpureis positis lugubres induneret.

Ebur ostendisse] Pelopem discerptum Tantalus Diis epulantibus in lancibus obtulerat; quod illi nefas cum advertissent, Pelopis membra iterum composuerunt, nisi quod humeri sinistri loco, quem Ceres comederat, eburneum apposuerunt. Paulo autem durius et ex abrupto videtur hæc Pelopis inculcata fabula.

Qui locus est juguli medius, summique lacerti,
Defuit. Impositum est non comparentis in usum
Partis ebur: factoque Pelops fuit integer illo.

Fab. VII. VIII. Procne et Philomela in Aves. Tereus in volucrem Epopem.

Tereus Martis filius, cum auxilia multis regibus ferret, Pandioni quoque Athenis regnanti, cum a proximis civitatibus oppugnaretur, non defuit. Quamobrem filiam suam Procnen illi in matrimonium dedit. Quæ deportata in mariti regnum, cum ex intercapedine sororem Philomelam desideraret, petiit a Tereo, ut proficisceretur Athenas, sororem sibi ad solenne sacrificium ut adduceret. Qui ut Athenas pervenit, soceri usus hospitio in Philomelæ incidit amorem, quam secum digressus mandato conjugis duxit in Thraciam, et stabulis clausit, ut sine cujusquam suspicione ad eam sæpius commearet. Ac ne eloqui commissa posset, linguam truncavit, et conjugi ementitus est: dixit enim sororem ejus interiisse. At Philomela ea, quæ lingua prodere non poterat, vesti intexuit notis literarum, quam uni dedit perferendam sorori. Qua inspecta, illa, cum conjugis libidinem casumque germanæ comperisset, constituit sacra celebrare Libero patri, et more Bacchantis ad stabula venit, sororemque raptam in regiam duxit. Filium Ityn interemit, ac dapibus immiscuit. Quibus expletus Tereus, cum filium Ityn desideraret, caput in sinum abjecerunt, Ityn, dicentes, intus habes, quem desideras. Tereus cum intellexisset ejus scelus scelere ultum esse, conjugem novissime et sororem conjugis dum persequitur, Deorum voluntate versi sunt in aves; Procne in hirundinem, Philomela in lusciniam, Tereus in epopem, Itys in phasianum. Pandion dolore natarum tactus, caruit vita: regnumque ejus filius Erechtheus possedit.

Finitimi proceres coëunt: urbesque propinquæ
Oravere suos ire ad solatia reges,
Argosque, et Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ,
Et nondum torvæ Calydon invisa Dianæ,

pars quæ est inter collum et extremum lacertum desiderata est. Ebur affixum est pro ea parte quæ non inveniebatur: et eo pacto Pelops fuit restitutus.

vii. *Optimates proximi conveniunt: et oppida vicina, Argos, et Sparta, et Mycenæ Pelopeiades, et Calydon nondum invisa Dianæ infensæ, et Orchomenus su-*

Berolin. *nascentis t. longo.*—408 Leid. *al. receptis.*—416 Vetustiores *Orch.*

NOTÆ

109 *Qui locus*] Humerus est.
411 *Facto*] Aut Deorum beneficio.
414 *Argos*] Urbs est clarissima Peloponnesi, sicut et Sparta, itemque

Orchomenosque ferox, et nobilis ære Corinthos,
Messeneque ferax, Patræque, humilesque Cleonæ,
Et Nelea Pylos, neque adhuc Pittheia Trœzen,
Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo,
Exteriusque sitæ bimari spectantur ab Isthmo.
Credere quis possit? solæ cessatis Athenæ.
Obstitit officio bellum; subvectaque ponto
Barbara Mopsopios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis

perba, et Corinthus celebris ære, et Messene ferax, et Patræ, et exiguæ Cleonæ, et Pylus Nelæa, et Trœzen nondum Pittheia, et urbes aliæ quæ clauduntur ab Isthmo bimari, et positæ exterius conspiciuntur ab Isthmo bimari, rogaverunt suos reges ut accederent consolandi gratia. Quis possit fidem adhibere? solæ Athenæ deestis. Humanitatis officio bellum impedimento fuit, et exercitus barbarus adductus per mare imminebat muris Mopsopiis, Tereus Thracius hunc fugaverat armis auxilia-

---

ferox. Heins. scribit *Orchomenosque, Pheræque, et nob.*—417 *Mess. ferax* quidam habent.—418 Alii scribunt *Pitteida;* lib. vett. *Phitheia.*—420 In quibusdam omittitur hic versus.—421 *Possit* et *cessatis* meliores, teste Heins. alii *posset* et *cessastis.*—422 Vett. lib. *subvectaque* pro vulg. *subjectaque.*—423 Vulg. *Barb. Ceeropios.* In duobus Ciofani et Capran. *Mosopios.* In altero

NOTÆ

Mycenæ, quas Pelops, vel certe ejus posteri, auxisse feruntur.

415 *Calydon*] Ætoliæ est hæc civitas ad Peloponnesi Septemtrionem, in cujus agros torva et irata Diana, quod ab Œneo rege primitias Diis offerente præterita esset, aprum ferocissimum immisit, quem Meleager mactavit.

416 *Orchomenos*] Arcadicam dicit, quam feracitate etiam Homerus commendavit; nam alia est Bœotiæ.

Ære] Capta a L. Mummio et incensa Corintho, Achaiæ capite, incendio permistis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere. Atque hinc toto orbe laudatum æs Corinthium.

417 *Messene*] Messeniæ est in Peloponneso, cujus incolæ bellis plurimis adversus Lacedæmonios claruerunt.

Patræ] Sunt in Achaia, ad Septemtrionem.

Cleonæ] Oppidulum Argolidis.

418 *Nelea*] A Neleo Nestoris patre regnata, in Messenia sita: nam plures fuisse jam semel monuimus.

Trœzen] Urbs est Argolidis, ubi Pittheus, Æthræ, matris Thesei, pater, nondum imperitaverat.

419 *Bimari*] Isthmus dicitur terra inter duo maria coarctata, atque adeo bimaris; quomodo hic Corinthiacus Ægeo et Ionio alluitur.

Clauduntur] Isthmo clausas intellige urbes quas habet Peloponnesus.

421 *Credere quis*] Hoc ad Atheniensium celeberrimam facit humanitatem.

423 *Mopsopios*] Athenienses, a Mopsopo rege sic dictos; in quos Amazones illo tempore, auxilio assumtis Scythis, incursarunt: qua de re Justinus.

424 *Tereus*] Thraciæ rex fuit, Martis filius.

Fuderat; et clarum vincendo nomen habebat.
Quem sibi Pandion opibusque virisque potentem,
Et genus a magno ducentem forte Gradivo,
Connubio Procnes junxit. Non pronuba Juno,
Non Hymenæus adest, non illi Gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas:
Eumenides stravere torum: tectoque profanus
Incubuit bubo, thalamique in culmine sedit.
Hac ave sunt juncti Procne Tereusque; parentes
Hac ave sunt facti. Gratata est scilicet illis
Thracia: Disque ipsi grates egere: diemque,
Quaque data est claro Pandione nata tyranno,
Quaque erat ortus Itys, festam jussere vocari.
Usque adeo latet utilitas. Jam tempora Titan

ribus; et habebat nomen magnum ex victoria. Quem potentem divitiis et viris, et trahentem genus clarum a magno Marte, Pandion sibi devinxit conjugio Procnes. Juno pronuba non favet illi toro, neque Hymenæus, neque Gratia. Furiæ admoverunt tædas ablatas ex funere: furiæ adornaverunt tectum; et bubo fœdus insedit tecto, et positus fuit in fastigio thalami. Procne et Tereus commissi hac ave; facti sunt parentes hac ave. Scilicet Thracia gratulata est illis; et ipsi gratias egerunt Diis; et voluerunt appellari diem feriatum quo filia Pandionis concredita est regi illustri, et quo Itys natus est. Usque adeo ignoratur quod bonum est. Jam Titan

R. erat *mandros* pro *muros;* unde Burm. conj. *Mopsopias mandras.*—425 Heidelb. *Vicerat, et.*—428 Vetustiores hic et aliis locis *Procnes,* Græcorum more, ut et *cycnus;* non *Prognes,* vel *cygnus.*—429 Alii *illi non Grat.* In uno Ciofani *non illi Gloria.*—430 Gebhard. Crepund. III. 12. *tetulere faces.*—431 In duobus Heins. *statuere torum.*—Thysianus *tectumque;* unus Med. *tectisque.*—432 Burm. *incubuit* suspectum videtur, nec satis conveniens τῷ *sedit,* cum gravius sit *incubare,* quam *in culmine sedere.* Mallet *insonuit,* vel *ingemuit.*—433 Vulg. *Hac a. conjuncti;* duo Gron. et sex alii *sunt juncti.*—434 Nonnulli Codd. *gratataque scil.*—435 Heins. ex multis Mss. dedit *ipsi;* vulg. *ipsis.*—436 Alii *Quoque.* Tres lib. etiam *nata marito.*—437 Vulg. *festum juss.*—438 Be-

NOTÆ

426 *Pandion*] Rex Athenarum.

427 *Gradivo*] Mars est, a *gradiendo,* vel ab hastæ vibratione Græce, sic dictus.

428 *Procnes*] Quæ Pandionis fuit filia.

Juno] Quæ tamen Juga et Pronuba dicta; sine cujus numine nullum posset coalescere conjugium.

429 *Hymenæus*] Quem jam sæpe ad nuptias invocatum Deum diximus.

Gratia] Tres fuerunt, perpetuæ Veneris comites, Aglaia, Thalia, Euphrosyne.

430 *Eumenides*] Furiæ, quæ non geniales, a pueris præferri solitas, faces, sed furiales, admoverint.

433 *Ave*] Augurio.

437 *Itys*] Terei et Procnes filius

Quinque per autumnos repetiti duxerat anni:
Cum blandita viro Procne, Si gratia, dixit,
Ulla mea est, vel me visendæ mitte sorori;
Vel soror huc veniat. Redituram tempore parvo
Promittes socero. Magni mihi numinis instar
Germanam vidisse dabis. Jubet ille carinas
In freta deduci; veloque et remige portus
Cecropios intrat; Piræaque littora tangit.
Ut primum soceri data copia, dextraque dextræ
Jungitur; et fausto committitur omine sermo.
Cœperat, adventus causam, mandata referre
Conjugis; et celeres missæ spondere recursus:
Ecce venit magno dives Philomela paratu;
Divitior forma: quales audire solemus
Naidas et Dryadas mediis incedere sylvis:
Si modo des illi cultus, similesque paratus.
Non secus exarsit conspecta virgine Tereus,

rexerat tempora per quinque Autumnos anni renovati, cum Procne demulcens maritum, Si, inquit, ulla est mea gratia, vel mitte me sorori visendæ, vel soror huc accedat. Pollicearis socero brevi reversuram. Concedes mihi instar numinis vidisse sororem. Ille imperat naves provehi in mare, atque init portus Cecropios velis et remigibus, atque appellit ad littora Piræa. Ut primum licuit videre socerum, et dextra data est dextræ, oratio inchoatur infelici præsagio. Cœperat narrare causam itineris et jussa uxoris, et promittere reditus breves dimissæ; ecce Philomela adest splendida superbo ornatu, splendidior pulchritudine, et quales solemus audire Naiadas et Dryadas ambulare in mediis sylvis, si modo addas illis ornatus et similes apparatus. Tereus non aliter incensus est visa puella, quam si quis sub-

---

rolin. *Usque ades.*—439 Heins. ex vett. dedit *repetiti anni;* alii *repetitis annis.* Jun. *auxerat;* Bonon. *torserat.*—441 Duo Med. et tres alii *mei est.* In quibusdam vett. *me visendam;* et sic Edd. *visenda* in pr. Strozzæ, et uno Med. unde Heins. *visendæ:* Lov. *visuram.*—443 Berolin. *Promittas soc.* Meliores *numinis*, teste Heins. alii *muneris.*—446 Alii scribunt *Pyræaque* vel *Pireæaque.*—447 Multi vett. *dextraque dextræ.*—448 *Et fausto* dedit Burm. ex O. Thuan. Urbin. Arg. Fr. et tribus aliis ex melioribus; vulgo *infausto.* Deinde *ordine* pro *omine* multæ habent Edd.—450 Quidam Codd. *spond. regressus.*—452 Cod. Sprotii, et Exc. Langerm. *Ditior at forma;* multi alii *Ditior et.*—454 *Des illi* est ex Leid. vulg. *des illis cult.* vel *des cult. illis.* Heins. conj. *des cult.*

NOTÆ

446 *Piræaque*] Fuit Piræum portus Atheniensis, a Themistocle instructus.

450 *Missæ*] Siquidem Philomelam ad Procnen sororem mitteret Pandion.

453 *Dryadas*] Quæ sylvestres communiter, proprie sunt Nymphæ in quercubus viventes.

Quam si quis canis ignem supponat aristis:
Aut frondem, positasque cremet fœnilibus herbas.
Digna quidem facies. Sed et hunc innata libido
Exstimulat: pronumque genus regionibus illis
In Venerem est. Flagrat vitio gentisque suoque.
Impetus est illi, comitum corrumpere curam,
Nutricisque fidem: nec non ingentibus ipsam
Solicitare datis; totumque impendere regnum:
Aut rapere, et sævo raptam defendere bello.
Et nihil est, quod non effræno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas.
Jamque moras male fert; cupidoque revertitur ore
Ad mandata Procnes; et agit sua vota sub illis.
Facundum faciebat amor. Quotiesque rogabat
Ulterius justo, Procnen ita velle ferebat.
Addidit et lacrymas; tanquam mandasset et illas.
Pro Superi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent! ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius, laudemque a crimine sumit.
Quid? quod idem Philomela cupit? patriosque lacertis

mittat ignem albis aristis, aut incendat ramusculos et herbas congestas in fœnilibus. Vultus quidem insignis; sed ingenita libido etiam hunc excitat; et in illis terris homines sunt propensi in Venerem. Uritur vitio generis et suo. Impensius stimulatur corrumpere custodiam comitum, et fidem nutricis, aut etiam delinire illam magnis muneribus, atque absumere totum regnum; vel auferre, et tueri ablatam crudeli bello. Neque quicquam est quod non audeat irretitus immoderato amore: neque pectus est capax reconditi ignis. Jamque inique fert moras, et redit ad jussa Procnes ore cupido, et promovet sua desideria sub illis. Amor præstabat disertum: et quoties orabat plus quam justum esset, dicebat Procnen sic optare. Adjecit etiam lacrymas, sicuti etiam imperasset illas. Proh Dii, quantum corda hominum habent obscuræ cæcitatis! Tereus creditur esse pius ipso conatu facinoris, et habet laudem a crimine. Quid quod Philomela idem optat? et blanda amplectens ulnis

---

similes, sim.—455 In uno Med. et uno A. *virg. Thracus.*—456 Sex lib. *quis siccis. Ignes* etiam Leid. *Submittat* pr. Gron. et duo alii.—458 *Sed et illum* duo Med. et unus Mor. *sed adhuc* Lov. unde Burm. *ad hoc.*—460 Burm. vult deleri *τὸ est.*—461 Multi lib. *corrump. turbam.*—464 Plures *def. ferro;* unus Mor. *Marte.*—465 Priscianus legebat *non inopino capt.* Mor. unus *infrænd.*—466 Persii Scholiast. Ms. Bodleian. Biblioth. ad prologum, et Scholiast. Ms. Juvenal. III. 118. et Cod. Urbin. pro var. lect. *Hausit* pro *Ausit.* Unus quoque Heins. *pect. curas.*—468 Alii *Ad Prognes,* vel *Procnes, mandata.* Unus etiam Med. *illis* pro vulg. *illa,* vel *illas.*—470 Heins. malebat *Liberius,* vel *Uberius, just.*—471 Lov. *tanquam mandavit;* unde Heins. *mandarit.* Berol. *mandass. et illa.*—473 Cant. *mol. demens.*—477 *Usque*

Blanda tenens humeros, ut eat visura sororem,
Perque suam, contraque suam, petit usque, salutem.
Spectat eam Tereus; præcontrectatque videndo:
Osculaque, et collo circumdata brachia cernens,
Omnia pro stimulis, facibusque, ciboque furoris
Accipit: et quoties amplectitur illa parentem;
Esse parens vellet: neque enim minus impius esset.
Vincitur ambarum genitor prece. Gaudet, agitque
Illa patri grates: et successisse duabus
Id putat infelix, quod erit lugubre duabus.
Jam labor exiguus Phœbo restabat; equique
Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi.
Regales epulæ mensis, et Bacchus in auro
Ponitur: hinc placido dantur sua corpora somno.
At rex Odrysius, quamvis secessit, in illa
Æstuat: et repetens faciem, motusque, manusque,
Qualia vult fingit, quæ nondum vidit: et ignes
Ipse suos nutrit, cura removente soporem.

humeros patris, poscit usque et per suam et contra suam salutem ut discedat visura suam *sororem. Tereus eam intuetur, et ante eam demulcet videndo; et cernens suavia, et lacertos circumductos collo, sumit omnia pro aculeis, et tadis, et esca furoris. Et quoties illa complectitur patrem, optaret esse pater; neque enim esset minus impius. Pater superatur prece utriusque. Illa lætatur et gratias agit patri, et miscra arbitratur bene id cessisse duabus, quod erit luctuosum duabus. Jam parvus labor supererat Soli, et* ejus *equi feriebant pedibus spatium proni cœli. Dapes regiæ, et vinum in vasibus auratis apponitur mensis: inde sua corpora committuntur somno suavi. At rex Odrysius, quanquam se recepit, ardet in Philomela; et revolvens mente vultum, et motus, et manus, putat qualia vult quæ nondum vidit:*

Ciofanus et Heins. ex melioribus et vett. alii *illa*, vel *ipsa*, vel *ista*.—483 Vett. *ambarum:* alii *amborum*.—485 Heins. *erit* cum altero Hamburg. alii *erat*.—489 Nonnulli *plac. tradunt*. Multi etiam *sua pectora*.—490 Alii scribunt *Adrysius*, vel *Atrysius*. Quidam etiam Codd. *secesserat illa;* alii *secessit ab illa:* Bersm. ed. *successit ab illa*.—491 Med. unus, et ed. Bersm. *fac. motumque;* Gron. et tres alii *vultusque:* Heins. olim malebat *cultusque*. Jun. et alius

NOTÆ

478 *Præcontrectat*] Tanto libidinis ardore Philomelam intuetur, ut oculis contrectare videatur.

486 *Equi*] Qui Solis trahere currum crediti.

490 *Odrysius*] Tereum dicit, ab Odrysarum Thraciæ gente sic dictum.

493 *Ipse*] Ipsi vero certe magis vana, quam imaginatione fingimus, boni specie nobis imponimus, quam objectis ducimur: quod vitium qui effugere studuerit, quantus est!

Lux erat: et, generi dextram complexus euntis,
Pandion comitem lacrymis commendat obortis:
Hanc ego, care gener, quoniam pia causa coëgit,
[Et voluere ambæ, voluisti tu quoque, Tereu,]
Do tibi: perque fidem, cognataque pectora supplex,
Per Superos oro, patrio tuearis amore:
Et mihi solicitæ lenimen dulce senectæ
Quamprimum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoque quamprimum, (satis est procul esse sororem,)
Si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito.
Mandabat; pariterque suæ dabat oscula natæ:
Et lacrymæ mites inter mandata cadebant.
Utque fide pignus dextras utriusque poposcit;
Inter seque datas junxit; natamque nepotemque
Absentes memori pro se jubet ore salutent:
Supremumque vale, pleno singultibus ore,
Vix dixit: timuitque suæ præsagia mentis.
Ut semel imposita est pictæ Philomela carinæ;

et ipse alit suas flammas, amore subtrahente somnum. Dies advenerat, et Pandion amplexus dextram generi proficiscentis commendat comitem lacrymis prorumpentibus. Ego, (siquidem utraque exoptavit, et tu cupivisti, Tereu,) committo tibi hanc, dilecte gener, quoniam pia causa suasit: et precor supplex per fidem, et corda cognata, et per Deos, ut protegas amore patrio: et remittas mihi ocyus amabile solatium anxiæ senectutis: omne spatium erit nobis longum. Tu quoque, Philomela, si pietas est aliqua, revertere ad me ocyus: satis est sororem esse procul. Jubebat; atque simul suavia præbebat suæ filiæ: et suaves lacrymæ fluebant inter jussa. Et postquam petivit dextras utriusque in testimonium fidei, et conseruit datas inter se, mandat salute impertiantur ore memori suis verbis et filiam et nepotem absentes; atque vix dixit ultimum Vale, ore pleno singultibus: et reformidavit omina suæ mentis.

---

motus faciemque.—493 Heidelb. *cur. remorante.*—495 Pr. Gron. et duo alii *lacr. committit*; Lov. *commisit.*—496 Alter Hamburg. et unus Med. *caus. subegit.*—497 Alii *Ut vol.* Quidam h. vs. superiori præmittunt; Heins. et Capofer. omnino delendum censent.—498 Schepperus malebat *cogn. fœdera.* —499 In Menard. Cod. *Perque Deos;* in aliis *Per Superosque;* in R. *Et Superos oro.* Vulg. Edd. *patr. ut tucar.*—500 Alii *mihi solicito.*—502 Multi *est vidisse sor.*—504 Pro *dabat* Burm. cum quinque scriptis legendum *dedit* putat.—506 In Pal. (Heidelb. quoque, sed in ras.) *Ut fidei p. d. utrasque p.* Edd. vulgatæ etiam *utrasque: utriusque* est ex Priscian.—508 *Jubet* Sixianus et unus Heins. Alii *rogat.* Priscianus agnoscit *rogat*, et *salutet*, Lib. VIII. 764. —511 Heidelb. *At simul:* plures etiam habent *simul*: unus Mor. *Ut primum.*

NOTÆ

507 *Nepotemque*] Itym, scilicet, Procnes filium.

Admotumque fretum remis, tellusque repulsa est:
Vicimus, exclamat: mecum mea vota feruntur.
[Exultatque, et vix animo sua gaudia differt]
Barbarus: et nusquam lumen detorquet ab illa.
Non aliter, quam cum pedibus prædator obuncis
Deposuit nido leporem Jovis ales in alto:
Nulla fuga est capto: spectat sua præmia raptor.
Jamque iter effectum; jamque in sua littora fessis
Puppibus exierant: cum rex Pandione natam
In stabula alta trahit, sylvis obscura vetustis:
Atque ibi pallentem, trepidamque, et cuncta timentem,
Et jam cum lacrymis, ubi sit germana, rogantem,
Includit: fassusque nefas, et virginem, et unam
Vi superat; frustra clamato sæpe parente,
Sæpe sorore sua, magnis super omnia Divis.
Illa tremit, velut agna pavens, quæ saucia cani

At cum primum Philomela est imposita pictæ navi, et mare intratum remis, et terra relicta, Vicimus, vociferatur, mea desideria avehuntur mecum. Atque barbarus triumphat, et agre differt animo sua gaudia; et nusquam dimovet oculos ab illa. Non secus ac cum avis Jovis rapax unguibus acutis deposuit leporem in excelso nido; nulla est fuga correpto: avida intuetur suam prædam. Jamque via absoluta; jamque descenderant in sua littora navibus lassis, cum rex ducit filiam Pandionis in excelsa stabula, tecta annosis arboribus; atque ibi includit pallidam, trementem, et omnia metuentem, et jam petentem lacrymando ubi sit sua *soror; et postquam aperuisset vota infanda, vi vincit puellam et unam, patre sæpe nequicquam citato, sæpe sorore sua, Diis magnis super omnia. Illa trepidat tanquam agna*

—512 In uno Leid. *Amotumque;* unde Heins. *Emotumque.* Lov. *Percussumque. Tò est* post *fretum,* quod in Edd. legitur, delendum est ex trium Codd. auctoritate.—513 Pal. Med. et quinque alii *Vincimus.*—514 Versus suspectus ab Heinsio; Burmanno videtur effictus ex IV. 350. et II. 863. Corrigit autem *Exultansque a. vix jam.* In uno Leid. *Exultatque anim. et vix;* in Bas. *vix et.* Berolin. habet *Exultatque, et vix animo.*—515 Alii *lum. detorquet, deflectit;* vel *sua lumina torquet, flectit.* Burm. arridet duorum Mss. lectio *lum. declinat ab illa.*—516 Vulg. *præd. aduncis.* Heins. dedit *obuncis* ex optimis.—517 Multi *ab alto.*—518 Leid. Lov. et quatuor alii *est rapto.* Duo Bas. *præm. victor.*—519 Gron. *iter expletum;* Leid. *in rectum;* sec. Med. et N. *affectum.* Quatuor scripti *litt. fessi;* Voss. *lassi.*—522 Cant. et Sprotii *Atque ita;* unus Heins. *Jamque ita.* Bas. *cuncta parentem;* alii *timentem, trementem.*—525 Gron. *Vi stuprat.*—527 Pal. omnes, duo Bas. et tres alii *Illa*

NOTÆ

512 *Repulsa*] Uti quidem referunt oculi. 517 *Jovis ales*] Aquila.

Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur:
Utque columba, suo madefactis sanguine plumis,
Horret adhuc, avidosque timet, quibus hæserat, ungues.
Mox ubi mens rediit; passos laniata capillos,
[Lugenti similis, cæsis plangore lacertis,]
Intendens palmas, Pro diris, Barbare, factis,
Pro crudelis, ait! nec te mandata parentis
Cum lacrymis movere piis, nec cura sororis,
Nec mea virginitas, nec conjugialia jura?
Omnia turbasti: pellex ego facta sororis:
Tu geminus conjux: non hæc mihi debita pœna.
Quin animam hanc (ne quod facinus tibi, perfide, restet)
Eripis? atque utinam fecisses ante nefandos
Concubitus! vacuas habuissem criminis umbras.
Si tamen hæc Superi cernunt; si numina Divum
Sunt aliquid; si non perierunt omnia mecum;
Quandocumque mihi pœnas dabis. Ipsa, pudore
Projecto, tua facta loquar. Si copia detur,
In populos veniam: si sylvis clausa tenebor,
Implebo sylvas, et conscia saxa, querelis.
Audiat hæc æther, et si Deus ullus in illo est.

timida, quæ vulnerata erepta faucibus veteris lupi, nondum sibi videtur secura; et tanquam columba, plumis suis irroratis suo sanguine, timet adhuc atque horret ungues asperos intra quos fuerat. Mox ubi animus rediit, discerptam comam habens, similis lugenti, brachiis contusis plangendo, porrigens manus, Pro, inquit, Barbare, nefando facinore, pro fere, neque jussa patris cum lacrymis piis te tetigerunt, neque amor sororis, neque mea virginitas, neque fœdera connubialia? Omnia miscuisti. Ego sum facta adultera sorori, tu maritus utrique. Non sum digna hoc supplicio. Quamobrem non eripis hanc animam, ne quod nefas tibi desit, perfide? atque utinam eripuisses ante scelestos concubitus! habuissem Manes sine crimine. Si tamen Dii hæc vident, si potestas eorum est aliquid, si omnia non interierunt mecum, aliquando exsolves mihi pœnas. Ego ipsa propalabo tua facinora pudore neglecto. Siquidem mihi liceat accedam ad homines; si tenebor clausa in nemoribus, implebo nemora, et movebo lapides conscios. Cœlum istud audiat, et si quis Deus

---

fremit; Lov. *parvet.*—528 Duo lib. *Dente exc.* Sprotii et unus Mor. *expulsa.*—529 Med. unus *Utve col.* Berolin. etiam *sang. pennis.*—531 Idem *sparsos laniat.*—532 Tert. Med. *Plangenti sim.* Heinsius, qui versum adulterinum putabat, tentaverat *Lirentesque sinus;* vel *fulgentesque*, vel *lucentesque.*—533 Heins. conj. *pro diri, B. facti.*—535 Jun. *mov. suis, nec causa sor.*—538 Plerique *conjux: hostis mihi deb.* Burm. vult *non hæc mihi credita pœna.*—539 Multi delent τὸ *hanc. Desit* pro *restet* Jun. et Voss.—540 *Atque* abest ex Heidelb.—542 Vulg. *Si tamen hoc.*—547 Lov. unus *concava sax.* Berolin. *Sax. monebo*, et

Talibus ira feri postquam commota tyranni;
Nec minor hac metus est; causa stimulatus utraque,
Quo fuit accinctus, vagina liberat ensem:
Arreptamque coma, flexis post terga lacertis,
Vincla pati cogit. Jugulum Philomela parabat;
Spemque suæ mortis viso conceperat ense.
Ille indignanti, et nomen patris usque vocanti,
Luctantique loqui, compressam forcipe linguam
Abstulit ense fero. Radix micat ultima linguæ.
Ipsa jacet, terræque tremens immurmurat atræ.
Utque salire solet mutilatæ cauda colubræ,
Palpitat; et moriens dominæ vestigia quærit.
Hoc quoque post facinus (vix ausim credere) fertur
Sæpe sua lacerum repetisse libidine corpus.
Sustinet ad Procnen post talia facta reverti.
Conjuge quæ viso germanam quærit: at ille
Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.
Et lacrymæ fecere fidem. Velamina Procne
Deripit ex humeris, auro fulgentia lato:
Induiturque atras vestes: et inane sepulcrum

est in illo. Postquam ira crudelis tyranni est excita ejusmodi vocibus, *neque timor est levior ea, impulsus utraque causa, educit vagina gladium quo fuit instructus, et cogit correptam capillis ferre vincula, brachiis detortis in tergum. Philomela parabat jugulum, et conceperat spem suæ necis gladio conspecto. Ille exsecuit duro gladio linguam correptam forcipe indignanti et usque citanti nomen parentis, et conanti loqui: ultima radix linguæ movetur. Ipsa jacet, et trepida immurmurat nigræ terræ. Atque ut cauda serpentis mutilati consuevit micare, palpitat; et moriens sectatur vestigia dominæ. Dicitur etiam repetiisse sua libidine corpus mutilatum post hoc scelus: vix possim credere. Audet redire ad Procnen post talia facinora: quæ marito conspecto petit sororem: at ille emittit gemitus simulatos, et refert mortem fictam. Et lacrymæ persuaserunt. Procne lacerat ab humeris vestes micantes lato auro. Et tegitur pullo amic-*

Heidelb. *morebo.*—548 Alii *Audiet hæc. Est* omittitur in Berolin.—551 In quibusdam, probante Burm. *deripit ensem:* in altera Cælest. *traxerat.*—552 Nonnulli *Arreptaque.*—555. 556 Alii *indignantem...vocantem, Luctantemque:* alii *loq. comprensum.* Complures Codd. *compr. forpice;* S. Marci, et Spirens. *forfice.* — 557 *Abscidit ens.* marg. Bersm. Multi scripti *ferox.* — 558 Heins. conj. *terr. fremens.* Lov. *imm. udæ.*—562 Dominic. et Cælest. *repet. cupidine.* —565 Berolin. *fictos gemitus.*—566 Heins. mallet *Ut lacr.*—567 Heins. *Deripit* pro vulg. *Diripit:* unus *Arripit;* duo *Eripit.*—568 Unus Mor. *Induiturque*

NOTÆ

568 *Inane*] Cadavere vacuum cenotaphium, qualia illis qui peregre interierant, ad placandos eorum Manes, transitumque Stygium impetrau-

Constituit: falsisque piacula manibus infert:
Et luget non sic lugendæ fata sororis.
Signa Deus bis sex acto lustraverat anno.
Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit:
Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo:
Os mutum facti caret indice. Grande dolori
Ingenium est: miserisque venit solertia rebus.
Stamina barbarica suspendit callida tela:
Purpureasque notas filis intexuit albis,
Indicium sceleris: perfectaque tradidit uni:
Utque ferat dominæ gestu rogat. Ille rogata
Pertulit ad Procnen: nec scit quid tradat in illis.
Evolvit vestes sævi matrona tyranni:
Germanæque suæ carmen miserabile legit:
Et (mirum potuisse) silet: dolor ora repressit:

tu: et ponit vacuum sepulcrum; et infert piacula fictis umbris; et deflet sortem sororis non ita deflendæ. Deus percurrerat duodecim signa exacto anno. Quid agat Philomela? Custodia obstat fugæ: muri stabulorum alti sunt ædificati duris lapidibus: os mutum destitutum est indice facinoris. Acumen est magnum vindictæ; et calliditas adest rebus afflictis. Cauta suspendit stamina tela barbarica; et inseruit signa purpurea filis candidis, indicium facinoris; et postquam absoluta essent dedit uni, et precatur gestu ut portet dominæ. Ille portavit ad Procnen quæ rogatus fuerat portare, neque novit quid offerat in illis. Conjux crudelis tyranni evolvit telam, et legit versus luctuosos suæ sororis: et (mirum potuisse) tacet: dolor oc-

nigras.—569 *Instituit* tres libri. Alii *Man. offert.*—572 Leid. *cust. servat.*—573 Alter Gronov. *rigido* pro *solido.*—574 *Dolori* Heins. dedit ex quatuor scriptis; vulg. *doloris:* O. *dolentis.*—575 Voss. *sapientia reb.* Langerm. *solert. curis.*—576 Multi vett. *pallida tela;* unus Cod. *pendula.*—578 Unus Leid. *perf. eredidit;* pr, Med. *traditur.*—579 *Ille* pr. Med. Exc. Calandræ, prior Hamburg. et octo alii; vulg. *illa.* Duo vett. *ille rogatur;* nonnulli *rogatum.*—580 Heins., ob præcedentem *ille,* hic reposuit *quid tradat nescius illi:* nonnulli habent, *quod tradat nescit in illis;* vel, *quid tradat nescia in illis;* aut etiam, *quid nescia tradat in illis.*—582 Heins. *Germanæque* dedit ex tribus Voss. uno Mor. et uno Pat. alii *Fortunæque.* A. *Germ. suæ casum;* unus Heins. *fatum:* Gron. *Fort. suæ crimen.*—583 Urbinas *pudor,* vel *timor, ora.* Gron. *ore recres-*

NOTÆ

dum, solebant exstruere.

569 *Falsis*] Quia nondum mortua erat Philomela.

570 *Non sic*] Quia potius erat vindicanda.

571 *Lustraverat*] Irradiaverat, aut excurrerat.

576 *Barbarica*] Telam Phrygio more texuisse dicit, qua fati sui iniquitatem perscripserit.

583 *Mirum potuisse*] Siquidem fœmina, et vehementer dolens.

Dolor] Quia maximus, quique ad certam vindictam attentus.

Verbaque quærenti satis indignantia linguæ
Defuerunt: nec flere vacat. Sed fasque nefasque
Confusura ruit: pœnæque in imagine tota est.
Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus. Nox conscia sacris.
Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti:
Nocte sua est egressa domo regina: Deique
Ritibus instruitur; furialiaque accipit arma.
Vite caput tegitur: lateri cervina sinistro
Vellera dependent: humero levis incubat hasta.
Concita per sylvas, turba comitante suarum,
Terribilis Procne, furiisque agitata doloris,
Bacche, tuas simulat. Venit ad stabula avia tandem:
Exululatque, Evoëque sonat, portasque refringit:

clusit os: et voces satis infensæ destituerunt quærentem: neque spatium datur lugendi. Sed cupiens miscere et fas et nefas prorumpit; et tota est in contemplando supplicio. Tempus erat quo mulieres Thraciæ consueverunt celebrare sacra Trieterica Bacchi. Nox conscia sacris. Rhodope fremit nocte tinnitibus æris sonori: regina est egressa domo sua nocte: et discit ritus Dei; et sumit arma furialia. Caput obducitur pampinis: pellis cervina pendet a lævo latere; hasta levis imponitur humero. Procne furens per sylvas, agmine comitante suarum, terribilis, et impulsa furiis iræ, imitatur tuas, Bacche. Pervenit denique ad stabula devia: atque exululat, Evoëque auditur, et proterit portas; et aufert sororem, et aptat sublatæ

sit.—585 Alii *Defuerant.*—588 *Sacris* meliores, teste Heins. vulg. *sacri.* Burm. vult *Mox consc. sacris Noct. son. &c.*—591 Cod. Menard. *Rit. indutus.* Leid. et alius *furialia concipit*: A. *furiosaque*: Heins. malebat *furiataque corripit.*—592 Med. Arg. et Viviani *Vitta caput tegit*; *et.*—595 Gron. et Lov. *agitata sororis.*—596 Alii *ad stabularia.*—597 Quidam Mss. teste Gebhard. *port. refingens.*

NOTÆ

587 *Trieterica*] Festa, tertio quoque anno, in triennalis expeditionis memoriam, quam in Indiam Bacchus suscepit, nocturno tempore celebrari solita.

588 *Sithoniæ*] Thraciæ; nam Sithonia pars est Thraciæ.

Nox conscia] Nocte, ex Scripturæ sententia, inebriantur, qui inebriantur.

589 *Rhodope*] Mons Thraciæ.

Æris acuti] Id est, tympanorum ex ære, acute sonantium, quibus insanientes etiam utebantur. De quibus omnibus supra.

591 *Ritibus*] Ut ipsa quoque Bacchantium more sese instruxerit.

593 *Vellera*] Nebrides dicit, seu damarum aut cervorum pelles, quas in Bacchi sacris adhibebant.

Hasta] Thyrsum dicit, quod gestamen erat Bacchantium a Baccho mutuatum, hasta pampinis vel hedera involuta.

597 *Evoëque*] Vide supra lib. IV. vs. 522.

Germanamque rapit: raptæque insignia Bacchi
Induit: et vultus hederarum frondibus abdit:
Attonitamque trahens intra sua limina ducit.
Ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam,
Horruit infelix; totoque expalluit ore.
Nacta locum Procne, sacrorum pignora demit,
Oraque develat miseræ pudibunda sorori;
Amplexuque petit. Sed non attollere contra
Sustinet hæc oculos; pellex sibi visa sororis:
Dejectoque in humum vultu, jurare volenti,
Testarique Deos, per vim sibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit. Ardet, et iram
Non capit ipsa suam Procne: fletumque sororis
Corripiens, Non est lacrymis hic, inquit, agendum,
Sed ferro; sed si quid habes, quod vincere ferrum
Possit. In omne nefas ego me, germana, paravi.
Aut ego, cum facibus regalia tecta cremaro,
Artificem mediis immittam Terea flammis:

insignia Bacchi, et tegit faciem foliis hederarum, et ducens stupefactam trahit domum suam. Cum misera Philomela advertit se intrasse domum scelestam, fremuit, et expalluit toto vultu. Procne nacta locum, deponit instrumenta sacrorum, et aperit vultus verecundos infelicis sororis; et illam *amplectitur. Verum hæc non audet contra erigere oculos, sibi visa adultera sororis: atque facie in terram prona, cum vellet jurare et testes Deos citare, illud opprobrium sibi oblatum per vim, manus fuit vocis loco. Procne ipsa æstuat, neque continet iram suam, et carpens lacrymas sororis, Non,* ait, *hic est faciendum fletibus, sed ferro, sed, si quid habes quod possit superare ferrum. O soror ego me institui ad omne nefas. Aut postquam ego incendero domum regiam tædis, injicium perfidum Tereum in medios ignes: aut*

—598 Unus Med. *insign. Bacchæ.*—599 Tres scripti *Frond. obdit;* pr. V. et duo alii *oddit;* quatuor *ambit:* unus Med. *implet.*—600 Quidam vett. *sua mœnia: limina* dedit Heins. ex melioribus.—602 O. et Fl. *Corruit inf.* —604 N. et quinque alii *Oraque denudat.* Alii *pud. sororis.*—605 *Amplexuque* est ex duobus Med. et uno Boschiano; vulg. *Amplexumque;* at tres habent *amplexusque:* duo *Amplexamque.*—606 Leid. et sex alii *vis. sorori.*—607 Quartus Med. *Dejectaque.* Unus item *in humo;* unde Heins. *Dejectæque in humo vult. &c.* Pro *jur.* Berolin. habet *narrare.*—610 Plurimi *fletusque.*—611 Heins. suadet *hic* ex duobus libris, qui habent *his;* vulg. *hoc.*—612 Alii *seu si quid.*—614 *Cremaro* est ex Heins. conj. vulg. *cremabo.*—615 Alii *Arti-*

NOTÆ

603 *Locum*] Secretum dicit.
Pignora] Hederas, Nebrides, Hastam.

615 *Artificem*] Auctorem et nefandi incestus actorem.

Aut linguam, aut oculos, aut quæ tibi membra pudorem
Abstulerunt, ferro rapiam: aut per vulnera mille
Sontem animam expellam. Magnum, quodcumque paravi.
Quid sit, adhuc dubito. Peragit dum talia Procne;
Ad matrem veniebat Itys. Quid possit, ab illo
Admonita est: oculisque tuens immitibus, Ah quam
Es similis patri! dixit. Nec plura locuta,
Triste parat facinus; tacitaque exæstuat ira.
Ut tamen accessit natus, matrique salutem
Attulit, et parvis adduxit colla lacertis,
Mixtaque blanditiis puerilibus oscula junxit;
Mota quidem est genitrix; infractaque constitit ira:
Invitique oculi lacrymis maduere coactis.
Sed simul ex nimia matrem pietate labare
Sensit, ab hoc iterum est ad vultus versa sororis;
Inque vicem spectans ambos, Cur admovet, inquit,
Alter blanditias; rapta silet altera lingua?

ego exsecabo cultro linguam, aut oculos, aut membra quæ tibi rapuerunt pudicitiam; aut deturbabo animam scelestam per mille plagas. Quodcumque institui magnum: nescio adhuc quid sit. Dum Procne talia exequitur, Itys properabat ad matrem: docta est ab illo quid possit: atque illum *aspiciens torvis oculis, Ah, inquit, quam similis es genitori! nec plura locuta luctuosum factum cogitat, et ardet secreta ira. Postquam tamen filius adiit, atque matrem salutavit, et admovit collo parva brachia, et dedit suavia juncta adulationibus puerilibus, mater tacta est equidem, et ira imminuta est: atque oculi coacti humidi facti sunt lacrymis obortis. Sed cum primum advertit genitricem flecti ex nimio amore; rursus deflexit oculos a filio ad faciem sororis; et intuens ambos alternis vicibus, quamobrem, ait, unus me demulcet blandimentis, altera tacet sublata lingua? Quamobrem illa non ap-*

---

ficem et mediis; et *Artificem mediisque.*—616 Edd. multæ *et quæ.*—617 In vet. Ciofani *Abstulerint;* in omnibus aliis *Abstulerant.* Heidelb. *ferr. capiam.*—618 Multi *magn. est quodc.*—620 Barb. *in illo.*—621 Unus Mor. *non mitibus* pro *immit.*—622 Unus Bas. et unus Med. *Quam similis patri es.*—625 Pr. Mor. pr. Hamburg. et alii duo *et matris add.* Mor. fragm. *et patriis:* Heins. conj. *varas,* haud probante Burm.—627 A Berolin. abest *τὸ est.* Heins. vult *concidit ira.*—629 Duo V. et unus Ciofani cum Berolin. *simul eximia; ex minima* unus; alius *ex ima;* R. unus *ut nimia;* Bersm. Mss. *exanima. Matrem,* i. e. maternum affectum, Heins. dedit ex tert. Med. Lov. et uno Bas. vulgo *mentem:* Cant. etiam et O. aliique *mortem.*—630 Bas. et Leid. *Sentit: ab hoc.*

NOTÆ

620 *Ab illo*] Quia illo præsente, eundem in dapibus patri apponendum Procne excogitavit.

627 *Infracta*] Penitus, aut certe multum fracta.

629 *Labare*] Moveri, flecti.

Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem?
Cui sis nupta vide, Pandione nata, marito.
Degeneras: scelus est pietas in conjuge Tereo.
Nec mora; traxit Ityn, veluti Gangetica cervæ
Lactentem fœtum per sylvas tigris opacas.
Utque domus altæ partem tenuere remotam;
Tendentemque manus, et jam sua fata videntem,
Eia, et jam, mater, clamantem, et colla petentem
Ense ferit Procne, lateri qua pectus adhæret:
Nec vultum avertit. Satis illi ad fata vel unum
Vulnus erat: jugulum ferro Philomela resolvit.
Vivaque adhuc, animæque aliquid retinentia membra
Dilaniant. Pars inde cavis exultat aënis:
Pars verubus stridet: manant penetralia tabo.
His adhibet conjux ignarum Terea mensis:
Et patrii moris sacrum mentita, quod uni
Fas sit adire viro, comites famulosque removit.
Inde, sedens solio, Tereus, sublimis avito,

pellat germanam, quam hic dicit genitricem? Cogita, o filia Pandionis, cui viro sis nupta. Desciscis a pristina claritate. Pietas est nefas in marito Tereo. Et sine omni cunctatione, corripuit Ityn; veluti cum tigris Gangetica rapit *fœtum lactentem cervæ per tectas sylvas. Cumque essent in vastæ domus parte seposita, Procne percutit gladio* puerum *porrigentem manus, et jam cognoscentem suam mortem, et jam vociferantem, Eia genitrix, et insilientem in collum, qua* parte *pectus committitur lateri. Neque detorquet oculos. Unus ictus satis erat illi ad necem; Philomela aperit ejus jugulum gladio. Atque discerpunt artus adhuc vivos, et habentes adhuc aliquid animæ. Pars ejus agitatur in amplis cacabis; pars crepitat in verubus: pars domus secreta infecta est sanie. Conjux admovet his mensis Tereum nescium; cumque simulasset sacrum ritu patrio, ad quod sit fas uni masculo accedere, arcuit comites et servos. Ipse Tereus positus in excelso* atque *in solio*

—632 Plurimi *tacita sil.* Lov. *muta;* unde Heins. *mutila.*—633 In uno Ciofani et Abbatis *Cur vocat.*—635 N. *Degener ah!* Cant. et duo alii *Degener ha!* nonnulli *Degerer es:* Gruter. volebat *Degener ad scel.*—636 Alii *vel. Gangetia;* Gron. et tres alii *Gangetida.*—637 Plurimi *Lactentem;* unus Med. *Luctantem;* pr. Bas. et unus Med. *Lactantis.*—639 Sprotii Cod. *fata timentem.*—640 Sic corr. Heins. ex Mss. Vulg. *Et mater, mater, clam.* Med. *coll. prementem;* duo *tenentem.*—641 Unus Heins. *pect. inhæret.*—642 Alii *vult. vertit;* Berolin. *advertit.*—645 *Dilaniant* ex castigatioribus; vulg. *Dilaniat.*—650 *Inde* Cod.

NOTÆ

635 *Degeneras*] Hoc ideo dicit, quod materno affectu sese ab ulciscenda injuria revocari sentiret.

636 *Gangetica*] Indica, a Gange maximo Indiæ fluvio.

Vescitur: inque suam sua viscera congerit alvum.
Tantaque nox animi est, Ityn huc arcessite, dixit.
Dissimulare nequit crudelia gaudia Procne:
Jamque suæ cupiens existere nuntia cladis;
Intus habes, quod poscis, ait. Circumspicit ille,
Atque ubi sit quærit. Quærenti, iterumque vocanti,
Sicut erat sparsis furiali cæde capillis,
Prosiliit, Ityosque caput Philomela cruentum
Misit in ora patris: nec tempore maluit ullo
Posse loqui, et meritis testari gaudia dictis.
Thracius ingenti mensas clamore repellit,
Vipereasque ciet Stygia de valle Sorores:
Et modo, si possit, reserato pectore diras
Egerere inde dapes, demersaque viscera gestit:
Flet modo, seque vocat bustum miserabile nati:
Nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.

avito epulatur, et dejicit in suum ventrem sua præcordia. Et tanta est cæcitas mentis, Adducite huc Ityn, inquit. Procne nequit tegere feram lætitiam; et jam exoptans esse nuntia sui exitii, Habes, inquit, intus quod petis. Ille oculos versat in omnes partes, et petit ubi sit. Cum illum quæreret, atque iterum citaret, Philomela, sicut erat disjecta coma nefanda cæde prorupit, et projecit caput sanguinolentum Ityn in faciem genitoris: neque unquam magis optavit posse fari, atque indicare lætitiam digna oratione. Thracius rejicit mensas magno clamore, atque vocat Sorores vipereas de valle inferna; et nititur modo, ut possit, educere ex pectore aperto cibos, et viscera semesa: nunc luget, et se appellat triste sepulcrum filii, nunc per-

Leid. alii *ipse*.—651 Quidam codices hic pro *congerit, condidit:* alius, *inque suum condit sua viscera ventrem:* alius, *atque suam sua viscera condit in alvum:* sed nihil mutandum esse docet Burm.—652 Fragm. Boxhorn. *nox animo.* Berolin. et Heidelb. ut plurimi Codd. et Edd. *huc accersite.*—655 Heins. *quod* ex melioribus; vulgo *quem.*—657 Heins. mallet *fur. a cæd.* Quidam Codd. *more cap.*—658 Multi ex scriptis *Prosiluit: Ityosque.* Alii scribunt *Ityque:* Heins. suadet *Itylique.*—659 Vulg. *ora patris:* Fr. exhibet *patri;* ut supr. 604. *sorori.*—660 Vett. plerique *meritis;* alii *mentis.*—661 Unus Ciofani *clam. replevit.*—662 Urbin. *Vip. moret;* Leid. et tres alii *vocat.* Fragm. Mor. *de sede.*—663 Berolin. *si posset.* Excerpt. Langerm. *resecato pectore.*—664 Gron. *Exigere ind.* Vulg. *immensaque:* legitur etiam *emensaque, emersaque,*

NOTÆ

652 *Nox*] Pro inscitia, quæ malorum nostrorum origo.

660 *Meritis*] Appositis, convenientibus, quæ tantum gaudium seu vindictæ solatium exposceret.

662 *Vipereas*] Furias vocat Tereus, quas antea colubris capillorum loco horridas vidimus.

664 *Viscera*] Ityn filium dicit: sunt namque nati parentum viscera.

Corpora Cecropidum pennis pendere putares;
Pendebant pennis. Quarum petit altera sylvas;
Altera tecta subit. Neque adhuc de pectore cædis
Effluxere notæ; signataque sanguine pluma est.
Ille dolore suo, pœnæque cupidine velox,
Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ:
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum.
Nomen Epops volucri: facies armata videtur.
Hic dolor ante diem, longæque extrema senectæ
Tempora, Tartareas Pandiona misit ad umbras.

Fab. IX. Zetes et Calais ex parte in Aves.

Aquilo cum Orithyiam Erechthei filiam diligeret, neque ullis precibus a parentibus puellæ impetrare potuisset, ut se in affinitatem reciperent, viribus usus suis, Athenas advenit, et puellam raptam in Thraciam pertulit, ibique gravidam fecit: ex qua geminos Zeten et Calain procreavit: quorum humeris alæ volucrum increverunt, per quas parentis imaginem referrent.

Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus;

sequitur gladio filias Pandionis. Arbitrareris harum corpora tolli pennis: sublata erant pennis: quarum una it in nemora, altera se recipit in tecta. Neque adhuc signa necis abierunt a pectore, et pluma est maculata cruore. Ille celer sua ira, et desiderio vindictæ, mutatur in avem; in cujus summo capite cristæ eminent. Rostrum nimium extenditur pro longo mucrone. Avis vocatur Upupa: vultus videtur armis instructus. Hæc ærumna deturbavit Pandionem ad Manes inferos, ante tempus et ultimos dies productæ senectutis.

ix. *Erechtheus sumit sceptra loci, et imperium;* atque *incertum* fueritne *major*

vel *immersaque.* Heins. suadet *semesaque.*—669 In uno Mor. *tect. colit.*—670 *Effluxere* est ex Lov. vulg. *Excessere.*—671 Cant. *Inde dol.* Heins. *dol. furens.*—673 Idem *immod. prælonga.*—674 Cod. Menard. *arm. remansit.*—675 Berolin. *Hic dol. hic luctus, long.*—677 Alii scribunt *Erichteus;* Fl. S. Mari *Erectheus.*

NOTÆ

667 *Cecropidum*] Atheniensium, Procnes et Philomelæ.

668 *Altera sylvas*] Philomela nempe, quæ in lusciniam mutata, sicuti Procne in hirundinem. Quæ quidem Metamorphosis ex celeri illarum fœminarum fuga, et luctu, a poëtis facta.

672 *Volucrem*] Upupam, quæ a Græcis *Epops* dicitur; quam quidem Terei tempore primo in Daulide, et quidem in Terei tumulo visam scriptitarunt.

677 *Erechtheus*] Qui rex fuit Athenis ante Pandionem posteriorem,

Justitia dubium, validisne potentior armis.
Quatuor ille quidem juvenes, totidemque crearat
Fœmineæ sortis: sed erat par forma duarum.
E quibus Æolides Cephalus te conjuge felix,
Procri, fuit: Boreæ Tereus Thracesque nocebant:
Dilectaque diu caruit Deus Orithyia,
Dum rogat, et precibus mavult, quam viribus, uti.
Ast ubi blanditiis agitur nihil, horridus ira,
Quæ solita est illi, nimiumque domestica, vento;
Et merito, dixit: quid enim mea tela reliqui,
Sævitiam, et vires, iramque, animosque minaces,
Admovique preces; quarum me dedecet usus?
Apta mihi vis est. Vi tristia nubila pello:
Vi freta concutio, nodosaque robora verto,
Induroque nives, et terras grandine pulso.

æquitate, an armis potentibus. Ille quidem genuerat quatuor mares et totidem conditionis fœmineæ: sed pulchritudo duarum erat æqualis; e quibus Cephalus Æolides fuit beatus te uxore, Procri: Tereus et Thraces oberant Boreæ; et hic *Deus diu desideravit amatam Orithyiam, dum orat, et satius credit orare quam vim facere. At postquam nihil promovetur lenibus verbis, atrox ira, quæ familiaris est et nimium frequens illi vento, Et jure, inquit; quamobrem enim omisi mea arma, feritatem, et potentiam, et iram, et spiritus minaces; atque adhibui blandas voces, quarum usus mihi est indecorus? Violentia me decet: fugo per vim opacas nubes; commoveo mare per vim, et dejicio nodosas quercus, et induro nives, et verbero tellurem grandine.*

—680 Duo libri *Fœm. stirpis.* Unus Voss. *duabus;* vulg. *duarum.*—681 Quidam scribunt *quib. Eionides.*—683 Sixii cod. *Dilataque.* Menardi *diu caluit.*—687 Ed. Bersm. *tel. reliquit,* et in marg. *relinquunt:* ceteri scripti, et Edd. *reliqui.*—690-692 Quidam vett. *est: ut...pellam...Ut fr. concutiam...rob. vertam...Induremque...pulsem.* Quidam *ut...pello...Ut concutio, &c.* Heins. ex codd. nostram

NOTÆ

Procnes et Philomelæ patrem; ut regum Atheniensium seriem turbasse Poëta videatur, quam Pausanias et Eusebius tradiderunt. Ita enim illa se habet. Actæus, ut nonnullis placet, primus Atticam tenuit, deinde Cecrops, Cranaus, Amphictyon, Erichthonius, Pandion, Erechtheus, Cecrops II. Pandion II. Ægæus Thesei pater.

681 *Cephalus*] Deionei fuit filius, ab Æolo avo Æolides dictus.

682 *Procri*] Quæ altera fuit ex formosis duabus Erechthei filiabus.

Boreæ] Qui Ventus violentissimus Strymonis, Thraciæ fluvii, ut placet quibusdam, filius, Orithyiæ Erechthei filiæ nuptias ambiens, ob Thracum, Terei præsertim recentem sævitiam, repulsam tulit.

687 *Et merito*] Dilecta, supple, careo Orithyia. Sed terribilis et indignantis Venti impetum oportuit præcipiti illa oratione exprimere.

Idem ego, cum fratres cœlo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est,) tanto molimine luctor,
Ut medius nostris concursibus intonet æther;
Exsiliantque cavis elisi nubibus ignes.
Idem ego, cum subii convexa foramina terræ,
Supposuique ferox imis mea terga cavernis;
Solicito manes, totumque tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiisse: socerque
Non orandus erat, sed vi faciendus, Erechtheus.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus,
Excussit pennas. Quarum jactatibus omnis
Afflata est tellus; latumque perhorruit æquor.
Pulvereamque trahens per summa cacumina pallam,
Verrit humum: pavidamque metu caligine tectus
Orithyian amans fulvis amplectitur alis.
Dum volat, arserunt agitati fortius ignes.
Nec prius aërii cursus suppressit habenas,

Ego idem, cum incurri in fratres in vasto cœlo, nam is mihi est campus, tanto conatu certo, ut aër medius personet nostris certaminibus, et flammæ coactæ erumpant ex amplis nubibus. Ego idem cum intravi cavas speluncas terræ, et asper submisi meum dorsum infimis antris, perterrefacio Umbras et totum mundum. Opus fuerat ambire nuptias his opibus; et Erechtheus erat parandus socer per vim, non rogandus. Postquam Boreas hæc dixisset, aut non minora istis, agitavit pennas; quarum motibus tota terra est afflata, et vastum mare fremuit: atque ducens pallam pulverulentam per suprema fastigia, expurgat terram, et obductus tenebris amans comprehendit nigris alis Orithyiam timore exsanguem. Dum volat, flammæ concussæ validius æstuarunt: neque ante prædo tora traxit aut cohibuit cursum aërium,

---

lect. dedit.—694 In Dominic. *molim. vertor.*—695 Sec. Pal. et Heidelb. *nostr. concussibus;* Med. *incursibus.* Plurimi etiam *insonet.* In uno Ciofani *resonet concurs.*—697 Gron. *devexa foram.*—699 Cod. Menard. *tonitrubus orb.*—701 Alii *erat mihi sed faciend.*—703 Sec. Med. et alter Cod. *Concussit penn.*—705 Leid. et R. *Purpureamque.* V. et Med. tert. *cacum. pellem.*—706 Ms. Bersm. *pavidamq. petens caligine pectus.*—707 Plurimi *Orithyiam.* In vet. Ciofani *Orithyiam adamans.* Multi etiam *complectitur* pro *amplect.*—709 Unus

NOTÆ

695 *Ut medius*] Plus quam satis sibi plaudit Boreas: sed philosophorum est tantos ejus animos retundere; a quibus fulminum propiores causas discet qui volet.

703 *Pennas*] Quas ventis affigere ob celerem motum placitum poëtis.

705 *Pulveream*] Elegans profecto Boreæ sicci venti descriptio.

708 *Ignes*] Amorem dicit.

Quam Ciconum tenuit populos, sua mœnia, raptor.
Illic et gelidi conjux Actæa tyranni,
Et genitrix facta est; partus enixa gemellos;
Cetera qui matris, pennas genitoris haberent.
Non tamen has una memorant cum corpore natas:
Barbaque dum rutilis aberat summissa capillis;
Implumes Calaisque puer, Zethesque, fuerunt.
Mox pariter ritu pennæ cœpere volucrum
Cingere utrumque latus; pariter flavescere malæ.
Ergo, ubi concessit tempus puerile juventæ,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo
Per mare non motum prima petiere carina.

quam pervenit ad populos et muros Ciconum. Ibi Atheniensis facta est et uxor frigidi tyranni, et mater, cum emisisset gemellos, qui habebant pennas patris, reliqua matris. Dicunt tamen has non fuisse ortas simul cum corpore: et Calais et Zethes fuerunt implumes dum barba supposita rubicundæ comæ deerat. Mox pennæ cœperunt simul tegere utrumque latus in modum arium, et malæ simul flavescere. Ergo ubi ætas puerilis locum dedit juventuti, iverunt prima navi cum Minyis, ad vellera fulgentia splendente lana, per mare non agitatum.

Heins. *aër. currus.*—710 Duo Med. *Cic. teneat. Sua* est ex Bas. vulg. *et.*—711 Unus Med. et pr. Pal. a m. sec. *Ill. egelidi.*—712 Alii *partuque enixa.*—714 Quidam *pariter*, et alii *plumas*, pro *una.* Duo Mss. Bersm. *ex corp.*—715 Vulg. *subnixa capill.* Unus Heins. *subnexa;* et ille quidem *subpexa.*—716 Heins. ex Mss. *Cal. pueri Zeth.* Scribitur etiam *Zethus*, vel *Zetes.*—717 Berolin. *penn. rit.*—719 Thuan. *ubi successit.*—720 Cod. Menard. *nit. flaventia.*—721 In quibusdam vett. *non notum;* alii etiam *tutum*, vel *tactum.*

NOTÆ

710 *Ciconum*] Qui populi sunt Thraciæ juxta Hebrum.

711 *Actæa*] Atheniensis Orithyia frigidissimi venti conjux.

712 *Gemellos*] Calain et Zethen.

720 *Vellera*] De aureis illis loquitur arietis, qui Phryxum in Colchos portavit; quæ ille, immolato ariete, in luco Martis suspendit; Argonautæ, Jasone duce, surripuerunt. De quibus deinceps.

Minyis] Argonautas dicit, qui a Minyis omnium præstantissimis id nomen habuerunt. Fuerunt autem Minyæ Thessaliæ populi, quibus Minyas Orchomeni fluvii filius nomen imposuit.

721 *Non motum prima*] Quia primam longam navem fuisse volunt Argo, quam Argos quidam a nonnullis dicitur texuisse, qui et illi nomen imposuit. Quanquam aliunde alii: ex Hebræa lingua nomen repetivit summus Bochartus: non primam, nequidem apud Græcos, voluerunt multi: plures denique ad expeditionem Colchicam profectas non pauci arbitrantur.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER VII.

Fab. I. Dentes Draconis in Homines.

Jason Æsonis filius, missus a Pelia Neptuni filio cum proceribus Graiorum Colchos ad pellem auream apportandam, adjutricibus Junone ac Minerva, ut Æetæ Solis filii contigit regiam, pulchritudine sua perculit Medeam adversus parentem, ut sibi potius quam patri consuleret. Ergo obligatum Jasonem coëgit, ut fidem præstaret conjugii erga se. Nam tauros spirantes ignem, et draconem custodientem templum, et tergus auratum, venenis atque carminibus coëgit parere Jasoni; ut proscisso solo dentes obsereret serpentis, ex quibus seges armatorum procresceret. Inter quos, ut ei præceptum erat a Medea, jactato silice, coëgit eos inter se dimicare. Qui mutuo bello conciderunt. His gestis, Jason cum Medea Iolcon abiit.

Jamque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant,
Perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam

1. *Et jam Minyæ sulcabant mare navi Pagasæa; et Phineus visus erat agens*

NOTÆ

1 *Pagasæa*] Argo est a Pagasis Thessaliæ urbe, non procul a Pelio monte, juxta quam fabricata est navis sic dicta.

2 *Perpetua sub nocte*] Quia occæcatus; hæc est enim Phinei fabula. Agenoris seu Phœnicis fuit filius, rex Arcadiæ, vel potius Thraciæ, aut Pa-

Phineus visus erat; juvenesque Aquilone creati
Virgineas volucres miseri senis ore fugarant;
Multaque perpessi claro sub Iasone, tandem
Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.
Dumque adeunt regem, Phryxeaque vellera poscunt;
Lexque datur numeris magnorum horrenda laborum;

vacuam senectam in cæcitate continua; et juvenes Borea sati abegerant aves virgineas ab ore infelicis senis; et perpessi plurima sub illustri Jasone, appulerant denique ad fluctus impetuosos lutulenti Phasis. Et dum invisunt regem, atque petunt pellem Phryxi, et conditio tremenda proponitur numero ingentium laborum;

2 Duo Med. *Perpetuamq. tr. inopi.*—3 Unus Leid. *jussus erat;* unus Heins. *ausus;* duo Med. *ultus.*—6 Fl. *rap. limosæ:* prior Gronov. *limosi fluminis.*—

NOTÆ

phlagoniæ, qui Cleopatra, Boreæ filia, in uxorem sumta, duos quos ex ea susceperat filios, Harpalices vel Idææ superinductæ novercæ consilio, oculis privavit: quamobrem a Diis eo supplicio affectus, ut cæcus ipse Harpyias assiduas haberet sceleris vindices, quæ mensam deprædarentur, et turpissime fœdarent. Argonautas vero cum benigne accepisset, eosdemque de itinere bene admonuisset, tanto malo ab illis liberatus est; quippe qui adversus Harpyias Calain et Zethen alatos fratres immiserunt, a quibus usque ad Strophadas insulas profligatæ. Diversissima vero de Phineo tradiderunt historicæ: quæ explicans Palæphatus Regem fuisse contendit, quem senem, fato functis maribus, filiæ expilarent, vicini asseruerint. Ad res naturales alii referunt, in quibus omnibus cuivis quælibet licet comminisci, quæ nobis persequi non licet.

3 *Juvenes*] Calain dicit et Zethen, quos Borea satos ante diximus.

4 *Virgineas*] Harpyias dicit, quæ vultu virgineo, auribus ursinis, corpore vulturino, manibus uncis, volatiles fictæ Ponti ac Terræ filiæ.

5 *Iasone*] Qui Argonautarum dux fuit, Æsonis filius; quem, ut ab ejus patre sibi concredito Thessaliæ regno potiretur, patruus Pelias ad expeditionem Colchicam, sub gloriæ comparandæ titulo, tanquam ad certissimum mortis discrimen, misit; quod tamen summa cum laude effugit.

6 *Phasidos*] Qui Phasis fluvius est Colchidis.

7 *Regem*] Æeten, Medeæ patrem.

Phryxeaque] Pellem dicit arietis, quo Phryxus in Colchos vectus: quem quidem arietem pædagogum fuisse nomine *Crium*, Latine Arietem, nonnulli, alii navem volunt fuisse, cujus in prora insigne Aries. Phryxum quod attinet, Athamantis fuit et Nepheles filius, cui, per multas ambages cum Ino superinducta noverca, insidias strueret, mater arietem vellere aureo Neptuno et Theophane natum, ut nonnullis placet, tradidit, quo per aëra una cum sorore Helle asportarentur. Atque ille quidem incolumis in Colchicam terram pervenit, sorore tamen amissa, quæ periculi magnitudine exterrita in mare decidit, quod ab ea Hellespontus dictum.

8 *Numeris laborum*] Plurimos superandos esse labores, priusquam vellus aureum deriperet, Æeta Jasoni, illud

Concipit interea validos Æetias ignes:
Et luctata diu, postquam ratione furorem
Vincere non poterat; Frustra, Medea, repugnas;
Nescio quis Deus obstat, ait: mirumque, nisi hoc est,
Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
Nam cur jussa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt quoque dura nimis. Cur, quem modo denique vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. Si possem, sanior essem.
Sed trahit invitam nova vis; aliudque Cupido,
Mens aliud suadet. Video meliora, proboque:
Deteriora sequor. Quid in hospite, regia virgo,
Ureris? et thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoque terra potest, quod ames, dare. Vivat, an ille
Occidat, in Dis est. Vivat tamen; idque precari
Vel sine amore licet. Quid enim commisit Iason?
Quam, nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas,

intcrea Ætias admittit violentum amorem: et postquam diu restitisset, neque posset superare ejus æstum ratione, Nequicquam, dicit, resistis, Medea; nescio quis Deus prohibet: mirumque nisi hoc est quod appellatur amare, aut certe aliquid simile huic. Nam quamobrem mandata parentis mihi videntur nimium aspera? Sunt etiam nimium aspera. Quamobrem metuo, ne is, quem modo denique sum intuita, occidat? quæ causa tanti metus? Misera, expelle ignes inductos cordi virgineo, si queas. Siquidem liceret, sapientior essem. Sed vis nova rapit nolentem: atque Amor aliud insinuat, mens aliud: video pejora, atque assentior, in pejora ruo. Quamobrem urbes in advena, puella regia; atque cupis thalamos peregrinæ regionis? Hæc quoque regio potest dare quod diligas. Penes Deos est, ille vivat an intereat. Vivat nihilominus; atque licet id orare sine amore. Nam quid patravit Jason? quam, nisi feram, non moveat juventus Jasonis, et nobilitas, et virtus? quam non

---

8 Multi *Voxque:* et *dat. Minyis.*—9 Leid. unus *rapidos* pro *validos.*—12 Duo Voss. *mirumq. quis hic est;* Ro. *quid hic;* Lov. *quid hoc sit.* Alii etiam *mirorque.*—14 Langerm. *nim. tibi.*—15 Mss. Bersm. *Sunt modo.*—16 In uno Ciofani, Arg. et duobus aliis *caus. doloris.*—18 Langerm. *Si posses, san. esses.* —19 Quidam Codd. *Sed gravat.*—22 Bersm. et plurimi Heins. Codd. *alien.*

NOTÆ

poscenti, responderat.

9 *Ætius*] Medea est, Æetæ filia, quæ amore flagrans, quo consilio pericula, quæ imminebant, vitare posset, Jasonem perdocuit.

20 *Video meliora, proboque: Deteriora sequor*] Hæc est rationis adversus spiritus impuri impetum lucta, cujus quidem quicumque oblitus fuerit, in certissimum exitium rapiendum se prodiderit.

REESE LIBRARY UNIVERSITY OF CALIFORNIA

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY
Los Angeles
This book is DUE on the last date stamped below.

4 WK APR 18 1994

RECD LD-URL

APR 23 1994

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
AA 000 404 883 1
3 1158 01256 0990